CYNI

PISTORIENSIS, IVRECONSVLTI PRAESTANTISSIMI, OMNIVM SANORVM IVdicio acutissimi, in Digesti veteris libros, Commentaria doctissima, summo studio atque Industria ab infinitis mendis quibus scatebant, expurgata, ac pristino nitori restituta:

A

IVRECONSVLTO CELEBERRIMO DOMIno NICOLAO CISNERO I. V. D. *augustissimæ Imperialis Cameræ Assessore dignissimo, correcta, Summarijsq; nouis, omnibus Iuris studiosis perutilibus, illustrata.*

Cum INDICE copioso.

FRANCOFORTI AD MOENVM, Impensis Sigismundi Feyerabendt.

M. D. LXXVIII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

LECTVRA DOMINI CYNI, DE PISTORIO, LEGVM DOCTORIS CLARISSIMI, SVPER ff. veteri.

SVMMARIA.

1 *Testis debet reddere rationem dicti sui.*
2 *In negocio continetur contractus, sicut species in genere.*
3 *Genus cui attribuitur, attribuitur etiam qualibet eius speciei.*
4 *Specie posita, ponitur & genus.*
5 *Causa causatum præcedit.*
6 *Dispositum & disponentia se patiuntur sub eodem subiecto.*
7 *Contraria nunquam se compatiuntur simul, & eodem modo in eodem subiecto.*
8 *Contractus introducti sunt à iure gentium & ciuili.*
9 *Leges per ora Principum diuinitus promulgatæ sunt.*

Proœmium.

IN NOMINE Domini Amen, &c. quia circa principiũ cuiuslibet lib. dicenda sunt librorum communia, oportet nos ea hîc videre, in quorum notitia insistendum est: Primò circa cognitionem causę. Secundò circa cognitionem eius partis philosophiæ, cui hæc scientia subalternatur. Tertiò circa nomen libri & eius titu. Dico quòd primò insistendum est circa cognitionem causæ: quia, secundum Philosophum, scire, est rem per causam cognoscere: & propterea dicitur, quòd testis † debet causam reddere, vt in Authen. de hæred. & fal. §. si verò absunt. Sciendum, quòd causa huius libri est duplex: vna est causa essendi: altera est causa fiendi. modò videamus de prima. Dico quòd causa huius libri vna est causa essendi. Hæc quidem causa duplex est: nam alia est materialis causa, & alia formalis. Materialis causa quę sit, dicit gloss. hîc, quòd omnia iura vetera antiquorum prudentium. Sed istud non videtur procedere. nam si gloss. voluit dare materiam, subiectum artis, quæ habet partes, quarum probãtur passiones, nihil est dicere, quòd antiqua iura sunt subiectum, veruntamen potest saluari gloss. intelligendo quodam grosso modo: vt loquatur de alio materiali, siue de materia, ex qua, vel circa quam facit. sic & hîc loquitur de Materia, vt C. de veter. iure enuclean. l. iubendum. §. materia. Quid est ergò subiectum, siue materia huius libri? Certè est hîc subiectum, quòd in toto corpore iuris, & in tota legali scientia, licet libri per se differant penes modũ tractandi legitimè stat: ergò videre est, quod est illud. dicit Azo in sum. super C. in princip. quòd materia, siue subiectum legalis scientiæ, est duplex. Nam alia est materia generalis: alia communis. Generaliter est ius & iustitia. Item negocia. Item duo vicia, error, ac contumacia. Materia communis est ius approbatum, inde æquitas. Item id quod pro lege seruatur, contractus: & vltimæ voluntates. Ad hoc instatur, & opponitur demonstrando: & author malè dixit primò, quia ipse primitus posuit negocia de materia generali. & secundò posuit contractus de materia communi. Sed hoc malè, quia constat, quòd in † negocio continetur contractus: sicut in genere species, vt infrà de acquiren. re. do. l. liber homo. Sed hoc est certum, † quòd cui attribuitur genus, attribuit videtur quælibet species ipsius generis, vt infr. de fi. instr. l. quæsitum. §. siquidem instructum. Si ergò sub generali materia, quasi sub genere continetur negocium, quasi species subalterna: restat in eadẽ generali contineri & contractus, qui facit negocia & species, vt suprà probatum est. Secundò instatur. Azo ponit, contractus esse de communi materia: ergò consequenter ponit negocium esse de communi materia. Nam posita † specie, per consequens sequitur positio generis, vt infr. vnde liber. l. inter agnatos. 1. de leg. 3. l. si quidem. §. interemptum. & ideò pessimè dixit Azo cum posuit de diuersis materijs. Tertiò sic instatur, à quo remouetur genus per priuationem, & quælibet eius species, vt probatur C. ne fisc. rem quam ven. ead. l. 1. libr. 10. sed Azo remouet actioni negocium, ergò & contractum, qui est negocij species. Quartò instatur, & op. quòd Azo pessimè dixit: ponendo ius approbatum de materia communi. Nam certum est, secundum rectum & verum ordinem, quod † causa causatum, & materia materiatum præcedit, vt patet 1. titu. proxi. l. 1. & infrà de acquir. possess. l. 1. in princi. & materia est ante formam: & specificantia ante specificata: & iustitia ante ius, vt infr. l. 1. ibi, est autem à iustitia, &c. sed ius approbatum nil est aliud, etiam secundum eum, quàm ipsa legalis scientia. Ergò inter ea non est inuenire prioritatem & posterioritatem, vt inter materiam & materiatum, sic ergò obseruandum est dicere, ius approbatum esse materiam legalis scientiæ. Quintò sic, si ius approbatum est idem: ergò ipsa est simplex materia, quòd est absurdum, cùm productum differre debeat, ab eo, à quo productio fit, vt obligatio à contractu. Sextò sic. † Dispositum & disponentia non patiuntur se sub eodem genere, vt infr. de sum. Trin. l. vlti. sed is est disponens negocia, & negocia sunt dispositi, vt in Authen. hæc consti. inno. consti. quæ. in prin. col. 6. & de fide instru. §. quia igitur. col. 6. Ergò inconuenienter ponuntur pariter, vt materia generalis. Septimò sic. Iustitia & ius habent se, vt producens & productum, vt inf. l. 1. sed producens & productum habent se, vt diuersa, & non vt idem, vt infrà de vsuc. l. fi. aliena. §. Scæuola, & de verborum & re. signifi. §. partum. Ergò malè posuit Azo, vt idem de materia generali. Iustitiæ enim author est Deus. iuris author & expressor, & executor, & deductor materiæ, est homo: productor Deus. Octauò instatur sic, materia dicitur id esse, ex quo aliquid conficitur, & inesse producitur, vt infrà de acquirend. re. do. l. adeò. §. cum quis. & l. in omnibus. & ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. illud, cum sim. Sed de errore & contumacia non constituitur ius, vt de materia. Nam proprium materiæ est, ponere materiatum, ex quo materiato non sequitur corruptio, vel destructio materiæ, quòd materia non recipiat translationem, sed potius conseruationem, vt §. illud. Sed purè dispositionem sequitur, vel inducitur abolitio debitorum, & inductio virtutum: ergò fatuum videtur, dicere, delicta & vicia esse materiam iuris: cùm ad positionem materiæ vt totius, sequitur positio materiati vt partis, vt probari potest, per l. cùm aurum. & ff. de aur. & argen. leg. Sed ad positionem delicti in eo, quod delictum non sequitur positio iuris, sed remotio. Eo enim ipso, quòd ponimus iniustè factũ, iustitiam remouemus. Nonò sic. † nunquam contraria patiuntur per eundem modum se in eodem subiecto, imò ad positionem vnius sequitur remotio, seu destructio alterius, vt inf. de instit. actl. l. sed & si. §. si institoria, & de procur. l. Pompo. §. serui. sup. & C. de furtis. l. 1. & in Authen. de man. Prin. §. neque autem. Sed iustitia quæ est virtus, est contraria vitijs: & ecõtra, ergò est impossibile, compati se simul in eodem subiecto eiusdem artis, id est, in materia generali. Decimò reprobatur sic: Dicere, contractus esse materiam

iuris, nihil est aliud, quàm concludere filium esse priorem patre, & productum esse ante producẽdum: quod est hæreticum, ergò, &c. vt infr. de inter. actio. l. confessionibus, & l. iis cui. §. vltim. Sed † constat, contractus esse productos à iure gentium & ciuili, vt infr. eod. l. ex hoc iure gentium. & C. de iure Emphyt. l. 1. & instit. de actio. §. de constitutis. ergò iuris prius, contractus posterius. Respondet Azo, contractus non esse materiam iuris: cum materia præcedere debeat, vt supr. probatum est. Vndecimo reprobatur Azo: quia delicta posuit vt materiam generalem, contractus vt communem: & sic vt diuersas materias. Sed videtur quòd non debuit vt diuersas materias ponere, vt sint paria in obligationibus inducendis, & inducturis effectu, vt infrà de iud. l. omnem. & in Authen. vt omnes obe. iud. prouin. §. hoc considerantes. Ex istis concluditur, eum malè dixisse, secundum quosdam, sed aliqui volunt eum defendere, & respondere obiectis, per ordinem: & breuiter. Primò primæ obiectioni respondent, quòd materia communis sic se habet ad generalem, sicut productum ad producendum: quia communiter deriuatur à generali, sicut à fonte. vnde si ad productum vel deriuatum non habemus respectum: sed solummodò ad producentem, vel ad deriuantem: contractus includetur sub generali materia. sed breuiter, respectu singulorum ad singula, benè dixit Azo. Nec obstat oppo. quòd obtineretur, si communis esse omninò extranea à generali, sed nõ est: imò est eius species subalterna. Ad secundum obiectum respondent: quia sequitur positio generis, sed non totius generis: nam si est contractus, benè est negocium, sed non omne negocium. sicut cùm dico, si est homo, benè est animal: sed non omne animal. Similiter tertio obiecto patet solutio: quia verum est, quòd oppositiones concludunt, si remouentur abesse circa materiam: secus si remouentur abesse circa formam. Nam benè sequitur, quòdlibet animal, præter brutũ est homo: ergò brutum cuiuscunq; speciei, vt equus, bos & similia animalia non sunt homines. Ad quartum etiam patet responsio: quia benè procedit illud, ad quod adaptatur: sicut lateres iam apti & præparati præcedunt ædificium quod de eis fit. Et ad illud quòd dicitur quinto loco: Item, secundum ius approbatum est idem, &c. Respondetur, quòd non reperitur Azonem hoc dixisse. sed etsi dixisset, ipse potest respondere, quòd illa absurditas obtineret in materia permanente, qualis est ius approbatum. Nam sine dubio, farina & aqua nõ est idem quòd panis: & ita aurum est idem cum annulo inde facto. Ad sextum obiectum facilis est responsio: quia citò dispositio negocio est ius approbatum, & sic non est iusdem generis, sed diuersorum. Ad septimum patet solutio: quia non sunt idem numero, sed sunt idem genere. Ad octauum respondetur: quia error & contumacia non sunt materia ex qua, sed sunt materia per quam iura facta sunt. Ad nonum respondeo, quia non per eundem modum. nam ius & iustitia sunt de materia generali, sicut de materia propter quam. Ad decimum respondet sic, quia oppositio procederet, quantum ad illud, quod procedit ex contractu, siue sit obligatio, siue iuris vinculum, non procedit. Ad decimum respondeo, quòd puerile est, quia non sequitur, quod quæ sunt eiusdem effectus, sunt eiusdem ortus: & sic fallatur Azo. Sed certè quicquid dicatur, Azo posuit esse de materia, quæ non facit propriè, nec dici potest materia generalis scientiæ aliqua. Hoc non approbant, sed dicunt, quòd materia legalis scientiæ est Iustitia, arg. l. 1. infr. eod. alij dicunt quòd ius. alij, vt Iac. de Ra. & sui sequaces dicunt, quòd est bonum & æquum. Vnde dicit inf. eod. l. 1. §. ius est, id est, ars de bono. & illud, de quo est ars, est subiectũ artis, nec potest dici ius subiectum, quia ius est ars, & ars non est subiectum artis. Est ergò secundum istos, bonum & æquum materia, siue subiectum legalis scientiæ, in omnibus libris iuris ciuilis: nec est in hoc aliqua differentia, inter libros nostros penes subiectum: licet sit diuisio penes formam tractandi, vt superiùs dixi. Alij, vt Dyn. dicunt, quòd est considerare subiectum disponens, & dispositum. Disponens subiectum, siue materia nihil aliud est, quàm actus hominũ, vt in Auth. hæc cõsti. inn. in prin. & de fide instr. quia & dispositum nihil aliud est, quàm actus hominum, vt in præalleg. l. Sed si quæratur de materia, siue subiecto illius disponentis, vel dispositæ potest dici, quòd vnum quodq; illorum trium, scilicet iustitia, bonũ & æquum ius approbatum, diuersis respectibus esse subiectum illius materiæ disponentis, siue dispositæ, quia si petatur subiectum pro radicali principio, à quo omnia procedunt, & à quo omnia redduntur: tunc erit id iustitia, vt infrà l. 1. quia omnia particularia à iustitia producuntur, vt in Authent. vt omnes obe. iudi. in princi. Si ponatur subiectum pro toto vniuersali, ad cuius cognitionem omnia: tunc erit bonum & æquum, quia ad cognitionem eius omnia tendunt, vt infrà de verbo. oblig. in l. si seruum. Item alibi, hæc actio de bono & æquo, &c. vt inf. de relig. & sumpti. fu. l. hæc actio, si ponatur pro integrali, scilicet similiter collecto ex particularibus, & de quo vniuersaliter tractatur, tunc erit ius approbatum, quia vniuersaliter, ex particularibus legibus integratur. Legalis scientia est, quòd probatione non egeat, secundum eum, ex prædictis eligatis, quod magis placet. Ego autem teneo opin. Iac. de Ra. quòd per multos egregios Docto. approbare audiui. Modò videamus de causa formali, & ista est duplex. nam vna est ex parte tractandi, & alia ex parte tractatus. Ex parte tractandi formalis, id est, quod modus agendi est, qui multiplex, videlicet, diffinitiuus, diuisiuus, & expositiuus, determinatiuus, & exemplorum positiuus. Et altera est causa formalis ex parte tractatus, quod est diuisio lib. quia materialiter diuisus est in 50. libros, vt patet per ordinem, vsque ad fi. ff. Nunc restat videre de alia causa, scilicet fiendi: & hęc similiter est duplex. vna enim est causa finalis, & alia est causa efficiens. Causa finalis est duplex: vna quidẽ est causa proxima, alia est remota. Causa proxima est ipsius subiecti cognitio, scientiæ huius l. bri. & quod sit illud suprà diximus. Secunda causa finalis remota est felicitas, seu fictio felicitatis, vt suprà in proœmio huius libri. §. discipulus. Causa verò efficiens est ipse Deus, cuius Romanus populus in hoc sui organum, vt patet latinè & græcè. infr. de legib. l. 2. ibi. omnis lex est inuentio & donum Dei. Item † per ora Principum leges diuinitus promulgatæ sunt, vt sup. de præscrip. long. tempor. l. fi. & de veteri iur. enu. l. 1. §. sed neq;. & in Authen. de si. instr. in prin. Cyn. Expeditissimus de causis, videndum est modò de secundo, scilicet, cui parti philosophiæ subalternatur ista scientia. Multa possent dici, tamen Doctor. communiter dicunt, quod subalternatur ethicæ, vt in Authen. quomodo oportet Episc. & in multis alijs. Secundò & vltimò restat videre, quid sit nomen libri, & quis titulus eius. Nomen libri est forum. seu pandectarum. eò, quod disputationes humanas in se continet, & quasi digerit, & quod vndiq; fuit collectum, in sinus suos recipit, vt C. de veteri iur. enuc. l. 2. §. si tamen omnia in quinquaginta. & eò, quod totam doctrinam cõtinet, à pan. quod est totum, & docta, quod est doctrina, vt sic deseruiat effectus nomini vt instit. de dona. §. est & aliud, & C. de fe. l. à nullo. Titulus huius libr. est: Iustiniani sacratissimi Principis, perpetui Augu. iuris enucleati ex omni veteri iure ciuili collecti, ff. seu pandectarũ incipit lib. de Iusti. & iure. Nam Imperator Iustinianus tractaturus, qualiter Iustitia se habeat in negocijs decidendis, seu qualiter Iustitię liber negocio assumatur, præmittit de iustitia, scilicet declaranda, quod dicetur inf. eod. l. Iustitia. & quia filius seu fructus Iustitiæ est ius aliàs: quia ius est materiatum à iustitia, subiecit de iure, &c.

RVBRICA I.

De Iustitia & Iure.

SVMMARIA.

1 *Principijs ignoratis necesse est ignorare ea, q̃ ex eis sequũtur.*

2 *Ius an*

2 *Ius an descendat à Iustitia?*
3 *Ius capitur dupliciter.*
4 *Ius qualiter differat à Iustitia?*
5 *An hic diffiniatur Ius in genere, vel in qualibet sui specie?*
6 *Ius semper bonum considerat, & summam Iustitiam: et vbi sine captione inuestigari potest, eligit quod minus habet iniquitatis.*
7 *Ius publicum quid sit? Et quid Ius priuatum?*
8 *Sacerdos est publica persona, & præfertur magistratibus: et si sacerdoti in præsentia fiat promissio de aliquo restituendo alteri, per eum quæritur illi actio.*
9 *Homo creatus est cum duabus naturis, sensitiua scilicet, & rationabili.*
10 *Ius naturale prout congruit cuilibet animali, quid sit.*
11 *Coniunctio maris & fœminæ appellatur matrimonium.*
12 *Alimentorum præstatio est de iure naturali.*
13 *Peritia attributur animæ.*
14 *Ius est res finita.*
15 *Ius non diuersificatur secundum diuersitatem rerum, quæ diuersitatem non habẽt in iure: sed in his, quæ habent diuersitatem secus.*
16 *Ius publicum non pertinet ad statum rei Romanæ tantum, imò ad statum alterius.*
17 *Ius fiscale an dicatur publicum?*
18 *Matrimonium contrahitur per consensum, verbis expressum, in his, qui loqui possunt.*
19 *Copulæ carnalis actus, siue matrimo. an sit de iure naturali?*

IVRI OPERAM daturum, &c. In l. ista, cum se. quæ continuantur ad eandem, sic procedit Iurisconsultus. Primò enim diffinit. Secundò ibi, huius studij. diuidit. Tertiò ius publicũ exemplificat, vsq; ad l. Iustitia, & ideò vsq; ibi debet continuari: veruntamen quælibet harum partiũ subdiuiditur. Nam prima pars, secundũ Dyn. subdiuiditur in tres partes. Primò namq; ostendit, vnde ius sumpserit originem. Secundò ibi, nam vt eleganter, diffinit ipsum ius. Tertiò ibi, iustitia, &c. demonstrat effectum, ad significationem ipsius. Vel secundum Iac. de Are. Prima pars subdiuiditur in 5. particulas. Prima enim dicit, quid volentẽ studere in arte iuris, præstare oporteat. Secunda, illud præstandum docet, ibi, est autem, &c. Tertia probat, & diffinit per locũ ab authoritate. ibi, eleganter, cuius merito &c. Quinta ostendit, quare hoc decus inde sequitur, & hoc ibi, Iustitiam namq;, &c. Literam expone, & notabilia collige per te ipsum. Ad princ. istud op. duobus modis. Primò opponitur, dicitur hic, quod iuri omninò operam daturũ, prius nosse oportet, &c. verbum, oportet, necessitatem imponit: & sic videtur hic dicere, quod necessariò debet sciri origo rei, vt habeatur eius notitia. Sed contra hoc: quia non probat hoc esse, quod ad hoc contingit abesse: Nam vt te cognoscam, non est necesse, vt cognoscam patrem vel matrem tuam. Ergò ad hoc, vt cognoscam ius, non oportet cognoscere vnde descendat. Sol. glo. concedit hoc, & exponit, oportet, id est, decet. Sed contra istam sol. instatur, quia † ignorati principia, necesse est tollere ea, quæ deinceps sunt, vt in Auth. de non alien. §. si nimis. Sed ad hoc dicit Dyn. quod aut ignoratur principium, vnde descendit: & tũc nihilominus potest illud sciri, sicut est, quando cognosco te, & non patrem tuum. aut ignoratur principium, per quod aliquid discernitur: & isto casu, necesse est ignorari ea, quæ ex illo principio procedunt. & sic adiuatur fi. glossi. secundum eum, alij dicunt, quod hic stat verbum oportet, propriè, nam si non scias Iustitiam, quæ est causa seu materia, non potest ius sciri, quod est causatum & materiatum ab ea. Secundò oppo. dicitur hic, quod † ius à Iustitia descendit, per quod supponitur, quod prius fuit Iustitia, quàm ius. Sed contra inf. eod. lege Iustitia: quia dicit, ius suum, &c. ergò statim vt fuit Iustitia, oportuit esse ius, & sic vnum non potest esse prius altero. Sol. glos. concedit op. & exponit ibi, ius, id est, hominis meritum. hoc non approbat Dy. sed dicit, quod † ius dicitur dupliciter. Vno modo, prout est in habitu animi: & tunc est vnum prius altero: quia semper Iustitia est apta tribuere ius suum. Alio modo consideranda est ius, put est ius in actu: & tunc benè est vnum prius altero: quia se habent vt sententia & executio, & sicut obligatio & actio. Nam obligatio est vinculum, &c. Si ergò non esset, per quod reduceretur ad effectum, nullus esset momenti obligatio. sed hic habet fieri per actionem. Actio enim est ius prosequendi, &c. sic est ius ad Iustitiam. Iustitia vult tribuere, &c. & ipsius voluntatem exequitur ipsum ius, vt Azo per ipsam diffinitionem iuris. alij dicunt, vt Iacob. de Aren. quod hic accipitur ius pro arte iuris, vt subiecit, id est, Iustitia nihil aliud est, quàm bonitas & æquitas. Restat modò alia declarare q̃rendo. quæritur primò, † vtrum, & in quo differat ius à iustitia. Ad hoc potest respondẽri secundũ Dy. aut consideramus ius, prout est in habitu animi, & tunc nõ differunt, aut cõsideramus ipsum, quantũ ad actum, & tũc differunt sicut sententia & executio: & ita intelligitur, quod not. infrà eod. l. Iustitia. §. 1. & sicut obligatio & actio, vt suprà dictum est: ista similitudo obligationis & actionis posset calumniari, ostendendo, quod actio & obligatio sunt vnum & idem, vt ple. dixi C. de eden. l. edita. Vel potest responderi, secundum Iac. de Aren. quod ius & Iustitia differunt authore & substantia. Authore differunt: quia Iustitiæ author est Deus, vt hic not. qui est natura naturans. Iuris author est homo, vt Imperator, qui est natura naturata, vt infrà de iud. sed et si restituatur. §. fin. & si cer. pet. l. cùm ad præsens, infr. le. se. Item differunt substantia: quia Iustitia est anima non formata in ius: sed ius est æquitas in præceptis redacta, quæ sunt subiecta Iustitiæ comprehensione. Subiacet enim aliquid Iustitiæ, sed non iuri: quia non sic adhuc æquitas redacta in præceptis, vt C. de ve. iu. enu. l. 2. §. sed quia, & infr. de legit. l. leges. Secundò quæritur, † vtrum hic diffiniatur ius in genere, an in qualibet sua specie? Dicit glos. quod hic diffinitur ius in genere, non in specie: quia species iuris non sunt ars, sed artis partes. Sed contra hoc instatur, quod imò, in qualibet sui specie diffiniatur ars, per leg. quæ dicit, quod pars rectè dicitur fundum, &c. vt infrà de leg. 1. l. planè. §. fi. & de fundo do. l. dota. Præterea, diffinitio generis habet conuenire cuilibet speciei: cùm species sit in genere, vt infr. de regu. iur. l. semper. & de manumis. test. l. si peculium. ergò siue diffiniatur in genere, siue in qualibet sui specie, rectè accipitur, secund. Ia. de Are. Tertiò quæritur. quia ius est ars boni & æqui, quod ad hoc nos arctat: qualiter hoc faciat? Respõdeo, ius quandoq; nos arctat simul ad bonum & æquũ, quandoq; ad alterum tantùm. Ad bonũ & æquum arctat nos ius naturale, dum liberos nostros cõpellit alere, & ecõtra, arg. infr. eod. l. §. ius naturale. & de lib. ag. l. si quis. & C. de bon. quæ lib. l. vlti. §. ipsum. & dicta l. si quis. §. simul parens, & C. de ale. lib. l. 1. & istud dicitur semper bonum & æquum, vt inf. eo. l. ius pluribus modis. Item arctat nos ad bonum & æquum ius naturale. dum dicit nos religioni erga Deum, & parentibus obedire, vt inf. eod. & in fi. & l. seq. Item dum dicit, pœna seruari legitimã, vt inf. de pact. l. 1. Item dum vult seruare voluntatem domini, circa rerum suarum administrationem. vt inf. de his qui sunt sui, vel ali. iur. & instit. de re. di. §. per traditionem. quandoq; arctat nos istud ius ad alterum tantùm, vt ad bonum, & non æquum, vt est illud, quod seruitutem inducit, vt inf. de stat. hom. l. 3. Item illud, quod statuit, ædificantem in alieno scienter, perdere & impendit, vt inst. de re. di. §. ex diuerso. Item arctat nos ad bonum & æquum ius ciuile, vt sup. fi. cert. pet. l. si me & Titium. quandoq; istud ius arctat nos ad æquum, sed non bonum, vt inf. depo. l. bona fides. & C. de pact. dota. l. hac edictali. quandoq; ad bonum, sed non æquum, vt inf. de vsu. l. 1. & pro suo. l. vlti. interdum considerat bono melius, vt inf. de off. proconsul. l. 1. & l. obseruare, in princ. Interdum æquo & æquius, vt inf. de furt. l. si seruus. §. quod verò. interdũ iusto iustius, vt in l. exigendi. C. de procu. & hęc satis diuersis considerationibus: non

vt ſicut contraria, nam quod vna conſideratione eſt æquum, alia eſt æquius vel iuſtius. Nam † ius ſemper bonum, æquitatem, & iuſtitiam ſummam conſiderat: & vbi neutrum ſine captione inueſtigari poteſt, eligit q̃ minimũ habet iniquitatis, vt inf. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. in l. 2. & inf. de fideicom. lib. l. ſi debitor. & infrà de reg. iur. l. quotiens. Interdum adaptatur ad illud q̃ rectum eſt, vt infrà qui & à quibus. l. proſpexit. §. huius ſtudij. Hîc incipit tractare de ſubſtãtia iur. per modum diuiſionis: & procedit ſic iuriſconſultus. Primò diuidit ius in duas ſpecies. Secundò probat, ponendo rationem diuiſionis. Tertiò ponendo ſubſtantiam publici iuris, inſiſtentis in tribus. Quartò proſequitur tertium membrum diuiſionis, ſubdiuidendo in tria membra, & illa conſequitur ſigillatim. proſequendo vadit vſque ad l. Iuſtitia. Nota ex iſto §. † quod ius publicum eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat: & priuatum, quod ſpectat ad vtilitatem priuatorum. Secundò nota. quod publicum ius conſiſtit in ſacris: vt in Eccleſijs habendis. Nam publicè vtile eſt, vt ibi veniam peccatorum imploremus, vt in Authen. vt lic. ma. & auiæ. §. quia homo, & ratio, quod de violentijs commiſsis in ſacris, competit cuilibet interdictum, vt dicit glo. Item conſiſtit in ſacerdotibus: quia intereſt, &c. vt contrarium nota. Tertiò nota, quod ſacerdotes magiſtratibus præferuntur. Item, † quod ſacerdotes ſunt publicæ perſonæ. Hinc eſt, quod ſi ſacerdoti in pœnitentia fiat promiſsio de aliquo reſtituẽdo alteri, quod per eum quæritur illi actio, ſicut cùm ſtipulatur, vt inf. de adop. l. non aliter. & infrà de magiſtr. conue. l. pen. & rem pu. ſal. fo. l. 2. & eſt expreſſum in 6. de vſu. c. vſurarum vorax. Quartò, quod homo eſt creatus † in duabus materijs: vna ſcilicet, quam communem habet cum cæteris animalibus: puta, alimentationem, vel ſenſualitatem: & ſecundum hanc naturam deſcribitur ius naturale in legibus: altera verò, quam cõmunem habet cum Angelis, ſcilicet, rationabilitatem, ſecundum quam ius naturale diffinitur in canone. vnde, put congruit † ius naturale cuilibet animali, ius naturale eſt quoddam ius animæ ſenſibili in eius productione à natiuitate infertum. prout verò congruit homini tantùm, ius naturale eſt quoddam ius animę, id eſt, quędam ratio humanæ creaturæ, à natura inſita, ad faciendum bonum, cauendumq̃ congruũ, quod ſoli conuenit homini. Quintò not. quod † coniunctionem maris & fœminę matrimonium appellamus. Sextò notatur, quod † hinc liberi procreantur, & ſic alimentorum præſtatio eſt de iure naturali. Septimò not. quod † animæ attribuitur peritia. Ad §. iſtum opp. dicitur hîc, quod huius ſtudij duæ ſunt poſitiones, id eſt, ſpecies, ſecund. Plac. ſed contrà: quia poſitiones iuris ſunt illæ, quas ius determinando ponit, ſed illas conſtat eſſe infinitas: quia de infinitis tractat, & ideò eius ſpecies infinitæ: & ipſum ius infinitũ, quod eſt falſum: quia ius † eſt res finita, vt ſup. in proœmio. §. quibus in fi. So. vera eſſet op. accipiendo ſpecies, id eſt, ſingulares res, ſecund. Iuriſtas, qui appellant ſpecies res ſingulares: vt iſte equus, iſte homo, vt inf. ſi cert. pet. l. 2. tunc enim penes diuerſitatem rerũ ſunt diuerſæ ſpecies: & ius tractans de equo, diceretur equinum, & de homine, humanum. & ſic cùm ſint res infinitæ, eſſent infinitæ ſpecies. ſed certè † ius non diuerſificatur penes diuerſitatem rerum, quæ non habent diuerſitatem in iure, ſed benè diuerſificatur penes res, quæ in iure habent diuerſitatem. verbi gratia, maior & minor ſunt res, in quibus cadit iuris diuerſitas: & ideò aliud eſt in minore, aliud in maiore. Item, mobile & immobile. Item, publicum & priuatum. & idem publicum & priuatum diuerſas ſpecies conſtituit diuerſarũ ſpecierum, verbi gratia. Quæſtio in Titio, qui vendit fundum, non habet locum in Semproñio: quia iura non in ſingulas perſonas, &c. Et ſi vera ratio legis ad hæc tendant, in omnibus directum habet auxilium l. ſi autem ratio tantùm, & non verba: tunc habet locum vtile auxilium. Sed ſi tu dicas, vbi non eſt diuerſitas in rebus penes rationem, ibi habet ſemper locum directum auxilium: ſiue verba & ratio, ſiue ratio dicta hoc faciat. At vbi inueniretur diuerſitas penes rationem, tunc habet locum vtilis: ſicut eſt videre in actione de pauperie, quę directa datur in quadrupede: & vtile in bipede, vt infrà ſi qua. paup. fe. di. l. pe. quia non eſt per omnia eadem ratio. Nam magis nocet quadrupes, quàm bipes. idem eſt videre in ſeruo corrupto, vbi habet locum directum auxilium: & in filio, vbi habet locum vtile: quia non eſt omninò eadem ratio. nam filius corruptus non ſic nocet vt ſeruus, propter præſumptionem ſanguinis. & ideò cùm non ſit omninò eadem ratio, non eſt idem omninò auxilium, ſed datur vtile ex interpretatione, & extenſione iuriſconſultorum, vt alibi dicam ſuo loco. Ex prædictis patet, quod præalleg. benè intellexit hîc, dum expoſuit, poſitiones, id eſt, ſpecies. Quidam Moderni, vt Iaco. de Are. exponunt, poſitiones, id eſt, conſiderationes: quaſi dicat, duo conſiderat ars iuris: videlicet, publicum vtile, & priuatum vtile, ex quo reſultat diuiſio: & tunc ceſſat obligatio. Secundò oppo. & videtur, quod † ius publicum non pertinet ad ſtatum rei Romanæ tantùm, imò ad ſtatum alterius. Nam vt hîc dicitur, ius publicum conſiſtit in ſacris, & ſacerdotibus: ſed ſacra & ſacerdotes ſunt in alijs ciuitatibus. ergò, &c. Sol. licet immediatè talia ſpectent ad locа vbi ſunt, videntur tamen ſpectare ad ciuitatem Romanam, quæ ex omnibus partibus conſiſtit, vt inf. tit. l. 1. Tertiò opp. circa hoc, quod omnes caſus ſtatutis in iure, reſpiciunt vtilitatem publicam: ergò omnia iura publica ſunt. Reſpondeo & dico, quod omnia iura poſſunt publica dici, tamen diſtinguũtur penes principalitatem. Nam iura publica dicuntur, quæ principaliter ad vtilitatem publicam rei Romanæ ſpectant. Priuata ſunt, q̃ principaliter priuatam reſpiciunt: tamen ſecundario pro pub. vtili introducuntur, vt in Auth. vtiu. ſine quo. ſuffra. §. cogitatio. colla. 1. & inſtit. de his, qui ſunt ſui vel ali. iu. §. pe. & cognoſcuntur hæc, q̃ pu. iur. ſunt, q̃ in ſuo caſu particulari pu. vti. afferunt. priuata iunt, q̃ in ſuo caſu priuatam afferunt, verbi gratia: q̃ ſit Eccleſia in ciuitate pertinet ad pub. vtil. omniũ ibi exiſtentiũ. Nam ita poteſt vnus orare, ſicut alius. idem in ſimilibus. & hæc reſpiciunt in quolibet ſuo caſu particulari pub. vtili. & ideò ſunt publica, ſed priuata non afferunt pub. vtili. in quolibet ſuo caſu: ſed in ſuo vniuerſo, verbi gratia. Iura dicunt, q̃ Titius venditor tenetur rem venditam tradere: iſtud non affert vtil. publi. in ſuo caſu particulari: ſed inſpecto vniuerſo ſic. & ita debet intelligi iſte §. Quartò op. quia l. dicit, q̃ † fiſcale dicitur ius pub. vt C. de primipil. l. vtilitas. ſed fiſcale non verſatur in ſacris, & ſimilib. ergò, &c. Sol. iam reſponſum eſt ſupr. proxi. Nam diſtinctio, quæ ſit penes principalitatem, tollit contrarium. hîc enim accipitur ius publicũ, quod continet vtilitatem totius populi, & cuiuslibet de populo, vt habere Eccleſias, ſacerdotes, & iudices, per quos iura redduntur. nam parum eſſet, &c. vt infr. tit. l. 2. §. poſt originem. Alio modo accipitur ius publicũ, quod pertinet ad vtil. fiſci. & hoc prodeſt fiſco, & ſingulis pro fiſco tantum, & ideò tale ius fiſco competens, dicitur priuatum, cui & publicũ, quod & publicè omnibus prodeſt, vt C. de cad. tol. l. 1. in fin. & inſ. de op. no. nun. l. de pupillo. §. riuos. vnde ſicut ius, quod tractat de venditione & ſimilibus, dicitur ius priuatum: ita quod tractat de vectigalibus & de tributis, & ſimilibus, dicitur ius priuatum, reſpectu iſtius publici, quod reſpicit publicam vtilitatem, in quolibet caſu particulari, licet alio reſpectu dicatur ius publicum: & ideò debet hîc exponi, ius priuatum eſt, quod ad ſingulorum vtilitatem, id eſt, hominis, ſiue ſit priuatus, ſiue fiſcus. Quintò contra hanc opinionem ego dixi, quod ius publicum eſt, quod in quolibet ſuo caſu affert vtilitatem publicam, ſed contrà, quia lex dicit, quod publicè intereſt, dotes mulieribus ſeruari: ſed q̃ Titius conſtituat dotem Bertæ, nõ eſt vtilitas publica. ergò malè dixi. & ſic obſt. inf. ſo. ma. l. 1. Sol. dico quod propriè illud eſt ius publicũ, de quo ſup. dictum. Sed impropriè dicitur in illo caſu ius publicũ per appropriationem: quia ſi mulier dotẽ habeat, nubet, & libe-

& liberos pariet, quibus vt ciuitates repleantur, eſt publica vtilitas: & fortè procreabit talem, qui erit Papa. & hæc publica vtilitas magis attenditur, quàm priuata. & ideò dicitur ius publicũ. Sic aliàs, neptem ſororis meæ non poſſum ducere in vxorem: licet ſit in quarto gradu: quia ſapit naturam lineæ aſcendentis, per quam habeo prohibitionem, vt inſt. de nup. §. duorum. & ita à ſimili ſapit in caſu illius leg. naturam publici iuris. & ideò &c. Sextò opp. & videtur, quod inſufficienter & malè proſequatur hîc legiſlator ſubſtantiam publici iuris: quia ius publicum ita eſt tripartitè collectum, ſicut & ius priuatum. Attamen ipſe non proſequitur in hoc, niſi ius priuatum, & ſic inſufficienter & malè: quia publicum dignius eſt priuato. ergò, &c. So. vt in gloſſ. quæ incipit, ſpecialius. ideò ponit, &c. Septimò oppo. quod idem ſit ius naturale & gentium. Sol. dicit vt in glo. quæ incipit, Deus. Octauò op. de vermibus, qui ſine coniunctione maris & fœminæ naſcuntur. Dicunt quidam, quod litera, quoq̃, &c. refert non ſingula generum, ſed genera ſingulorum. Sed iſtud nihil eſt: quia vermes ſunt vnum genus animalium: & ſic remanet opp. ſicut prius. dicas ergò, quod refertur ad genera ſingulorum, non habito reſpectu ad iſtum terminũ, alia. ſed ad iſtos terminos: cœlum, terra, mare, vt ſenſus ſit. animalia quæ naſcuntur ex coniunctione maris & fœminæ, ſimiliter alia, aëris & cœli, non tamen quodlibet genus animal naſcitur ex tali cõiunctione: & ſic reſpectu iſtius termini animalia, non referunt pro ſingulis generũ, nec p̃ generibus ſingulorum. & ita oportet expediri iſtud contrarium, quicquid dicat gl. Nonò op. dicitur hîc, quod † de iure naturali eſt coniunctio maris & fœminæ, quod matrimoniũ appellamus. & ſic innuit, quod matrimonium eſt de iure naturali. ſed contra, quod imò non ſit ius aliquod, imò potius factum: nam matrimoniũ contrahitur per conſenſum, verbis expreſſum, in his, qui loqui poſſunt, ſecund. Canoniſtas. vel per annuitiones capitis, & alia ſigna conſenſus in alijs: vel literis inter abſentes, vel per nuncium: & hæc omnia ſunt facti, vt infr. de cu. ſu. l. conſilio. vel ſi ſunt ius, ſunt potius iuris ciuilis. Reſp. tribus modis. Primo modo, vt accipiatur natura, id eſt, Deus. Et tunc benè verum eſt, quod de iure naturali eſt matrimonium: quia Deus coniunxit hominem & fœminam in paradiſo. Secundo modo, vt accipiatur natura, id eſt, inſtinctus naturæ, & dicendum eſt, quod matrimonium eſt de iure naturali occaſionaliter: quia vnuſquiſq̃ habet ſuam mulierem propter fornicationem: & ſic ratione primi motus, venit ad ſecundum, id eſt, ad conſenſum. Tertio modo reſpondetur, quod etiã in conſenſu expreſſo, vel quaſi, eſt affectio, quæ eſt iuris naturalis: & ſecundum hoc coniunctio illa eſt à iure naturali. ſcilic. ratione partis, id eſt affectionis: vel ratione motus, quam. ſcil. totalem, cum conſenſu expreſſo, vel quaſi, appellamus, &c. & ſic intelligitur gloſ. id eſt, coniunctio animarum. Expediti de contrarijs, veniamus ad q̃. quæritur primò: quia dicitur hîc, quod tam coniunctio, q̃ matrimonium, &c. eſt de iure naturali. quid de coniunctione illicita, vbi non eſt matrimoniũ? Reſpondeo, ſi accipiatur natura pro ipſo inſtinctu: tunc eſt idem. Nam ius naturale, prout eſt inſtinctus naturæ, benè ſu adet illicitum: habito reſpectu ad ius diuinum, vel ius ciuile, vt in Auth. de monac. 2. ſi non intra. coll. 1. † Secundò quæritur, vtrũ actus matrimoniũ, vel copulæ carnalis ſit de iure naturali? & dic vt glo. poſſunt alia quæri, quæ omitto.

SVMMARIA.

1 *Vim & iniuriam, cum moderamine inculpatæ tutelæ, repellere poſſumus.*
2 *Iuſte facit quis id, quod ob tutelam ſui corporis facit.*
3 *Hominem hominis inſidiari nephas eſt.*

VT VIM atque. Caſus patet. Not. ex. l. iſta, † quod vim atq̃ iniuriam illatam nobis propulſare poſſumus, hoc eſt verum in continenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt inf. de vi & vi ar. l. 1. §. vim & liberos pariet, quibus vt ciuitates repleantur, eſt publica vtilitas: & fortè procreabit talem, qui erit Papa. & hæc publica vtilitas magis attenditur, quàm priuata. & ideò dicitur ius publicũ. Sic aliàs, neptem ſororis meæ non poſſum ducere in vxorem: licet ſit in quarto gradu: quia ſapit naturam lineæ aſcendentis, per quam habeo prohibitionem, vt inſt. de nup. §. duorum. & ita à ſimili ſapit in caſu illius leg. naturam publici iuris. & ideò &c. Sextò opp. & videtur, quod inſufficienter & malè proſequatur hîc legiſlator ſubſtantiam publici iuris: quia ius publicum ita eſt tripartitè collectum, ſicut & ius priuatum. Attamen ipſe non proſequitur in hoc, niſi ius priuatum, & ſic inſufficienter & malè: quia publicum dignius eſt priuato. ergò, &c. So. vt in gloſſ. quæ incipit, ſpecialius. ideò ponit, &c. Septimò oppo. quod idem ſit ius naturale & gentium. Sol. dicit vt in glo. quæ incipit, Deus. Octauò op. de vermibus, qui ſine coniunctione maris & fœminæ naſcuntur. Dicunt quidam, quod litera, quoq̃, &c. refert non ſingula generum, ſed genera ſingulorum. Sed iſtud nihil eſt: quia vermes ſunt vnum genus animalium: & ſic remanet opp. ſicut prius. dicas ergò, quod refertur ad genera ſingulorum, non habito reſpectu ad iſtum terminũ, alia. ſed ad iſtos terminos: cœlum, terra, mare, vt ſenſus ſit. animalia quæ naſcuntur ex coniunctione maris & fœminæ, ſimiliter alia, aëris & cœli, non tamen quodlibet genus animal naſcitur ex tali cõiunctione: & ſic reſpectu iſtius termini animalia, non referunt pro ſingulis generũ, nec p̃ generibus ſingulorum. & ita oportet expediri iſtud contrarium, quicquid dicat gl. Nonò op. dicitur hîc, quod † de iure naturali eſt coniunctio maris & fœminæ, quod matrimoniũ appellamus. & ſic innuit, quod matrimonium eſt de iure naturali. ſed contra, quod imò non ſit ius aliquod, imò potius factum: nam matrimoniũ contrahitur per conſenſum, verbis expreſſum, in his, qui loqui poſſunt, ſecund. Canoniſtas. vel per annuitiones capitis, & alia ſigna conſenſus in alijs: vel literis inter abſentes, vel per nuncium: & hæc omnia ſunt facti, vt infr. de cu. ſu. l. conſilio. vel ſi ſunt ius, ſunt potius iuris ciuilis. Reſp. tribus modis. Primo modo, vt accipiatur natura, id eſt, Deus. Et tunc benè verum eſt, quod de iure naturali eſt matrimonium: quia Deus coniunxit hominem & fœminam in paradiſo. Secundo modo, vt accipiatur natura, id eſt, inſtinctus naturæ, & dicendum eſt, quod matrimonium eſt de iure naturali occaſionaliter: quia vnuſquiſq̃ habet ſuam mulierem propter fornicationem: & ſic ratione primi motus, venit ad ſecundum, id eſt, ad conſenſum. Tertio modo reſpondetur, quod etiã in conſenſu expreſſo, vel quaſi, eſt affectio, quæ eſt iuris naturalis: & ſecundum hoc coniunctio illa eſt à iure naturali. ſcilic. ratione partis, id eſt affectionis: vel ratione motus, quam. ſcil. totalem, cum conſenſu expreſſo, vel quaſi, appellamus, &c. & ſic intelligitur gloſ. id eſt, coniunctio animarum. Expediti de contrarijs, veniamus ad q̃. quæritur primò: quia dicitur hîc, quod tam coniunctio, q̃ matrimonium, &c. eſt de iure naturali. quid de coniunctione illicita, vbi non eſt matrimoniũ? Reſpondeo, ſi accipiatur natura pro ipſo inſtinctu: tunc eſt idem. Nam ius naturale, prout eſt inſtinctus naturæ, benè ſu adet illicitum: habito reſpectu ad ius diuinum, vel ius ciuile, vt in Auth. de monac. 2. ſi non intra. coll. 1. † Secundò quæritur, vtrũ actus matrimoniũ, vel copulæ carnalis ſit de iure naturali? & dic vt glo. poſſunt alia quæri, quæ omitto.

SVMMARIA.

1 *Vbicunq; regula ſeu diffinitio, ſeu principia artis ponuntur, non debet poni caſus.*
2 *Bella vnde orta ſunt?*
3 *Bellum quot modis dicatur licitum?*
4 *Imperio vacante an ſuccedat Eccleſia?*
5 *Dominia quo iure diſtincta ſunt?*
6 *Seruitus eſt de iure gentium.*
7 *Emptio & venditio an ſint de iure gentium?*
8 *Obligationes an ſint inſtitutæ à iure gentium?*
9 *Obligatio naturalis eſt duplex.*
10 *Et an ſit introducta de iure gentium?*
11 *Dominium vtile quod habet ſuperficiarius & emphyteuticarius, an ſit de iure gentium introductum?*
12 *Manumiſſio an ſit de iure gentium?*
13 *Seruitutes perſonales ſiue reales, an ſint de iure gentium?*
14 *Sententia condẽnatoria cum conditione ſecuta, an tranſferat dominium?*
15 *Et quid de ſententia abſolutoria?*
16 *Princeps an poſſit tollere dominium?*
17 *Stipulationis contractus eſt de iure ciuili.*
18 *Emphyteuticus contractus, & ſponſalitia largitas ſunt de iure ciuili.*
19 *In obligationibus iuris gentium (quæ multæ ſunt) an ſit repetire aliquam obligationem ciuilem?*
20 *Actiones à quo iure deſcendant?*
21 *Deportatus poſt deportationem acquirit ea, quæ ſunt iuris gentium: & non ea, quæ iuris ciuilis.*
22 *Obligationes ex delictis an ſint de iure gentium?*

EX HOC IVRE gentium. Iſta lex continuatur ad ſuperiora in hunc modum. Dictum eſt ſuprà, quid ſit ius gentium, & de quibuſdam inuentionibus eius: verùm, quia ex eodem iure aliqua proceſſerunt, quæ in præcedentibus non ſunt explicata: ne remaneat aliquid imperfectum, ponitur hęc lex, in qua non ordinatur caſus in terminis: quia † vbicunq; regula traditur ſeu diffinitio, vel vbicunq; regularia ſeu principia artis ponuntur, non poteſt, nec debet poni caſus, niſi vt litera iacet. Dicas ergò caſum hoc modo: Iuriſconſ. proſequendo inuentiones iure gentium dicit, quod ex hoc iure gentium inducta ſunt, &c. litera exponit, bella. expone vt in gl. Diſtinctæ ſunt gentes, vt Græci à Latinis: Italici à prouincialibus. Regna condita dicunt quidam, vt in Babylone, quod fuit in Rege ſuo. Macedonũ, quod fuit in Rege Alexandro. in Rege Africano, quod fuit in Cartaginienſibus, & Romanum, quod ſeminauit Cæſar, & Auguſtus meritus eſt illud, ſecundum Oroſium. vel quod cùm gentes propter impunitam licentiam ſcelerum libertatem ſuam ſubiecerunt iuſtitiæ: neceſſe fuit, quod homini prælatus eſſet homo, per quem iura redderentur: & excreſcentibus populis, conſtituti ſunt Reges, & Regna ſunt condita. Verum eſt, quod Reges & populi ſub præfatis Regibus finierunt ſucceſsiuè: & modò ſunt ſub Romano diſtincti, & quod ad fines, & ædificia elata. Nam homines antiquitus habitabant in ſyluis. demum creſcentibus populis cœperunt facere tegmina, domos, & ædificia: & ſic collatione gentium facta ſunt oppida, caſtra, ciuitates, & villæ. ſecundum

Tullium. Commercium nomen est generale, quod tamen fines hic non complectitur, vt in glo. obligationes quæ sunt commercium & contractus, de quib. dictum est, vt inf. de procu. l. licet. §. cùm obligati. exceptis quibusdam, quæ videbimus statim. Ad l. istam op. dicitur
2 hîc, quod † ex iure gentium orta sunt bella. Sed contrà, quia non debent iniquitates procedere, vnde iura procedunt: sed bella sunt iniqua. ergò, &c. sic ob. C. vnde vi.
3 l. meminerint. Solut. bellum † aliud est illicitum, & hoc est regulariter, & istud nō introducitur à iure, imò prohibetur & punitur. Aliud est licitum, & hoc speciale in tribus, vel quatuor casibus. primus, quando fit ad propulsionem illatæ iniuriæ in continenti, & cū moderamine, vt sup. ea. l. vt vim. & C. vnde vi. l. 1. Secundò, quando fit authoritate legis scriptæ. vt C. quando li. si. iu. se vin. l. 1. & 2. Tertiò, quando fit in hostes populi Romani, vel econtra, vt infr. de ca. & postlim. re. l. hostes. Quartò, quando fit in defectū iudicis, vt inf. de ijs quæ in frau. cre. ea. l. ait Prætor. §. si debitorem. & inf. ad leg. Cor. de sic. l. furem. & inf. quod vi aut clam. l. si alius. §. est alia. Et per hoc dicunt quidam, quod qui sunt de imperio, vacante eo, possunt ad inuicem debellare: quia
4 non est superioris copia & recursus. Sed Canonistæ dicunt, quod † vacante imperio succedit Ecclesia, ar. suprà de ap. l. Imperatores. §. si magistratus. quod non videtur verum: quia imperium non est à Papa, sed pariter procedit, vnà cum sacerdotio ab eo Deo, vt in Authent. quo. op. §. 1. & de fide instr. §. 1. & supposito quod hoc esset verum, scilicet, vt vacante imperio succedet Ecclesia: quia consulere Ecclesiā est laboriosum, & non potest fieri sine pecunia, maximè per longinquos, posset dici idem, ratione periculi, quod est in mora, & arg. de oper. no. nun. l. de pupillo. §. si quis riuos. Breuiter tamen dicendum est, quòd in defectum superioris, ad defensionem personæ vel rerum, potest bellum fieri: non ad acquisitionem, & in istis licitis bellis intelligitur lex ista.
5 Secundò op. dicitur hîc, quod † dominia de iure gentium sunt distincta, sed contrà: quia, imò videtur iure diuino: quo cauetur, quod quicquid calcauerit pes tuus, tuum sit. Item, non retinebis mercedem, &c. Item, non concupiscres rem proximi. ergò de iure diuino ante ius gentium erant hæc. scilicet, tuum & meum. & sic dominia distincta. Sol. potest dici, quod ante illud ius diuinum erat ius gentium. Nec ob. illud, quod dictum fuit Moysi: quicquid calcauerit pes tuus, &c. quia ibi loquitur, secundum quod Deus dedit illi terram vnam, & dixit illi: Vade ad terram illam, & quicquid, &c. Alij dicunt, quod ante ius gentium erat diuinum: sed illud non fuit diuisum, sed erant communia omnia, scil. per ius gentium fuit distinctū in diuisum, vt hac l. Istud nō videtur procedere, quia si res erant tunc cōmunes, non committebatur furtum: quia furtum est contrectatio rei alienæ, &c. Præterea præsumptio nobilis tolleret tunc furtum, vt infr. pro so. l. nuncius. Præterea quod hoc non sit verum, probatur sic. Lex dicit, quod mare & littus in eo statu sunt, in quo erant omnia ante ius gentium, vt infr. de acquir. re. do. l. quod in littore. Sed lex dicit, quod aues & pisces in nullius bonis sunt: ergò ante ius gentium fuberant in nullius bonis, vt infrà de acq. re. do. l. 1. in fi. & l. se. & se. Dicendum est ergò, quod nec ante ius gentium erant communia, quantū ad dominium: sed quantum ad vsum non. Non obst. lex ista, quæ dicit, quod dominia de iure gentiū sunt distincta: quia dicendum est, quod sunt distincta, id est, distinctè data, non permissa tantùm. Tertiò op. dicitur hîc, quod dominia sunt de iure gentium: sed contrà, quod imò de iure ciuili reperiuntur dominia, vt per vsucapionem, vt inf. de vsuc. l. vsuc. per testament. vt C. de testa. l. omnium. & inf. de acq. poss. l. cùm hæredes. & de furtis. l. à Titio. Item, per dedicationem & conuersationem, vt Auth. ingressi. C. de sacrosan. Eccles. Subdunt quidam, licet dominia sint de iure gentium, non tamen excluditur, quod non sint de iure ciuili, alio & alio modo: nam de iure gentium distincta sunt dominia per occupationem, per obliuionem, per specificationem, per plantationem, & per traditionem, vt inf. de acq. re. do. l. 1. cùm
se. vsq; ad l. acquiritur. sed ius ciuile alios modos introduxit, & ita respondet hæc gloss. & hoc sequitur Dyn. & quidam alij Moderniores. Vnde secundū hoc, non ínonem: sic & aliās dicitur, quod rei vēdicatio datur contra nullo iure obligatū, & tamen non excluditur, quin detur contra iure obligatum, vt infr. de rei vend. l. officium. Aduertatis quod fertur, quod ideò dixit, q; non erat, nisi vnū dominiu propriè: & illud est de iure gentium tantùm. Verū est, quod acquisitio est de iure gentium, & de iure ciuili, & hæc tenet Pe. sed contra hoc instatur, quia lex dicit, quod rei vendicatio competit ei, qui est dominus de iure gentium vel ciuili, vt sup. de rei ven. l. in rem actio. ergò. &c. Ad hoc respondetur, quod dominia non sunt ex parte dominū, sed ex parte acquisitionis. Nam dominium naturale, & de iure gentiū dicitur, quod acquiritur per acquisitionem iuris gentiū. Sed quod dominium ciuile, quod acquiritur per acquisitionem iuris ciuilis, dominium est: ergò secundum istos, de iure gentium: sed certi modi sunt de iure ciuili,
6 vt instit. de vsuca. §. 1. sic seruitus † est de iure gentium, vt inf. de stat. hom. l. libertos. §. seruitus. tamen de iure ciuili, quidam modus est introductus, vt si quis se vendat ad pretium participandum, vt inf. de ста. hom. l. 1. & inst. de iure per. l. seru. Sumpta ergò distinctione ex parte acquisitionis, dominium potest dici. Aliud est naturale, & aliud ciuile, sicut dicitur obligatio alia naturalis, alia ciuilis, vt infra dicemus. Quartò op. & videtur, quod commertia nō sint de iure gentium. quia contractus sunt facti, non iuris, & sic op. infr. de cu. fu. l. consilio. §. fin. Sol. dico quod contractus, licet sit facti, tamen
7 ipsa solennitas est de iure gentium, sicut hæreditas est ius, vt inf. dixi in l. hæreditas. Quinto op. quod † emptiones & venditiones non sunt de iure gentium, sicut hic dicitur, quod sic probo. Ante fuerunt gentes, quàm essent isti contractus: quia traxit originem à permutatione. sed certum est, quod emptio non contrahitur sine nummo, vt inf. de contrahen. emp. in prin. sed nummus est forma percussa, & percussio fit mandato Principis, vt tit. quæ sint reg. co. 2. ergò iure ciuili, vt instit. de iu. na. §. sed q; Prin. ergò cùm non dicatur emptio sine pecunia, forma publica impressa, quæ fit mandato Principis, restat quod sit de iure ciuili. Sol. dicunt quidam, considerandum esse materiam, siue substantiam huius contractus, quæ consensum potius, quàm formā exigit. Sed contra, quia imò magis formam, quæ dat esse rei, vt l. Iul. §. sed & si quis, inf. ad exhi. Tu dicas, quod de iure gentiū nummus erat, licet non talis qualis hodie. Sextò oppo. per ordinem, hic dicitur, obligationes
8 institutas esse † à iure gentium: sed contra est: quia non est ponere nisi duas obligationes: scilicet, naturalem & ciuilem, vt infr. de condi. inde. l. si fideiussor, & instit. de oblig. in princ. ergò per locum à sufficientium partium enumeratione, obligationes non sunt à iure gentium: quia obligatio naturalis descendit à iure naturali: ciuilis à iure ciuili. & iure gentium non reperitur q; descendat, nec potest dici, quod aliqua prædictarū sit illa, quia omnia ista tria iura, scilicet, naturale, gentium, & ciuile, veniunt ad eandem diuisionem: non sunt eadem, vt sup. eod. l. 1. §. priuatum. & sic concluditur, quod de iure
9 gentium nulla sit obligatio. So. dicunt Doct. † quod obligatio naturalis est duplex, vna quæ procedit de iure naturali primæuo ex instinctu vero: qua obligatione benefacientibus nobis, benefacere tenemur, vt inf. de peti. hære. l. sed si leg. §. consuluit. & tali obligatione mouentur etiam bruta animalia, vt canis. & ista nullum habet effectum iure gentiū nec ciuili: quia ista nec actionem producit, nec effectum iudicialem, nec repetitionem impedit, sicut dicit hîc gloss. & alleg. inf. de condi. inde l. si non sortem. §. libertus. sed ibi dicit, quod libertus potest ad illud naturale debitū cogi, per officium iudicis, inf. de officio præ. vt l. 1. §. cùm patronus, & secundum hoc glo. hic malè dicit. Nam ista obligatio naturalis duplex esse potest: quia potest esse obligatio naturalis

turalis de iure primæuo inducta, quę producitur de iure ciuili, ad præstandam necessitatem, vt est illa, qua tenetur parens alere filium, & econtrà, vbi necessitas imponitur per iudicis officium, vt inf. de libe. agno. l. si quis à liberis, in prin. & C. de alen. lib. l. 1. & seq. Item, vt est illa, qua tenetur libertus ad opera patrono, vt dic. §. patronus. alia est, quæ non producitur ad præstandam necessitatem, & hæc est illa, qua obligamur benefactoribus nostris, & huic nullus reperitur attributus effectus, nisi q; inducit præsumptionem donationis in dubio, inf. man. l. si non rem. §. Papi. & inf. de proba. l. Procula. ergò cùm non reperiatur alibi effectus sibi attributus, non potest dici, q; impediat solui repetitionem. ar. inf. so. ma. §. si verò. Dicunt quidam, vt Pet. & sui sequaces, referre, aut soluens benefactori suo credebat se efficaciter obligatum: & sic tanquam debitū soluit, & hoc constat: tunc repetere potest. & ita intelligunt hanc glo. aut sciebat se non teneri, & hoc constat. & tunc planum
11 est, quod non repetit, vt in regula iuris, cuius per errorem, & ita not. in §. dicto. consuluit. aut est dubium, & tunc præsumitur donatio, vt præalleg. §. Papinianus, & in l. Procula. Hic aduertatis: quia contra primum objcio, & videtur quasi casus, quod soluens errando, tale debitum non repetat, vt infr. de fid. l. si testamento. §. Præterea quod iste naturalis instinctus impediat soluti repetitionem, videtur probari ex dict. §. libertus. Nam ibi tractatur de repetitione operarum indebitorum, & distinguitur inter operas officiales, & artificiales. Prior dicit non posse repeti: quia non sunt debitæ, aliās sic. sed si tu ponas, quod officio iudicis erant præstandæ illæ operæ officiales, non possunt dici indebitæ: aliās sic. & sic curr tractaret lex de repetitione indebiti, nō video: nec esset differētia inter ipsas operas officiales & artificiales. quia vtroq; casu, aut essent solutæ debitę, aut indebitæ. Dicendum est ergò, quod ibi libertus soluit officiales operas, cùm patronus non indigebat: & soluit errando, tanquam debitum, & tamen quia sibi erat obligatus naturaliter, tanquam benefactori suo, qui reddiderat eum de seruo libertum, & de non homine hominem: non potest repetere. Itaq; benè ex præmissis concluditur, quod obligatio naturalis instinctus impedit repetitionem soluti, per præalleg. §. & sic benè dicit, & benè contra allega. gloss. licet ibi malè sentiat. Sextò, obligatio naturalis est, quæ tantùm hominibus competit: & ista secundum quosdam est duplex. quædam enim est efficax ad agendum, vt est alia, quæ in proprium nomen contractus deuenit, vt inf. de pac. l. iure gentium, & infra dicam. sed secundum gloss. illa non est obligatio naturalis tantum. Alia est inefficax ad agendū. vt d. l. iure gentium. §. sed cùm nulla. sed habet effectum compensandi, & impediendi repetitionem soluti, vt inf. de compensa. l. 1. & infra de actio. & obligat. l. naturales. Septimò oppo. dicitur hic, quod † naturalis obligatio est introducta de iure gentium. contra, quia seruus nihil est de iure gentium, & tamen seruus obligatur naturaliter. & sic opponi. infr. de condi. inde. l. si illud quod. Dicunt quidam, quod seruus nihil est, habito respectu ad ius ciuile naturale, sed est ad aliquid: ita
10 quod obligatur naturaliter: & sic secundū diuersa iura, diuersificatur effectus. & hoc est quod voluit ibi literа dicere, libertas enim, &c. Alij, vt Pet. dicunt, q; ius gentium non annihilauit in totum conditionem huiusmodi hominis, sed voluit, q; captus seruaretur & seruiret: tamen non annihilauit statū suum, quin obligari posset naturali obligatione efficaciter. Sed secundū ius naturale, seruus ex contractu iuris gentium efficaciter obligatur, secūdum effectus illius naturalis obligationis: sicut faceret homo liber, & sic venit postea ius ciuile, & annihilauit eum, & absorbuit statum suum. Verum est, quantum attinet verè ipsi iuri ciuili, vt in regula iuris, quod attinet. & ita dicit lex, q; acceptilatio, in quantū potest, tollit obligationem, contractam in persona
12 serui, vt inf. de accepti. l. an inutilis. §. seruus. Cōtra hoc objcitur, si secundùm ius naturale primæuum, seruus est capax naturalis obligationis seu iure gentiū, eadem ratione erit capax iuris ciuilis: quia consideratione illius iuris naturalis, seruus æstimatur liber homo, &c. potest responderi, q; ius ciuile absorbuit eum quantum ad se, in totum, quod non fecit ius gentium, vt dictum est, secundum istos. Sed glos. in d. l. si illud, quod de iure gentium totus annihilatus est status eius, & sic supponit, q; naturalis obligatio de iure primæuo veniens, impediat repetitionem, & sic per illam l. si illud quod, & per §. libertus, concludunt prædicti necessario, q; naturalis instinctus impedit repetitionem indebiti soluti, vt sup. proxi. oppo. dixi. Octauò opp. dicitur hic, quod regulariter obligationes aliæ sunt prętoriæ: aliæ ciuiles. ergò, &c. & sic op. instit. de oblig. §. 1. Respondeo, quod ista opp. non meruit signari: quia per eundem §. manifestè dicitur, quod obligationes sunt de iure gentium, dum dicit, quod obligatio. quædam sunt legibus approbatę, vt obligationes naturales. Expediti sumus de cōtrarijs.
13 Veniamus ad quæstiones. Primò quæritur, † nunquid vtile dominium sit de iure gentium, quod habet superficiarius emphyteoticarius, & similes? Videtur quod sic, quia hîc dicit, quod ex hoc iure dominia sunt distincta. Sed ista est distinctio: dominium quoddam directū, quoddam vtile. Econtrà videtur q; non, quia lex dicit, quod emphyteota habet dominium à Prætore, & Prætor à iure ciuili. ergò, &c. vt inst. de iur. nat. §. constat. & inf. de rei ven. l. tutor. §. sufficit. de pig. act. & l. superficiario. In hac quæstione dixit do. Iaco. de Ra. quod licet directum dominium sit de iure gentiū: tamen vtile est de iure ciuili, vt dict. l. Non obst. lex ista, quia respondet, q; quædam est distinctio ex parte rerum & dominiorum, vt istud sit tuum, & illud meum: quædam est distinctio ex parte dominiorum, vt quoddam directū, quoddam vtile, & istud non distinguitur hîc. Pet. verò dicit, quod vtile dominiū est de iure gentium: quia hoc fuit de hoc iure introductū à principio: licet postea nouus modus inueniendi fuerit introductus ab alio iure, quod probatur sic: Lex dicit, quod locatio & conductio de iure gentium est, tamen si quis conducat ad non modicum tempus, vtile habet dominium. ergò, &c. vt instit. locondu. §. adeò. licet ergò plures modi introducti sint de alio iure, tamen de iure gentium dicendum est vtile dominium, sicut sunt seruitutes de iure gentium: licet & modi alij deueniendi in seruitutem introducti sunt de iure ciuili, vt inf. de ста. ho. l. 3. §. seruitus, & l. 4. §. 1. sic ergò dominiū, siue directum, siue vtile est, sit de iure gentium, secund. Pet. licet consideratis modis acquirendi, aliud sit naturale, aliud ciuile, vt sup. de rei ven. l. in rē.
14 & dixi sup. in 3. op. Secundò quæritur, nunquid † manumissiones sint de iure gentiū? & videtur expressum q; sic, vt supr. l. proxi. in princ. & in §. quæres. Econtra videtur q; sint de iure ciuili: quia omnes modi manumittendi sunt de iure ciuili. Ergò debēt dici eius, à quo sunt, vt inst. de testa. in prin. & inf. de orig. l. 2. §. post originem. & inf. de stat. hom. per totum. & hoc tenent quidam moderni Doct. & respondent ad l. sup. proximam in prin. quod verum est, q; manumissiones sunt de iure gentium, scilic. occasionaliter, non inuentione. Item ad §. quæres, respondent, q; ibi debet exponi quæres, scili. seruitus à iure gentium, inuasit. Gloss. exponit ibi contrarium, & in prin. dicit, q; in manumissionib. ius gentium non disponit, sed dispositum conseruat, quod exponitur dupliciter. Vno modo, non disponit, id est, non compellit manumittere, sed si fiat, custodit & conseruat illud. Alio modo exponitur, id est, non induxit seruitutem, nec manumissionem, sed ebrietas: quia cùm pater esset ebrius, vnus filius cooperuit eum, alter derisit. vnde pater deridentem fecit seruum alterius. 35. dist. c. fin. sed dispositum custodit, vt infr. de his, qui sunt sui vel ali. iur. l. 1. §. 1. Potest exponi tertio modo, scilicet, q; ius gentiū per manumissionem non dat nouam libertatem, nutrita à natura, sed custodit hominem, abstergendo maculam seruitutis, vt text. in c. redemptor. 12. q. 2. Pet. verò dicit, q; manumissiones sunt de iur. gent. vt propriè dicit tex. non obst. q; dicunt alij, q; modi manumittēdi sunt de iure ciuili: ergò, &c. quia verum est hodie, non

die, non tamen sequitur, quin de iure gentium fuissent modi, fuerunt enim, sed ius ciuile addidit alios modos,
13 vt inf. ea. l. ius ciuile. Tertiò quæritur, † nunquid seruitutes personales vel reales sint de iure gentium? Videtur quod non, quia ciuilis ratio, naturalia iura, &c. sed lex dicit, quod capitis dimi. quæ iuris ciuilis est, vsum & vsumfructum perimit, vt inf. qui. mo. vsuf. amit. l. 1. & C. de vsuca. l. corruptionem. Istud arg. non concludit, nisi in personali seruitute. Quid dicemus? Dico secundum Pet. quod sunt de iure gentium. arg. instit. de vsu. & hab. §. fi. non obli. quod iura naturalia, &c. quia verum est de facili, aliquando tamen tollit ciuilis ratio naturale ius, vt est videre in sententia, vt infr. de pœn. l. quod ad statum, & C. de pœn. l. deportatorum. Quartò quæritur, & modo ostenditur materia huius modi legis, & ascenditur ad apices iuris. Dicitur hîc, quod dominia sunt distincta de iure gentium, secun. Pet. vt sup. expo-
14 sui. Nunquid sententia † condemnatoria cum traditione secuta, transferat dominium. Gloss. quæ sup. hîc videtur dicere quod sic, cùm dicit, quod iure ciuili distinguuntur dominia, vt per vsucapionem. Item per sententiam, & sic innuit, quod sententia transferat dominiũ. Aduertatis, ista est magna quæstio, & subtilis valdè, de qua tractatur suprà de probat. l. sunt & aliæ. Ego autem istam quæstionem examinaui & solui. C. commu. vtri. iudi. l. 1. dic vt ibi. Quintò iuxta hoc quæritur, nunquid
15 † sententia absolutoria auferat dominium? verbi gratia: Petebam à te rem meam, & quia non probauisti, iudex te absoluit: nunquid aufert dominium à me? Videtur quod sic, quia res iudicata pro veritate accipitur. ergò, &c. vt in re. iur. l. res iudicatæ. Videtur contra, quia sententia non tollit naturalem obligationem, ergò nec dominium, vt inf. de cond. inde. l. Iul. in ista quæstione dixerunt antiqui Doct. quod aufert dominium, & mouebantur, quia l. cauetur, quod sententia tollit dominiũ, vt infr. de pœn. l. quod ad statum. Prætereà hæres institutus est dominus: & tamen dominium illud per sententiam transfertur venientibus ab intestato, vt inf. de inoff. test. l. Papin. §. fi. Moderni cum multis aliis dicunt contrarium, quod talis succũbens potest agere iterum, & repelli exceptione rei iu. sed exceptio est exclusio iuris: ergò, &c. vt l. 2. de excep. rei iud. & ibi not. hæc est veritas. Non ob. allegata per antiquos, quia sententia alia est declaratoria, vt illa, quæ fertur in realib. vt d. §. sed si quæritur: alia est dispositoria, siue introductoria. In illa
16 intelliguntur contraria. Sextò quæritur, † nunquid per principem possit tolli dominium, sicut per alios actus ciuiles? Ista est antiqua quæstio, de qua non disputo hîc. Nam sufficit disputasse C. de prec. Imper. offe. l. rescripta. dic vt ibi, si vis prosequi hanc quæstionem. Septimò quæritur, dicitur hîc, quod obligationes sunt à iure gentium institutæ, exceptis paucis, quæ sunt introductæ à iure ciuili: nunc restat videre, quæ sunt illæ?
Dicit glo. quod sunt quatuor, stipulatio, vt insti. de act. §. ex constituta. Item literarum obligatio, vt insti. de literarum oblig. Item contractus Emphyteuticus, vt instit. loca. §. & adeò. Item sponsalitia largitas, vt in Auth. de sponsal. larg. in princ. Aduertatis hîc, quia superuenerunt quidam magni Doct. qui voluerunt probare & dicere, quod isti contractus, maximè aliqui sunt de iure gentiũ, & ideò videamus de singulis, causa disputationis. Et primò videtur, quod stipulatio sit de iure gentium, quod probatur sic. Lex dicit, ꝙ acceptilatio, quæ verborum est, tollit stipulationem, quæ verbis fit: & tamen dicit, quòd acceptilatio est iuris gentium, licet stipulatio verbis fiat, vt inf. de acceptilatio. l. an inutilis. §. acceptum. & §. vlt. Non obst. §. de constituta, quia non probat hoc, si benè respiciatur. Prætereà quod stipulatio, Item literarum obligatio sunt de iurè gentium, probatur: quotiescunq; ad compositionem alicuius veniunt duo, vnum tanquam potẽs: aliud tanquam minus principale, semper fit accessio de minus potente, & de minus principali ad maius potens, & maius principale, vt inf. de sta. hom. l. quæritur, & de acq. rer. dom. l. quicquid. §. cùm partes, & de aur. argen. lega. l. & si non sint. §. perueniamus. Sed ad contractum stipulationis & literarum obligationis, venit vinculum naturale, & consensus, & ciuile, vt solennitas verborum, & figura literarum: quod ciuile est minus potens, & minus principale: ergò debet fieri accessio ad vinculum naturale, & sic denominatio istorum contractuũ debet fieri à iure gentium, quod sic probatur. Consensus, qui venit vt naturale vinculum in contractibus suprà dictis, per se cõfideratis, habet efficaciam compensandi, & excipiendi secundum communem opi. & secundum aliam extinguitur, vt infrà dicam. Sed vinculum ciuile per se regulariter nullam habet efficaciam: ergò vinculum naturale maioris efficaciæ & potentiæ est. Prætereà hoc manifestè colligitur. inf. de actio. & oblig. l. non figura, vbi dicitur, quod non figura literarum, sed oratione, &c. obligamur. Præterea, quod debeat censeri de iure gentium, probo. Semper denominatio faciẽda est à digniori, vt infr. tit. proxi. l. 2. §. iuris ciuilis scientiam. Sed ius gentium est dignius, quàm ius ciuile: quia prius, vt instit. de re. di. singulorum. ergò, &c. & suprà de acqu. rer. domin. l. 1. Item, quod contractus emphyteuticus sit de iure gentium, probatur: quoniam ante ius ciuile erat, cum dubitabatur quis contractus esset: ius ciuile determinauit, quod esset contractus emphyteoticus. vnde cùm ante fuit contractus nominatus, & nihil sibi debetur à iure ciuili, nisi nomen: non debet dici iuris ciuilis, sed gentium, ar. inf. de acq. rer. dom. l. adeò. §. cùm quis. Idem dicunt de sponsalitia largitate: nam cùm sponsus in sponsam largitatem exerceat, non est de iure ciuili, sed gentium. Veruntamen aũ ius ciuile non valebat donatio, vltra quantitatem quingentorũ aureorum: modò ius ciuile statuit, vt non sit propriè donatio, sed sponsalitia largitas, & quod valeat quantumcunq; summæ sint, & propter hoc non debet dici de iure ciuili, sed nec debet dici successor, ex l. Cor. quam remouet impedimentum seruitutis, fugiendo mortuũ testatorem prima hora captiuitatis: sed de lege 12. tab. vt inf. de testa. l. Corne. Sic in proposito, licet per ius ciuile remoueatur illud impedimentum, quod annullabat immensam do
17 nationem, nihilominus dicetur de iure gentium. Nos verò tenendo cum gloss. dicimus, quod prædicti contractus sunt de iure ciuili, & primò probamus per textum. secundò per rationes. Ecce quòd † stipulatio sit de iure ciuili. Lex dicit, quod locatio & conductio, cùm naturalis sit, & omnium gentium, non verbis, sed consensu contrahitur. Ergò per locum à contrario, contractus, qui verbis contrahitur, non est naturalis, seu de iure gentium: sed huiusmodi contractus est stipulatio: ergò, &c. Item quod literarũ obligatio sit de iure ciuili, probo, Vbicunq; de literarum obligatione tractatur, in ueniuntur hæc verba: in litera, ita constitutum, &c. vt instit. de iure naturali. §. sed quid principi. ver. planè.
18 ergò, &c. Item quod † contractus emphyt. & sponsali. largitas sint de iure ciuili, probo: quia olim inter veteres contractus emphyt. à quibusdam emptio, à quibusdam locatio vocabatur. Prætereà, lex Zenoniana statuit eius naturam certam: & illud ius esset tertium constitutum ab vtriusq; contractum prædictorum societate, & similitudine separauit, vt dicto §. adeò. & C. de iure emphyteu. l. 1. Item sponsalitia largitas, quia alij eam donationi ob causam: alij donationi simplici comparabant. Hodie per ius ciuile reposita est in determinatam & nominatam speciem contractus, vt præalleg. Auth. vt sponsal. largi. Modò sic arguo: si prius aliquid fuerit inordinatè positum, postea ad ordinem certę compositionis perducatur, denominatio illius debet fieri ab ordinante & componente, etiam si ordinans nihil addat, vt inf. tit. prox. l. 2. §. 1. & §. postea, cum ap. Si ergò illos duos contractus sic vagantes, & inordinatè positos, ad ordinem certæ compositionis, & nominatæ speciei ius ciuile reposuit, vt prædictum est, meritò appellari debet, id est, nominari à iure ciuili, & non à iure gentium. Restat ergò respondere contrarijs. Et ad primum sic respondetur. Vinculum naturale, vt consensus, per se cõsideratum, efficacius, principalius, & potentius est, quàm sit

quàm sit vinculum ciuile: tamen veniens ad compositionem, vnà cum ciuili, contractus stipulationis & literarum obligationis mutat, per adiunctum naturam suam, & significationem suam, quæ separata est ab aljs, & per se est amplior, restringiturq; ad significatum adiuncti. Proba hoc. Ecce, lucrum de sui natura habebat continere omne lucrum, ex opera tantùm prouenientis: modò sit cõtracta societas ad lucrum, ad omne lucrum contracta esse videtur: ad lucrum & quæstum non videtur contracta, nisi ad lucrum ex opera tantùm prouenientis, vt infr. pro soci. l. sed & si adiciatur. & sic alibi, specificatio huius verbi dulcis, quæ habet de sui natura comprehendere potabilia, ratione adiuncti, restringitur ad potabilia, ita quòd non ceedit legato, nisi dulce quod poculo continetur, vt inf. de vi. tri. & ole. lega. l. fi. Ad secundum arg. respondeo, quod non procedit: si prius, ergò dignius: quia prius pluribus modis sequitur, scilicet ordine, dignitate, & tempore: & licet sit prius tempore, non dicitur ex hoc dignius: quia non conuertitur consequentia subsistendi, sicuti est aliàs, vnde
19 licet ius gentium sit prius tempore, non est prius dignitate. Octauò quæritur, nunquid in † obligationibus iurisgentium, quæ multę sunt, sit reperire aliquam obligationem ciuilem? Videtur quòd non, quia ex iure gentium est naturalis obligatio. Sed lex dicit, quòd ex sola naturali obligatione non agitur, vt infr. de verbo. signifi. l. creditores. Econtrà videtur quòd sic, quia ante ius ciuile erant contractus iurisgentiũ, vt emptio, venditio, locatio, & conductio: & agebatur ex eis, vt hac l. in prin. Sed nostri Doct. dicunt, ꝙ ibi erat ciuilis obligatio per appellationẽ iuris ciuilis. Tamen si hoc est, ergò omnis obligatio est ciuilis, quod ipsi faterentur approbatione, vt insti. de verb. obli. §. 1. & hoc tenet Ia. de Are. & sic intelligitur, quod not. inf. de regu. iuris. l. hoc amplius. §. 1. Ia. de Ra. & Pe. tenent, quòd in obligatione iure gentium, quæ in speciale nomen deuenerunt, non fit ciuile vinculum, sed naturale solùm, ex quo agebatur etiam ante ius ciuile, & non agitur approbatione: quia lex dicit, quòd naturales obligationes non eo solo æstimabuntur, si actio aliqua eorum competat: sed, &c. ergò patet quòd ex eis agebatur. Prætereà dicitur hîc, quòd omnes obligationes sunt iurisgentium, exceptis paucis. sed si esset ponere ciuilem obligationem in conuentionibus iure gentium, non essent paucæ, quod falsum est per hanc l. & insti. de iure naturali. §. ius autem gentiũ. Aduertatis, ista quæstio recidit in illam, vtrum actiones sint solum de iure ciuili, vel sint de iure gentium. Quid si dicamus eas esse de iure ciuili, supponemus naturales obligationes iuregentium non habere per se efficaciam exigendi: quoniam exactionis instrumentum est actio, vt patet in diffinitione sui, insti. de actio. in prin. Si dicamus de iure gentium, supponemus tunc, quòd naturales obligationes habent effectũ exigendi, secundum prædictos. De hac quæstione dicemus inferius. Nonò quæro, vtrum in obligatione iuris ciuilis sit reperire naturale vinculum? Videtur quòd non, sicut dicitur de conuentionali iuregentium, secundum vnam opi. vt sup. prox. videtur quòd sic, vt expressè patet inf. de cõdi. inde. l. si fideiussor. Breuiter, in ista quęstione dicit Pe. aut quæritur de talibus cõuentionibus, iuris ciuilis, vt dicta l. si fideiussor: aut quæritur de talibus obligationibus, in quibus circunscriptio. iuris ciuilis non oriebatur naturalis obligatio: & tunc non ibi verè, nisi ciuile vinculum. tamen potest de fictione iuris dici, quòd ibi sit naturale. verbi gratia. Concedit Princeps vel Papa, quòd talis possit collectare tales homines, vel quòd Rex Franciæ possit exigere à talibus Abbatijs tantum. Isto casu, non est nisi ciuilis obligatio: verumtamen, quia voluntas seruitutis repræsentat voluntatem subiecti, arg. inf. de euic. l. stipu. §. 1. & sup. de euic. l. fi ob causam potest fingi esse naturalem obligationem. Sic in sententia, vbi non est inuenire naturalem verã, sed fictam, vt inf. de condi. inde l. Iuli. Decimò quæritur. hîc dicitur, quòd omnes obligationes, pau-
20 cis exceptis, descendunt ex iure gentium, † quid de actionibus, à quo iure descendunt? De hoc est magna controuersia inter magnos Docto. quorum aliqui sentiunt cum gloss. quòd sit de iure ciuili. Sic alle. inf. l. quę dicit, quòd ex l. 12. ta. compositæ sunt actiones legitimę, vt infr. ti. proxi. l. 2. §. deinde ex his. Constat autem l. 12. ta. à iure ciuili processisse, ergo, &c. Prætereà cum actio sit obligationis filia, vt infr. de procu. l. licet. §. ea obligatio, si diceremus eam obligationem esse de iuregentium, sequeretur quòd sola naturalis pareret, quod est absurdum: quia per se sterilis est. Præterea reperitur quòd tex. sic dicit, sed istæ quidem actiones, quas suprà diximus, ex ciuilibus causis descendunt. ergò sunt de iure ciuili, vt insti. de actio. §. sed istæ quidem, & alibi quippe proditæ sunt iure ciuili actiones, &c. vt eo. tit. §. alio. ver. quippe. ergò, &c. Præterea constat, contractum commodati à iuregentium, in princ. & tamen actio est de iure ciuili, vt infr. commo. l. in commodato. §. sicut. Prætereà l. cauetur, quòd in origine iuris tres natiuitates sunt. Nam in initio natiuitatis iuris, populus vtebatur incerto iure, deinde superuenit ius 12. ta. ex quo secundo loco traxit originem ius ciuile. Tertiò ex iure ciuili natę sunt actiones, vt infr. l. 1. §. deinde ex his, in medio §. Prætereà iudicium constat ex tribus, actore, reo, & magistratu, sed magistratus cœpit de iure ciuili, vt dicta l. 2. §. post originem. Ergò iudicium est de iure ciuili. Sed actio est ius prosequendi in iudicio, &c. vt insti. de actio. in prin. ergò actio cœpit esse eo tempore, quo ius ciuile, non autem ius ciuile fuit iudicium de iuregentium, quia nec magistratus, nec actio. At appo. quòd sit de iuregentium, sic allegatur. Primò inducitur text. quia lex dicit, quòd condictio indebiti naturalis est: Hoc est de iure gentium, vt infr. de condi. inde. l. indebiti, & constat condictiones esse personales actiones, vt instit. de actio. §. appellamus. ergò, &c. Prætereà lex dicit expresè, quòd quæ condicit, de iuregentium condicit, vt infr. re. amo. l. rerum. Prætereà quotiescunque sunt duo extrema, & dubitatur de tertio adiacente, cui extremorum debeat attribui, in dubio fit attributio illi extremorum, quod est vetustius, vt infr. fin. reg. l. in finalibus, & instit. de re. di. §. singulorum. Cùm ergò reperiatur ius gentium, & ciuile etiam reperiatur, & dubitatur, cui actio sit attribuenda, & constet, ius gentium antiquius, ei attribuenda est. Prætereà iure gentium antequam esset ius ciuile, erant obligationes inuentæ, vt in l. nostra. modò si diceremus, quòd illæ non pariant actionem, iam esset quis inutiliter obligatus, nec posset quis ad debitum peruenire, cùm actio sit, &c. vt instit. de actio. in principio quod est absurdum, vt infr. qui cer. lo. l. 1. Prætereà, quòd obligationes iuregentium pariant actionem, in l. iuregentium, in princ. & infr. de act. & obliga. l. naturales, cum simi. Prætereà actio est obligationis filia: sed obligationes sunt de iuregentium. ergò, &c. Prætereà, quòd sunt de iuregentium, probatur, & istud ar-
21 fortiter vrget. Ecce lex dicit, quòd † deportatus post deportationem acquirit ea, quæ sunt iuris gentium: & non ea, quæ sunt iuris ciuilis, vt infr. de pœ. l. quidam. Sed tamen alia lex dicit, quòd deportatus, post deportationem ex contractu iurisgentium quærit sibi obligationem efficacem, vt infr. man. l. si mandauero. §. is cuius. Ergò si actio esset de iure ciuili, non quæretur deportato. sequitur itaq; quòd sit de iure gentium. quid dicemus? Moderni Doctores quidam tenent opinionem glo. scilicet, quòd sint natiuitate & intẽtione de iure ciuili, per iura & ar. prædicta, & respondent, primò ad l. indebiti, & ad l. rerum, vt in eis not. Ad argumen. duorum extremorum respondetur, quòd verum est in dubio: sed hîc constat, de iure ciuili esse. Non ob. arguquòd obligationes erant inutiles: quia manu Regia dabatur effectus exactionis, non virtute actionis, vt infr. tit. proxi. l. 2. in princ. Non ob. quod dicitur, iuregentium obliga. actionem parere, hæc l. & l. naturales: quia respondetur, quòd hoc non est virtute solius obligationis iuris gentium, & naturalis vinculi: sed in missione ciuilis vinculi, vel approbatione iuris ciuilis, vt insti.

insti. de ver. obli. §.1. vel si dicamus, eius obligationis nomine actionem competere, non propterea sequitur, actiones sunt de iuregentium. Item non ob. quòd qualis mater, talis filia: quia respondetur, quòd actio non est filia obligationis, secundum modum generationis: sed per modum creationis. sed hoc non videtur procedere, quia si obliga. crearet, & non generaret actionem, non induceret ex se actionẽ natiuam, sed datiuam. Vel dicendum est, quòd vtraq; actio sit iuncta parit actionem, vt not. insti. de obli. in princi. sed hoc etiam non videtur procedere, quia istæ sunt duę obligationes. vna naturalis, & alia ciuilis, & per naturam impossibile est habere duas matres, cum iura debeant naturalibus conuenire, vt inf. de inter. actio. l. confessionibus. ergò cùm secundùm glo. sint duæ obligationes in substantia differentes, sequitur impossibile de natura, quòd ex ipsis nascatur vna actio & vna filia. Verumtamen hoc potest rationabiliter negari, & dici, quòd vna sit substantia ciuilis & naturalis obligationis, quia lex dicit, q; per pactum de non petendo, tota obligatio tollitur, vt inf. de pac. l. si vnus. §. pactus, & alibi vocatur obligatio tota, vt infr. de fideicom. l. si debitori. pri. respon. sed signum tota, est signum distributiuum totius, non collectiuum plurium, ergò vna substantia vtriusq; tamen ante ciuile vinculum, naturale solum erat sterile. Præterea per eius mistionem facta est obligatio plena & secunda, ita quod actionem parit, quæ est de iure ciuili. Vltimò, ar. non ob. quod potest dici, quòd deportatus actionem habet, ex quo habet obligationem tanquam sequelam. ar. inf. de insti. l. cuiusc unq; §. sed neq;. vel potest dici quòd ibi non loquitur in deportato. Alij Doctores, vt Ia. de Ra. & Pe. sequendo eum, dicunt & tenent, quòd actiones sint de iure gentium, & ante ius ciuile per præalle. iura & rationes, verumtamẽ dicunt, quod ius ciuile, l. 12. tab. formam & solennitatem introduxit, quæ hodie recessit ab aula, vt C. de for. sub. l. 1. & 2. Non ob. quod dicitur, quòd actio est ius prosequendi in iudicio. Iudicium est de iure ciuili, ergò, &c. quia & ante ius ciuile erant Reges & Domini, vt patet hac l. vbi dicitur, quòd ex hoc iure regna sint condita. Item non ob. quòd sola naturalis parit: quia confiteor, quòd naturalis obligatio, quæ resultat ex conuentionibus iure gentium, & deuenit in nomen contractus, parit actionem, vt l. iure gentium in principio, qui sequeretur istam opi. non proijceret lapides. vos teneatis quod magis placet. Vndecimò & vltimò potest quæri, quid de obligationibus ex delictis, vtrum † obligationes ex delictis
22 sint de iure gentium? Glo. videtur se expedire. & dicit, quod nõ sunt de iure ciuili, imò de iure gentium, vt no. insti. de iure natu. gen. & ci. §. ius autem gentium. quod non approbat Ia. de Ra. imò dicit quòd per ius gentium benè puniebantur delicta, vt patet infr. de furtis. l. 1. vbi dicit, quòd furtum iure naturali prohibitum est, l. iure gentium, licet gl. ibi exponat, id est, iure diuino, de quo nõ cogitauerat ibi legislator. vnde dicas, quòd obligationes ex delictis benè seruantur de iure gentium, quo iure benè coercebant delicta: & modus puniendi per ius ciuile in aliquibus delictis inuentus est, vt patet infrà eadem l. §. 2. deinde Cornelius.

SVMMARIA.

1 *Iustitia quomodo diffiniatur?*
2 *Iustus ad hoc vt quis dicatur, non oportet quòd sit adeò constans. sicut fuerunt Apostoli.*

IVSTITIA EST constans. Postquam Iurisconsul. diffiniuit ius, & prosecutus est diuisionem & quælibet sua membra: redit ad iustitiam, à qua ius est appellatum, vt eam diffiniat, & sic diffiniendo tradat esse Iustitiæ: quia diffinitio tradit essentiam rei diffinitæ. Vel dicas, quòd suprà dixit de triplici Iustitia scilicet, naturali, quæ conuenit omnibus. Item de quasi naturali, quæ conuenit animalibus rationalibus. Item de Iustitia in se, intendendo in qualibet de præmissis suis speciebus diffinire iustitiam. Dicit ergò, quòd Iu-
1 stitia † est constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens. modò pro declaratione huiusmodi diffinitionis & glo. quæ est hìc posita, procedamus, opponendo isto modo. Dicitur hic, quod iustitia est constans & perpetua volũtas, &c. sed contra hoc: quia scriptura est, quòd septies in die cadit iustus. & ille nunquam in eodem statu permanet. Ad quod facit Authen. de non ali. §. vt autem. & sic non est constans & perpetua voluntas, vt hìc dicit. Quid ergo dicemus? Glos. respondet: diffinitio huius leg. potest intelligi de iustitia humana: & tunc oportet, quòd ista duo verba, constans & perpetua, abijciantur de diffinitione. Sed hoc nõ videtur procedere: quia si ista verba tollantur de textu, destruitur text per glos. quod est impossibile apud nos, licet Aurelian. glos. sint quæ tex. corrumpunt. Dicas ergò, quòd ista verba tolluntur de diffinitione, & ponuntur ex parte subiecti, vt intelligatur, Iustitia est, &c. vnicuiq; ius suum tribuens, quantum ad effectum, & sic procedit glos. alij exponunt ius suum, ibi, id est, hominis meritum, quòd nihil est. Alij autem dicunt, & minus benè. Iac. de Ra. omnes istas opini. quæ sunt in glo. reputat truffas: nam intelligit vt hæc lex diffiniat iustitiam, prout cadit in homine, intelligo simpliciter, secundum quod prætendit litera. non ob. quod op. quòd septies in die cadit iustus: quia in eodem statu, &c. quia debet hoc intelligi de illa constantia & perpetuitate, quæ in homine potest cadere. vnde non requiritur ad
2 hoc, quòd homo sit † iustus: quod fit adeò constans, sicut fuerunt Apostoli: imò sufficit quòd mediocriter sit constans, prout homini possibile sit, & ideò dicit lex, quod Episcopus debet eligi inculpabilis: & secundum præcepta sacrarũ literarum, & intelligitur inculpabilis, prout est possibile, vt in Authen. quomodo oportet Epis. §. ordinandum. Item dicit lex, quòd si vendo tibi seruum constantem & vigilem. intelligendum est, non de constantia perpetua & heroica, sed de constantia mediocri, vt infr. de ædil. edic. si quis venditor. ita ergò dicendum est hic iustitia, vt est in homine, est constans & perpetua, scilicet considerata constantia mediocri, & perpetuitate possibili: quãtum ad hominem ius suum vnicuiq; tribuens, scilicet, quantum ad effectum, sed cõtra hoc instatur, prout intelligitur in humana & fragili iustitia: quia non est homo in mundo, qui velit tribuere ius suum vnicuiq;: & ita quò ad effectum seu voluntatem, ista verba nõ possunt cõpetere iustitiæ, vt de homine dicitur. Ad hoc dicas, quod hæc litera vnicuiq;, tribuit pro generibus singulorum, & non singulis generum: assumitur, vnicuiq; ergo ius suum tribuit iustitia quò ad effectũ. hoc est, Deo & proximo, secundùm Iac. prædictum. Doctor meus Dy. de Mug. sicut ab eo percepi, intelligit hanc legẽ de iustitia, prout est virtus: nam iustitia est summa virtus, quæ iura distribuit, vt in Auth. vt omnes obe. in prouin. & prout est virtus, habet omnia ista vera in se. Verum est, quòd particulariter in qualibet mente, in qua est diffusa, corrumpitur: & sic definit esse virtus quando corrumpitur, & sic non est iustitia. & talis iustitia, prout est virtus, semper est apta tribuere ius suum. Vltimò post istã diffinitionem legalem, potes quærere, vtrum iustitia habet alias diffinitiones, & de hoc dic vt gloss. post quas diffinitiones multas, potes addere alias, si vis esse prædicator. Ecce intus est habitus mentis bonus, vnicuiq; tribuens secundum suam dignitatem: maioribus reuerentiam, minoribus disciplinam, Deo religionem, parentibus obedientiam, paribus concordiam, sibiipsi castimoniam, miseris, seu pauperibus compassionem. Sequentem §. expono vt in glo. Sequitur § iurisprudentia. quærit glo. quæ sit differentia inter iustitiam, & ius, & iurisprudentiam? & respondet, quòd duplex. Prima, quòd iustitia est virtus. Ius est executio eius. Iurisprudentia est scientia illius iuris. Aduertas circa hoc: quia iustitia potest considerari duobus modis. Vno modo
est verum, quòd ibi dicimus in glo. secundum Dy. vt dixi

dixi supr. eo. l. 1. in prin. Secunda differentia est, quia iustitia est summum bonum, ius medium, iuris prudentia, infimum. Hic etiam est aduertendum, nam quidam æmuli gl. calumniantur. Hic glo. dicit, quod iustitia est summum bonũ & felicitas: quoniam quatuor sunt virtutes Cardinales, sci. Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudo, & felicitas, est status ex congregatione omnium virtutum perfectus, & ita planum est, q; felicitas est maius bonum, q; Iustitia: sed quod est summum bonũ, non habet sup. se maius bonum: ergò glo. est falsa. Item, falsum dicit in alio, q; prudentia est scientia iuris nostri. Ius nostrum est, leges quas habemus, & maius bonum est habere scientiam iuris, & cognitionem, quam habere totum corpus iuris in arca. & ita manifestũ est, quod iurisprudentia maius bonum est, quam ius. cuius contrarium dicit gl. quæ dicit, quod ius est mediũ bonum, iurisprudentia infimum. ergò malè. Quid dicemus? cõcedemus né quod gl. sit falsa. Respondet Ia. de Are. quòd non, imò est vera, secundum eum, si rectè intelligatur. Ad quod sciendum est, quod summum & infimum possunt sumi equiuocè. Vno modo, vt sumantur ista verba penes bonitatem. Alio modo, vt sumantur penes priori tatem & posterioritatem: & sic penes ordinem. Primo modo sumendo, rectè reprobaretur gl. Secundò nõ saluatur. & secundum hunc modum debet intelligi. Nam iustitia est prius in ordine, quamuis sicut abstractum ante concretum. Item, ius est ante iurisprudentiam, sicut scibile est ante scientiam. Ista igitur, secundum ordinem prioritatis & posterioritatis se habent, & iustitia est primo, ius secundo, iurisprudentia est tertio. Igitur iustitia summum bonum, id est, primum est, ius medium, iurisprudentia infimum, id est, vltimum, quod probatur: quia prima pars rei dicitur summitas, vltima pars, infimitas. Vult ergò dicere gl. quod Iustitia est primum bonum, iurisprudẽtia infimum, id est, vltimum, respectu iuris & iustitiæ. Respexit ergo gl. ordinem prioritatis & posterioritatis, vt dixi, sed qui reprehendunt eam, respiciunt maius & minus in bonitate: & sic ex æquiuocatione glo. saluamus, secundum Iacob. prædictum. Vel posset dici, quod etiam respiciendo maius vel minus in bonitate, glo. benè dicat: quia Iustitia participat cum omnibus prædictis virtutibus, vt in Authẽ. vt omnes obe. iu. pro. ergo vbi est iustitia, est felicitas, quæ habet statum ex congregatione omnium, cum quibus iustitia participat. Iustus ergo est felix, quia prudens, temperatus, & fortis. Potest dari tertia differentia, quæ sumitur ab authore, vt dixi supra l. 1. in princ.

RVBRICA III.

De legi. & sena. & long. consu.

Continua vt in gloss. & quære vt ibi.

SVMMARIA.

1 *Mulieres in lege condenda adhiberi non debent.*
2 *Consensus mulierum non inducit consuetudinem.*

LEX EST COMMVNE præceptum. Not. hic primo diffinitionem le. & ex hoc argue, quod scriptum non sit de esse leg. quia in diffinitione, quæ hìc traditur, nõ ponitur scriptum: & per diffinitionẽ traduntur essentialia rei: ergo, etc. de quo articulo plenius dic, vt suprà eod. l. 1. Item, argue etiam ex hoc, quod di-
1 cit, videtur quod in leg. condenda † non debent adhiberi mulieres: quia hic dicit, virorum prudentiam. Et
2 ex hoc inducitur, quod † consensus mulierum non inducit consuetudinem, quæ est ius, vt dixi, quæ sit long. consuetu. l. 1. Secundò not. quod hæc est coertio delictorum, quę spontè vel ignorantia contrahantur. Sed contra hoc oppo. infrà de pœn. l. respiciendum, & C. de tabu. l. generali. libr. 10. Sol. distingue: aut delictum committitur casu, aut culpa, aut dolo, vt C. de Epis. & Cler. l. si quis. dic vt ibi.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo seruanda est in casibus, in quibus non habemus ius scriptum: & si in casu emergenti non est consuetudo, sed est consuetudo in simili, illa seruanda est.*
2 *Lex scripta sicut per aliam legem tollitur: ita per consuetudinem contrariam abrogatur.*
3 *Consuetudo in casu legis non determinato, per legem seruatur.*
4 *De similibus ad similia in legibus scriptis procedimus, sicut in consuetudine.*
5 *Lex & consuetudo vbi deficiunt, recurrendum est ad consuetudinem ciuitatis Romanæ.*
6 *Voluntatem suam qualiter quis declaret siue dicto, vel facto, aut reõus, non refert.*
7 *Lex tollitur per consuetudinem ei contrariam.*
8 *Manum debilitatam habens, vtrum succedat in feudo, cùm idem sit, manum non habere, & habere debilitatam?*
9 *Hermaphroditus in quo præualet sexus muliebris, pro muliere est.*
10 *Exemplis iudicare non debemus.*
11 *Consuetudo seruatur pro lege in casibus, in quibus iure scripto non vtimur. & quid econtrario. num. 12.*
13 *Par in parem non habet imperium.*
14 *Populus an habeat potestatem legis condendæ?*

DE QVIBVS. Lex ista diuersis modis diuiditur per Doctor. mihi placet. Lex ista diuiditur principaliter in duas partes, in prima parte tractatur, qualiter per consuetudinem negocia nouiter contingentia dirimuntur. In secunda parte, qualiter legi per consuetudinem contrariam derogetur. Prima pars vsq; ibi, quare, &c. Secunda pars vsq; in fi. & in l. ista procedit legislator hoc ordine. Primò ponendo dictum generale. Secundò ponitur dicti generalis extensio. Tertiò reassumptio primi dicti ad hoc, vt sufficiens ratio assignetur, & consuetudinis diffinitio. Quartò ponitur ratio, & eius declaratio seu approbatio. Quintò & vltimò infertur ad consuetudinis probandæ effectum inueterata. Primum vsq; ibi, si qua. Secundum vsq; ibi, inueterata. Tertium vsque ibi, nam cum. Quartum vsque ibi, quare. Quintum vsque in finẽ. Casus fuit positus: ecce quidam casus emergit, qui lege scripta non determinatur: dubitatur, quomodo iudicabimus. Dicit Iurisconsul.
1 in quibus casus † ius scriptum non habemus, consuetudo est seruanda: sicut in casu, de quo quæritur. Si non reperitur consuetudo in casu emergenti, sed est consuetudo in simili: tunc est seruanda consuetudo, quæ in casu simili obseruatur. si fortè nõ sit simile: tunc si est consuetudo in ciuitate Romana, illam seruabimus: & sic consuetudo pro negotijs dirimendis, pro lege non immerito obseruatur. quæ ratio est? Quia cùm ipsæ leg. nulla alia ratione astringant, nisi quia consensu populi nituntur & fulciuntur, non debet esse differentia ex eo, quod tacitus in l. non expressus consensus interuenit: quia non interest voluntatem suam, quis verbis, aut rebus, & factis declaret: & quod de iure inducendo nõ refert inter consensum tacitum, & expressum, sicut lex scripta † tollitur per aliam leg. ita lex
2 per consuetudinem contrariam abrogatur, hoc dicit. Lecta & exposita litera, collige notabilia. Primo nota,
3 quod † in casu legis non determinato, consuetudo pro leg. seruatur. C. quæ sit long. consuet. l. 1. & de ædific.
4 pri. lege, in totum. Secundo not. † quod sicut in legibus scriptis procedimus de similibus ad similia: sic in consuetudine, vt dicta l. 1. Tertio not. quod vbi lex &
5 † consuetudo deficit, recurrendum est ad consuetudinem vrbis Romæ, quæ omnium ciuitatum caput est, & magistra, vt C. de ve. iur. enucl. l. 1. §. fina. instit. de satisdat. §. vltimo. Quarto not. quod non refert, † quis
6 voluntatem suam declaret, &c. infrà de diuortijs. l. vlti. vnde quidam sunt, qui declarant voluntatem suam rebus, & factis, & verbis tantum, quidam tantum factis,

7 vt in gloss. Quintò nota, quod † lex tollitur per consuetudinem ei contrariam. Modò antequam procedamus ad alia, oportet quod videamus quædam literalia. Deinde formabimus quæstiam opinio. Tertio loco disputabimus naturam consuetudinis, per quæstiones principales, & accessorias. Primò dico, quod oportet nos videre iuxta literam quædam exempla. Nam dicitur, quod in his casibus, in quibus legem non habemus, oportet nos sequi consuetudinem. & si illa deficit, recurrēdum est ad consuetudinem vrbis Romæ. Modò restat videre exempla horum casuum. Et primò gloss. exemplificat, de casibus, qui sunt in vsu feudorum. Sed certè de feudis est magna quæstio, vtrum sint leg. scriptæ, vel sint consuetudines? Quidam enim dicunt, vt Iacob. de Ra. quòd si sunt iura Imperatoris, iura feudalia: sunt scriptæ leg. & expressæ. Alij dicunt quod non, nec ob. quod redacta sunt in scripturam, quoniam hoc est ad memoriam, argum. C. de fide instru. l. contractus. non curemus de hoc, supponatur gratia exempli, quod sint iura consuetudinaria. Restat secundo loco, vt demus exempla, vbi non est consuetudo, sed in simili. gloss. ponit exemplum in eo, qui habet manum debilitatam, vtrum
8 † succedat in feudum: De hoc non habemus consuetudinem, sed habemus quod mancus, qui non habet nisi vnam solam manum, non succedat, & à simili nec habens manum debilitatam, qui non refert non habere, vt infrà quod cuiusque vni. no. l. 1. §. fin. Iacob. de Rau. non approbat istud exemplum, quia non est simile: imò idem est, non habere manum, vel inutilem habere, arg. suprà eod. l. sed certè, secundum Pet. imò est bonum exemplum; quia ille qui habet manum debilitatam, magis potest terrere aduersarium, quàm qui non habet: & ideò non est idem casus, sed similis. Sic dicimus in filio corrupto, vbi non datur directum auxilium, sed vtile: quia non est eadem ratio, & sic non est idem ius, sed est diuersitas aliqua penes rationem, scil. quia magis nocet seruus corruptus, quàm filius, qui ratione sanguinis minus præsumitur offendere in rebus suis, & ideò lex scripta in seruo, non dicitur scripta filio, sed proceditur à simili, vt inf. de ser. corru. l. & si tantum. §. 1. & tetigi de hoc sup. de iust. & iur. l. 1. §. huius studij. Aliud exēplum datur in gloss. in Hermaphrodito, de quo non habemus consuetudinē, sed habemus in simili in muliere. Istud exemplum reprobat Iaco. prædictus, & etiam Pet. quia
9 † hermaphroditus, in quo præualet muliebris sexus, pro muliere est: & ideò non facit differentiam in iure consuetudinario, vnde non est simile, imò idem, vt inf. de statu hominum. l. quæritur. Dantur & alia exempla, de quibus mentionem non facimus. Videtur modò, si non reperitur simile in ciuitate ista, sed est consuetudo de istis in ciuitate Romana, recurremus ad illam. Expediti sumus de literalibus, sed quia iurisconsult. videtur hîc dare artem incompletam, ideò oportet adhuc circa literam insistere, & complere. Hîc dicitur, secundo loco recurri ad simile consuetudinis, in casibus, in quibus non vtimur scriptis leg. sed pone quod emergit casus, cui ex vna parte est simile consuetudini, & ad aliud est simile legi, ad quod potius recurremus? Dico quod hæc sunt proportionalia: quia sicut consuetudo se habet ad leg. quia eam vincit, id est, tollit, ita debet se habere simile consuetudinis, ad simile leg. vt illud vincat & tollat. Vnde in præsenti quæstione sic distinguendum est: aut consuetudo est contra rationem: & tunc non est producenda ad consequentiam, vt infrà ead. l. quod verò. Si verò non est contra rationem, verbi gratia, vertitur in quæstione, vtrum emphyteuta habeat incrementum alluuionis? In ista quæstione est simile consuetudinis, quæ dicit feudatarium non habere incrementū: tale ex altera parte est simile. gl. dicit quod simi- 13
le leg. est tenendum. sed malè loquitur, quia debemus 14
tenere illud, quod magis est simile consuetudini in exemplo præfato, quia maior similitudo est feudatarij & emphyteutæ, quia vterque habet vtile dominium, & rei vend. argum. infrà si age. vec. l. 1. quam fructuarij & emphyteot. quia fructuarius habet confessoriam, secundum Iacob. de Ra. & Petr. Sed ponamus iuxta hoc æqualem esse consuetudinem vtrique. verbi gratia. Ex vna parte est simile legi, videlicet, vt superficiario accrescat augmentum alluuionis. Ex alia parte est simile consuetudinis, videlicet, vt emphyteutæ nō accrescat. modò vertitur in quæstione de fundatario, an ei accrescat tale augmentum: hîc non potest considerari, quod est magis simile: & ideò dicendum videtur fore magis tenendum simile consuetudinis, propter proportionalia prædicta secundum quosdam, vt supr. dixi. sed tenet quod illud simile sit sequēdum, quod rationabilius est: sicut aliâs nos sequimur æquitatem, quæ rationabilior est, quàm rigor iuris, vt C. de iudi. l. placuit, cum sim. & æquitas idem est: ergò, &c. vt inf. de excu. l. fcire. §. fuffi- cit. & infr. de aqua plu. arc. l. 1. §. idem. de his tractaui C. quæ sit lon. consue. l. 1. dic vt tibi completa sunt literalia. Veniamus ad oppositiones. Primò opp. sic. Lex ista dicit, quod secundum consuetudinem est iudicandum: sed consuetudo inducitur per exempla, † quibus non est iudicandum. & sic oppo. C. de sent. & interloc. omn. iudi. l. nemo. So. nō iudicamus exemplis, sed iure, quod resultat ex exemplis: & consuetudine, habet. Secundò oppo. & videtur, quod lex sibi contradicat. Nam dicit, quod in his casibus, in quibus iure scripto non vtimur, 11
† consuetudo prol. seruatur: ergò in contrario innuit, quod vbi leg. scriptæ habentur, consuetudine non vtamur, & in fin. dicitur, quod legi per consuetudinem derogatur: ergò, &c. Respondeo, vt respondetur in arg. dict. gloss. quæ incipit, quia non habemus, &c. Tertiò oppo. si consuetudo loci reperitur, nec simile, vltimo habetur recursus ad consuetudinem Romanam. Sed cum verum sit, quod consuetudo maiorem effectum habet, vt in fin. probatur, & per leg. seruatur, vt l. diuturna, & l. seq. videtur, quòd sicut lex approbata à populo Romano prius inspiceretur, quàm simile consuetudinis loci, vbi quid emergit quæstionis, argu. C. de veteri iu. enuc. l. 1. §. 1. Solut. aut populus facit ius, vt ab omnibus generaliter obseruetur: & tunc verum est, quod prius inspicitur tale ius, quàm simile consuetudinis: aut facit ius proprium suæ ciuitatis tantùm, vt quando populus habet suam consuetudinem, quàm tacitè sequitur, vt in scriptis redactam, nec publicam: tunc quia pro isto ve- 12
risimile est, quòd populus velit esse ius suum proprium, non recurritur ad tale ius, vt in subsidium. & sic intelligitur lex ista. Quartò oppo. iuxta hoc, † hîc dicitur, quod populus Romanus facit legem contrariam: imò solum princeps, & sic opp. C. de leg. l. vlt. istud contrarium tollitur multis modis, tamen Petr. videtur in hoc residere, q; ante l. Hortensia, populus poterat hoc facere: sed postea non, vnde hodie non posset. & hoc videtur manifestè innui C. de adopt. l. 2. Aduertatis, tempore huius leg. Iurisconsul. qui eam fecit, erat Imperator: & tamen hîc dicitur, quòd populus potest facere leg. quę tollit a iam leg. & sic videtur, quod adhuc hodie remanserit potestas leg. cōdendæ apud populum. De hoc dixi inf. vos dicatis sicut magis placet. Quintò oppo. dicitur hîc, quod lex abrogatur per consuetudinem. sed contra C. quæ sit long. consuet. l. 2. Sol. vt tibi dixi. Sextò oppo. adhuc. nam videtur, quod nullo modo consuetudo tollat leg. vt C. de vsu. l. eos. de furtis. Auth. nauigia. Sol. aut lex præcedens est præiudicialis consuetudinis inducendæ, & tunc vendicant sibi locum contraria, aut non, & tunc non vendicant sibi locum, quæ dicta sunt. Septimò adhuc opp. ad responsionem factam, si populus cuiusque ciuitatis habet eandem potestatem inducendæ consuetudinis, quam habet Imperator in condendis legibus, videtur quod lex non posit præiudicare consuetudini futuræ. quia † par in parem im- 13
perium non habuit, vt l. ille à quo. §. tempestiuum. inf. 14
ad Treb. Sol. variis modis. Vno modo, quod † populus quilibet habet potestatem leg. condendæ, sibi concessam & datam à principe. quia translata sit omnis potestas leg. condendæ in principem, vt sup. tit. proxi. l. 2. §. condendę populus non habet, nisi ex imperiali procedat

voluntate. Sed Imperator hoc concessit, quod patet ex hoc, quia scilicet ipse Imperator approbat consuetudinem inductam, & inducendam, vt C. quæ sit lon. consuetudo. per totum. Posteà Imperator concessit, quod omnes populi possint sibi facere iura, vt sup. de iusti. & iure. l. omnes, ergò, &c. Alio modo soluitur, scilicet, cōsuetudo & lex scripta, considerata secundum totalitatem inquantum alterum constituit ius ciuile, alterum tollere potest. Tertio modo respondetur, concedendo oppositum: scilicet, quòd verum est, quòd nō potest populus legem facere contrariam leg. principis: sed prętер legē eius benè pōt inducere ius scriptū, & nō scriptum, vt in feudalibus, quæ sunt præter legem, & hoc tenet Pet. non obst. hæc lex in fi. quæ loquitur de populo Romano, pro illo tempore, quo erat apud eum summa potestas: hodie translata est in principem, vt dictum est suprà. Item, non ob. l. omnes. quia intelligitur in statuto, vel consuetudine præter legem communē introducta. non obst. C. quæ sit lon. consu. per totum. quia intelligitur prædicto modo. Alij, vt Doctor meus Dy. de Muge. tenet primam solu. quam communiter sequuntur omnes Doct. de hoc dixi C. quæ sit long. consue. l. 2. ad fi. de quo articulo poteris plenius in modum quæstionis inferius tractare. Expediti sumus de cōtrarijs: veniamus ad materiam consuetudinis tractādam per quæstiones plures principales, & accessorias: quas dic per ordinē, vt scripsi C. quæ sit lon. consl. 2. & quia non posses istam materiam explicare in vna lectione, potes de mane legere istam, & contraria signare, vt supr. in vesperis potes intrare nunc materiam eius explicandam.

RVBRICA IIII.

De constitutionibus principum.

Continua vt in gloss.

SVMMARIA.

1 *Imperium est à Deo.*
Et iura reputant Imperatorem Deum, siue personam diuinam.
2 *Iurari potest per principem: & qui deierat, punitur.*
3 *In iuramento debet haberi memoria Dei*
4 *Beneficia principum plenissimè interpretantur.*
5 *Beneficium siue priuilegium Principis, quid sit? Et quid rescriptum?*
6 *Interpretatio in contractibus debet plena fieri, in testamentis plenior, & in beneficijs plenissima.*
7 *Contractus sunt vltro citroq; obligatorij, & procedunt ex voluntate duorum contrahentium æqualiter.*
8 *Priuilegia à quo tempore incipiant habere effectum?*
9 *Voluntas Principis æquiualet voluntati testantis.*
10 *Priuilegia vtrum ad hæredes extendantur.*
11 *Causa primaria magis influit super suum causatum, quàm causa secunda.*
12 *Priuilegia qualiter sint interpretanda circa locum exemptionis à iurisdictione iudicis extraordinarij?*
13 *Exemptus si contraxit vel deliquit in foro iudicis ordinarij, an sub eo conueniatur.*

PRIVILEGIVM. In leg. ista non ponitur casus aliter, nisi sicut litera iacet. Litera autem qualiter debeat exponi, ex sequentibus apparebit. † Not. ex leg. ista, quòd iura reputant Imperatorem Deum, seu personam diuinam, & hoc meritò: quia imperium est à Deo. vt in Authent. quomodo oportet. Epi. in princip. de si. instrum. §. 1. & ab ipso Deo immediatè processit, vnde inter Imperatorem, & Deum non est ponere medium, vt in Authent. constit. quæ de dignit. §. illud. nec ob. quòd dicitur suprà l. 1. quòd l. regia, dicitur Princeps creatus: quia hoc est permissione diuina, sicut dicimus, non est malum in ciuitate quod non fe-
1
cerit dominus: nec est absurdum, quòd fiat à populo & à Deo, tanquàm ab agente vniuersali. sicut aliter dicitur, homo hominem generat: & solu. vel melius dico, quòd Imperator à populo est, sed imperium, cuius prędicatu Imperator dicitur diuinus, à Deo. Item, dicitur diuinus meritò: quia Imperator diuinus est, & celestis semper. quod probatur: quia lex dicit, quòd vbi animus, ibi videtur esse corpus, vt infrà de capti. & postli. reut. l. 3. in fin. & l. nihil. At Princeps est animo sursum eleuatus, vt C. de vet. iur. enucl. l. 1. & in Authentic. de priuileg. ergò, &c. quia ergo Princeps diuinus est, leg. suæ dicuntur diuinæ: & indulgentia, & beneficia, & re-
2 scripta sua. hinc etiam est, quòd † iurari potest per Principem, propter dignitatem, quam habet: & qui deierat, punitur, vt infrà de iureiuran. l. si duo. §. 1. quod quidam fatentur de iure isto, sed hodie de iure nouissimo dicunt, quòd † immediatè debet haberi memo-
3 ria Dei, vt in Authentic. vt iudi. siue quo. suffr. §. sic
4 igitur. collat. 2. Secundò not. quod † beneficia Principum plenissimè interpretamur. & per hoc inducitur, quòd quædam sunt, quæ plenius interpretantur, vt testamenta quæ plenè, vt contractus, vt infrà de reg. iur. l. in testamentis, & extra de donatio. c. cum dilecti. Veniamus ad oppositiones. Ad legem istam opp. primò hic dicitur, quòd beneficium est plenissimè interpretandum. contrà hoc est apertè: vt infrà ne quid in loc. publi. l. 2. §. meritò. Solut. vt hic, vel verum dicas, quòd principis beneficium aut tangit ius concedentis tantum: & tunc latissimè est interpretandum, vt hîc. ita tamen quòd non recedatur à tenore beneficij, aut tangit ius aliorum: & tunc stricta est interpretatio: quia species furti est, de alieno largiri, vt infrà de furtis. l. si pignore. primo respons. & ita intelligitur præalleg. §. meritò. & de vsufr. c. ex tuarum, & hoc etiam tenet dominus Nicol. Secundò oppon. circa idem. C. de inoffi. testamento. l. si quando, in princip. Solut. dicit glos. quòd beneficia Principis largissimè sunt interpretanda regulariter. sed fallit ibi. Ratio est in litera illius leg. quia non est verisimile principem vnico verbo, &c. ista solu. non videtur Petr. vera: imò dicendum est, quòd hic loquitur de beneficio, quod est secundum ius commune, & ideò non latius, imò strictè sit interpretatio, arg. suprà titul. l. l. quod non contra rationem, & sic est differentia inter ista, vt infrà videbimus statim. Expediti sumus de contrarijs: accedamus ad materiam huius legis. quærendo primò, ne procedatur in æquiuoco.
5 † Quæro, quod est beneficium, siue priuilegium? Dicit gloss. quòd beneficium est ius singulare, contra ius cōmune concessum, & hoc dicit dum exemplificat hāc leg. per l. 1. infrà ad muni. gloss. falsum dicit, quoniam est aliquod beneficium, quòd non est contra ius commune. vt C. de bon. va. l. si quando libro. 10. & decipitur in hoc gloss. quia idem credit esse beneficium & priuilegium. quod est falsum, vnde circa hoc aduertendum est: quia reperire est beneficium in genere, quod tripliciter diuidi valet: scilicet, in beneficium strictè sumptum. sic accipit nomen speciei, sicut est adoptio, vt infrà de adoptio. l. 1. Item, diuiditur in priuilegium & rescriptum. Dico quòd beneficium est genus: quoniam est omnis bona factio, vel actio quæ recipienti gaudium affert, vt in Authent. quibus causis seu. amit. §. beneficium. collat. 10. & istud beneficium diuiditur in beneficium strictè sumptum, de quo habetur in dicta l. si quando. & in rescriptum, de quo habetur C. de diuer. re. in rubro & in nigro, & in priuilegium, de quo habetur. infrà de reg. iur. in l. priuilegia. Beneficium strictè sumptum, est bona factio præter ius. Priuilegium est bona factio contra ius. rescriptum est bona factio præter ius, vt quando Principi bona vacantia sunt delata, & illa Princeps confert cuidam seruienti seruo: hæc concessio, siue donatio Principis, quæ est præter ius, dicitur beneficium, vt dicta l. si quando. rescriptum secundum ius, scilicet, ad Dei obseruantiam, & iuris sui, scilicet, vt debita mihi soluat Princeps: mihi concedat istud beneficium, dicitur rescriptum, vt ff. de diu.

re. l. falso. & l. si qua. Priuilegium verò est lex priuata, & est contra regulam iuris cõmunis, & tale dicitur ius singulare, quod est contra ius commune, vt suprà titu. proxim. l. ius singulare, & infrà ad Muni. l. 1. in fin. vnde vbi obseruantia iuris communis procedit, & ordinatio Principis eximit aliquid ab ea: tunc est priuilegium, & ideo dicit lex, frustra à Principe petitur, quod à iure cõmuni conceditur, qua. di. quod priuilegium est contra ius commune, vt infrà de capti. & postlimin. re. l. si quis ingenuam. §. vltim. & C. de inoffic. testam. l. fi. circa medium, & de thesauris. l. 1. libr. 10. & ideò priuilegia, quia sunt contra ius commune, strictè interpretanda sunt, arg. suprà tit. 1. & in l. quod verè. Sed beneficium, prout strictè accipitur, debet latissimè interpretari, vt hic, secundum Petr. licet aliter dixerint Doctor. sed minus
6 benè. Secundo loco iuxta hoc quæritur, quia † contractus plenè, testamenta pleniùs, beneficia plenissimè interpretanda sunt, vt hic. quomodo exemplificetur ista, vt sic sciamus, qualiter interpretatio sit facienda? Glos. exemplificat de contractibus, C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. l. 1. in fin. sed certè non benè exemplificat. Concedo tamen, quod ibi fit plena interpretatio, sed quia nos procedimus comparatiuè, oportet quod fiat comparatio in eodem, de plena, pleniori, plenissima, ad hoc, vt benè fiat differentia inter ista, & ideò Pet. ponit aliud exemplum, & melius. Ecce aliquis inter viuos contraxit, & promittit fundum, nunquid tenetur eum præstare? Dico quod illa promissio plenè est interpretanda, vnde fundum liberum præstare tenetur, vt inf. de verborum significat. l. qui vti optimè. Sed pone, aliquis legat fundum, vt nunc est, dicendum est quod hîc, quia est in vltima voluntate, interpretatio plenior facienda est: quia non solum liberum, sed cum omni suo instrumento debet præstare, vt infrà de fund. instruct. l. quæsitum. §. idem. sed pone, Princeps deinde sibi delata concedit alicui, tunc plenissima interpretatio est facienda, vt non solum liberis, & cum instrumentis, sed cum omnibus appendentijs & adiacentibus habeat, vt dicta l. si quando. C. de bon. vac. lib. 10. istud exemplum reprobant quidam Moderni, vt Iacobus de Rau. qui dicunt, quod hîc nõ fuit interpretatio latior, quàm in vltima voluntate, vt infr. de fund. instruct. l. Seiæ. §. vltimo. Sed certè ipsi reprobant in mente: quia verba integro statu recipiunt rem integralem de se tantùm, & modò est, quod in vltima voluntate nihil extra integralitatem rei venit: sed in beneficijs principalibus, sic. vnde si quis legaret domum integro statu, non veniret in legato extra integralitatem rei. sed si legaret domum rei, vt tunc est, nunc respicit verbum rei ad integralitatem, sed ad alia extenduntur. & sic loquitur dict. l. Seiæ. §. fina. secundum Pet. & sic vides, quod in contractibus plena, in vltimis voluntatibus plenior, in beneficijs plenissima fit interpretatio, quod intelligendum sanè, secundum possibilitatem verborum. Potest tamen dubitari, quæ sit ratio prædictorum. & certè ratio est bo-
7 na, pro cuius euidentia sciendum est, † quod contractus propriè loquendo, sunt vltrò citroq; obligatorij, vt infrà de verbor. significat. l. Labeo, in §. contractu. modò ita est, quod contractus procedunt ex voluntate contrahentium duorum æqualiter, ideò debemus æqualitatem in interpretatione seruare: ita, ne nimis pro vno contra alterum fiat, argumen. infr. de re. iur. l. contractus, vbi eligitur media via circa considerationem doli & culpæ, cum contractus sit gratia vtriusque. Sed vltimæ voluntates tendunt ad fauorem legatariorum, & ideò interpretari debemus pro eorum fauore, vnde in eis fit plenior interpretatio, argument. infr. quando di. leg. ce. l. nec semel. §. 1. & eodem modo in donationibus inter viuos, plenior fit interpretatio, vt extra de donat. cap. cum dilecti. Beneficium autem principis ideò latissimè interpretamur, quod iura volunt, quod Princeps sit latior & liberalior, quàm alij. hic est quod dicit, quod dedit, æstimet se debere. extra, de don. cap. 1. Præterea ex nobilitate donantis latiùs debet interpretari donatio, vt infrà de iudic. l. sed & si susceperit. §. sed & si proponat. Præterea lex dicit, quod plus debet dare, si plura dedit Deus sibi, & damnum constituit, vt in Authent. de non alie. §. summus, collat. 2. Ex prædictis ergò patet, quòd hæc lex loquitur de beneficijs strictè sumptis, non tamen de priuilegijs, vel rescriptis, & ideò illi, qui exponunt beneficium, id est, priuilegium, vel beneficium, id est, rescriptum, nescíunt quid dicunt. Verumtamen quod huius rei causa quidam hic aggrediuntur naturam de priuilegijs: ideò videamus qualiter priuilegia debent interpretari, circa tempus acquisitionis. Item, circa personam acquirentium. Item, circa locum. Item, circa personas currentes. Vltimò, qualiter interpretanda circa vitam eorum priuilegiatorum. Redeo
8 ad primum. Primò ergò quæro, qualiter † priuilegia interpretanda sunt circa tempus acquisitionis, id est, nunquid statim habeant effectum, vel demum à tempore præsentationis? & videtur quod à tempore scientiæ & receptionis, arg. inf. de acq. pos. l. qui absenti. Videtur quod à tempore concessionis, ar. C. de rep. l. licet, & inf. de acqui. poss. l. quod meo. §. si furioso. In ista quæstione dicit Pet. quod priuilegium concessum à Papa vel Principe, quæritur à tempore concessionis, etiam ignoran-
9 ti. & probat sic. † Voluntas Principis æquiualet voluntati testantis, vt in Auth. de nup. §. disponat, & C. de do. inter virum & vxorem. l. donationes. sed si testator relinquit legatum à tempore mortis, quæritur ignoranti: ergò, &c. vt in fr. de leg. 2. l. cum pater. §. item. & C. quando di. le. ce. l. vlti. & hoc verum est, in fauorem eius, cui priuilegium datur. sed quantum ad præiudicium, non valet priuilegium, cocessum iusto tempore scientiæ. & hoc probatur sic. Sicut in dispositione Principis sola voluntas sufficit, sic in dispositione Principis solus cõtractus operatur ad dissolutionem, repudio misso coniugi, & in renunciatione facta socio, quantum ad præiudicium suum, non nisi à tempore scientiæ, vt inf. pro soc. l. sed & si socius. §. 1. Sic dicendum est in priuilegio. Adl. quæ absenti, respondetur, q; differentia est inter volũtatem Principis, quæ est lex: & ideò sua voluntas potest commodum afferre, etiam ignoranti, & inter voluntatem priuati, quæ hoc non potest. arg. inf. de iol. l. ii. cum
10 Cornelius. Quartò quæro, qualiter † priuilegia interpretantur circa personam interpretantis. nunquid adò latè, vt ad hæredem extendantur? & videtur quod nõ, quia priuilegium non egreditur personam, vt sup. ea. l. in fi. & ar. inf. de re. iur. l. priuilegia. Videtur contrariũ, quia priuilegium se. con. Vellei. transit ad hæredem, vt C. ad Velle. l. hæredes. Quid dicemus ad theoricã istam? Dicunt quidam distinguendum, aut priuilegiatus vsus est beneficio priuilegij, sibi concesi in vita sua, aut nõ. Primo casu non transit ad hæredem, & sic intelliguntur, inf. de re iudi. l. si patronus, & l. si fideiuss. & l. inter. cum sim. Secundo casu dicunt, quod transit, vt dicta l. hæredes. Ista responsio non est bona, quia reprobatur talis distinctio. inf. de admin. tuto. l. ex pluribus. Alij respondent, vt Præceptor meus Dynus de Muge. distinguendo: aut persona est immediata causa priuilegij cõcedendi, & tunc non datur hæredi, & sic intelligitur de re. iur. l. omnibus, & l. priuilegia, & dicta l. si fideiussor, cum sim. aut non est immediata causa personæ conditio, sed læsio, vt in muliere, & similibus: & tunc transit priuilegium in hæredem, vt dicta l. hęredes, cum sim. & hoc plenè prosequitur in apparatu, extra de re. iur. cap. priuilegium personale, libr. 6. Aduertatis, ista opi. non videtur procedere: quia licet immediata causa sit læsio, tamen persona est causa mediandi, per quam contingit læsio: nisi enim esset facilis conditio personæ & deceptibilis, non subueniretur, quod patet: quia vbi mulier decipit, & non decipitur, non iuuatur, vt C. ad Velleia. l. 1. Præterea cùm aliquid causatur ab aliquo, nos consideramus causam remotam, sicut patet in dominio, quòd per vsucapionẽ acquiritur, vbi consideratur poss. sine qua vnquam vsucapio non procedit, vt l. sine
11 possess. inf. de vsuc. Itẽ, aliàs dicitur, quod omnis † causa primaria magis influit super suum causatum, quam cã secunda, put solet tractari inf. de exce. re. l. cũ de hoc

Tertia

Tertia est opi. Pet. qui satis probabiliter distinguit hoc modo, aut quæritur de priuilegio concesso à l. scripta, aut de concesso à Principe viuo. Primo casu, aut illud priuilegium est concessum, inspecta naturali & sufficienti ratione, vt est videre in minoribus, quibus deceptis, propter imbecillitatem ætatis, subueniri naturalis ratio suadet, vt inf. de minor. l. 1. idem in mulieribus, vt infr. ad Velle. l. 1. & 2. & isto casu transit priuilegium ad hæredes, vt dict. l. hæredes, de in inte. resti. l. non solum, & de mino. l. interdum. aut priuilegium concessum est, non inspecta naturali & sufficienti ratione: quia in persona priuilegiati nõ reperitur naturalis defectus aliter, quam communiter reperiatur in alijs personis, & tunc est notare regulam & instantiam. Regula est, quod non transeat ad hæredes, vt d. l. si patronus, & l. & si fideiussor, cum sim. Instantia est in duobus casibus, in quibus fallit, vt infrà so. ma. l. etiam, & C. qui poti. in pig. hab. l. vlti. Rationem autem fallendi, quæ fit, dixi in dict. l. vltim. Secundo casu, quando tractatur de priuilegio concesso à Principe viuo, tunc distinguunt quidam: aut est vsus priuilegio, aut non, sicut dicimus de pactis, vt inf. de pact. l. iure gentium. §. pactorum, inf. de prob. l. si pactum, & de verb. oblig. l. si ita stipuler. Veritas tunc est indistinctè, quod priuilegium Principis in corpore iuris inclusum, ad hæredem non transmittitur, vt inf. de aqua quoti. & æstiua. l. 1. §. permittitur, & infr. de regu. iur. l. Neratius, de iur. immu. l. 3. de censi. l. forma. & ratio est, quia priuilegia sunt cõtra ius commune, & non sunt extendenda, nec ad res, nec ad personas, differentes penes terminos, de quibus quæritur: ergò, &c. vt suprà tit. proxim. l. quod verò ratione. non obst. quod dicitur de pactis, quia licet sint personalia, tamen non est simile: cùm pacta sint secundum ius commune, & hoc verum est, in priuilegio simpliciter concesso. Sed quid si fiat mentio hæredis, nunquid interpretabimur solum in personam primi hæredis, an secundi & deinceps? Videtur quod de primo tantum intelligatur, vt C. de vsufruct. l. antiquitas. econtrà videtur quod de secundo, & deinceps, vt infrà de iureiurand. l. 1. & l. 4. Sol. distingue: aut fit mentio de posteritate, aut de hærede. Si de posteritate, & tunc ad omnes descendentes per lineam masculinam porrigitur, nõ in fœmininam, vt dicta l. 1. & est ratio: quia posteritas refertur ad verbum familiæ. & familia consistit in his, qui per sexum masculinum procedunt, vt infrà de verb. signi. l. familiæ. insti. qui. mo. ius pa. po. sol. §. vltimo, secundum Petr. sed glossa. ponit aliam, infrà de leg. 2. l. si ita scripta sit in princ. & Dyn. sequitur etiam inf. de verb. sig. l. cognoscere. §. liberorum. sed fortè prima est verior. Item, quia secundum medicos, partus masculinus non procedit à muliere, & ideò filius filiæ meæ non dicitur de posteritate mea, vt inf. de inoff. testa. l. 5. Secundo casu, quando fuit facta mentio de hærede, tunc refert, aut facta fuit mentio pluraliter, vt quia dixit, hæredibus: & tunc competit priuilegium filijs & filiabus hæredis, & in extraneis, vt infrà de verbor. signifi. l. sciendum: aut facta fuit mentio de hærede singulariter, & tunc ad instar vsufru. solùm ad primum hæredem porrigitur, vt
12 dict. l. antiquitas, secundum Pet. † Modò restat quærere, qualiter priuilegia sunt interpretanda, circa locum exemptionis à iurisdictione iudicis extraordinarij, vt sunt multæ Abbatiæ per mundum. Item, vt sunt
13 milites, & huiusmodi similes. Pone ergò, quod † talis exemptus deliquit, vel contraxit in foro iudicis ordinarij: nunquid conuenitur sub eo? Videtur quod non, vt C. de iur. om. iudic. l. magistr. Præterea si posset conueniri, iam esset inutile priuilegium: ergò, &c. vt infrà de leg. 1. l. si quando, in princip. Econtra videtur, quòd vbi quis delinquit, ibi, &c. nullo priuilegio obstante, vt Authen. qua in prouincia. quid dicemus? qualiter concordabimus ista iura? Certè non sunt sine difficultate. Credit tamen Petr. sic posse distingui: cùm quæritur, nunquid priuilegiatus exemptus teneatur respondere coram ordinario, necne, refert: aut quæritur de casu, in quo quis specialiter est exẽptus, & tunc possunt. conueniri coram ordinario, vt C. vbi quis decu. vel cohor. vel alia condi. com. l. vltim. §. 1. & C. de curialibus, l. leges curiales. lib. 11. aut quæritur de casu, in quo non est specialiter exemptus, verbi gratia: quia tantùm est dictum in priuilegio, eximimus vos à iurisdictione iudicis ordinarij, tunc subdistinguo: aut conuenitur plus ratione publicarum functionum, vel tributorum: & tunc non habet priuilegium, vt C. vbi quis decur. vel, &c. l. 2. & in qui. cauſis. mili. iur. fo. præ. vti non possunt, l. 1. circa medium, & in Authent. vt iudi. sine quo. suffr. §. nulli. Ratio est, quia tributa magis debentur ratione rei, quàm personæ, ar. C. de mu. patr. l. 3. lib. 10. aut conueniunt alia ratione, quàm ratione publicarum functionum, vel tributorum, & hoc distinguendũ est: aut data est exemptio loco & personæ tantùm, sine iudice certo. Si loco & personæ, refert: aut delinquit, vel contrahunt extra locum, vel in loco. Si extra locum, aut contrahunt & delinquunt in loco iurisdictionis ordinarij, & tunc non est dubium, quod coram eo conuenientur. Si extra locum fuæ iurisdictionis, tunc non possunt coram eo conueniri: Idem est, si delinquunt vel contrahunt in loco vbi data est immunitas, est probatio, licet non per veram iuram expressã, tamen est casus decisionis domini Innocent. 4. positæ extra de priuilegijs, c. nolentes. lib. 6. ar. infr. de iud. l. hæres absens. Secundo casu, quando est data immunitas personæ tantùm, sine iudice certo: tunc etiam distinguo, quia refert, aut concessum est priuilegium propter excellentiam dignitatis, tunc habet locum C. vbi senat. vel cla. l. 1. & 2. aut concessum est priuilegium propter publicam vtilitatem: aut publicæ occupationis, vt est in militibus: & tunc, aut quæritur in ciuilibus, aut in criminalibus. Si in ciuilibus, habet locum priuilegium, vt dicta l. magi. C. de iur. omni. iudi. Si in criminalibus, aut istud crimen est speciale in persona ipsorum, vt vendere arma, & derelinquere exercitum, & similia. Et tunc conuenitur coram magistro militum, vt ff. de restitutio. mi. l. 2. & 3. aut est crimen commune, & tunc iurium erat differentia inter magna & parua crimina super iure nouo. Credit Petrus, quod conueniantur coram ordinario, vt dicta Authentic. qua in prouinc. & in Authentic. vnde suffragia. §. primo. & §. si igitur, & §. confiderantes. Vlteriùs oportet videre, quando priuilegia interpretanda sint circa personas concernentes, de quo articulo plenè dixi, C. de sacrosanct. Eccles. Authentic. quas actiones, dic vt ibi. Vltimò quæritur, qualiter interpretentur priuilegia, lata circa vitam eorum? quam quæstionem expediui C. de diuersi. rescrip. l. falso. dic vt ibi, &c.

RVBRICA V.

De statu hominum.

SVMMARIA.

1 *Partus duos simul procedere ex eodem ventre, non patitur natura.*
2 *Conditio dandi potest per alium adimpleri, vt libertatem quis consequatur.*
3 *Responsio congrua ad quæstionem facti, non potest dari.*
4 *Conditionum alia est dandi, alia faciendi.*
5 *Legatum relinquere nõ potest dominus seruo sine libertate.*
6 *Quæstio iuris quæ dicatur, & quæ quæstio facti?*
7 *Interlocutoria facti quæ dicatur, & q̃ interlocutoria iuris?*
8 *Ad expensas non tenetur succumbens in interlocutoria iuris: secus in interlocutoria facti?*
9 *Natus primo in dubio quis præsumatur.*

ARETHVSA. In l. ista cum l. sequent. subtiliter procedit iurisconsul. hoc modo. Primò ponit quæstionem, & quæstionis determinationem. Secundò, determinationem suam probat per simile. Tertiò, extendit quod dixerat. Quartò.

excusat se ab incongrua responsione. Secunda pars incipit ibi, veluti, &c. Tertia pars incipit ibi, in l. se. Quarta pars incipit ibi, quæstio, &c. & ita continet lex cum l. sequen. quatuor dicta. Casus sic ponitur: quidam paterfamil. habebat ancillam Arethusam, & facit testamentum, & in eo vocauit Arethusam, si tres peperit libera esto. Postea decessit testator: & Arethusa primo partu peperit vnum, secundo duos, in tertio peperit tres. Quæritur modò, an impleta sit conditio libertatis? & an aliquis eorum sit liber? Et dicit iurisconsult. ex quo tres peperit, impleta est conditio, & vltimus erit liber, quasi post libertatem natus. Nam licet sic peperit, tamen natura non patitur duos nasci. Et ideò vltimus liber erit: incipiēte igitur à quarto partu libera fuit, & ideò quartus partus liber est. In primo dicto dicit iurisc. hoc probo tibi per simile. Nam si libertas fuit Arethusæ data, si 10. dederit, & ea parturiente, sunt 10. data, consequitur libertatem, & partus erit liber. ergò & in proposito, parturiente Arethusa, ex quo tres peperit, conditio impleta est, & partus liber erit. & hoc in secundo. In tertio extendit quòd dixerat. pone quòd in primo partu duos, in secundo peperit alios duos: & sic peperit quatuor, vltimus erit liber, & hoc in tertio dicto. Sed quæritur modò, quis est vltimus? Ista est quæstio facti, & ad istam responderi non potest. h. d. Not. ex l. ista, † quòd natura non patitur ex eodem ventre duos simul partus procedere, & concor. inf. de reb. dub. l. si fuerit. §. vltimo. Secundò not. quod † conditio dandi potest adimpleri, vt libertatem quis consequatur. Concor. infrà de lega. 1. l. ab omnibus. §. cùm quidam. Tertiò not. quod † ad quæstionem facti non potest dari congrua responsio. Concor. ad legem Aqui. l. si ex plagis. §. melior. Sumus expediti de literalibus. Veniamus ad opp. dicitur hic, quòd † conditio potest impleri per alium. Sed contrà, quòd conditio facti est, & facta impleri per alium non possunt, vt C. de caduc. tollen. l. vnica. §. ne autem. Sol. dico, quantum ad præsens sufficit, quòd conditio alia est dandi, alia est faciendi. Conditio dandi benè potest impleri per alium. refert, aut est tale factum, quòd non inhæret personæ, aut inhæret. Si non inhæret, vt est domum facere, & ita potest per alium impleri, quæ cōtinet tale factum, vt C. de contra. & constit. l. veteres, & si inhæret personæ, vt est illa, si nupserit, si peperit, &c. & tunc non potest per alium impleri, vt dicto §. non autem. Secundò oppo. dicitur hîc, quòd si data fuit libertas sub conditione, si 10. dederit, quòd sufficit, quòd in parturiendo impleta sit conditio. Contrà, imò quia cōditio debet esse impleta in ea, antequam libertatē cōsequatur, & sic oppo. infrà de condi. & de l. qui hæredi. §. vltimo. Solut. concedo oppositum, nec lex ista dicit contrarium. Dicit enim, quòd sufficit, quod dederit antequam parturiat, & ideò liber erit. sic le. istam intelligo, secundum Petr. Sumus expediti de contrarijs. Veniamus ad quęstiones. Primò quæro, in l. ista nemo dubitat, quòd quartus partus est liber. Sed quid de tertio? nunquid iste est liber? & videtur quòd sic, per hanc leg. & aduertatis, quando inducitur subtiliter, lex ista dicit, quòd incipiente partu, existens conditio facit, quòd libera datur mater. ita est, quia aut tu dicis, incipiente quarto partu: & hoc non potes dicere, quòd non nascitur quartus: aut dices, incipiente tertio, & tunc habeo propositum: & tunc tertius emissus liber erit. Propterea litera dicit, quod si fuerit ei relicta libertas, si 10. dederit, sufficit si ea parturiente sint data, vt simul & semel impleatur conditio, consequatur libertatem: Ergò vbi libertas relicta est, si dicta peperit, sufficit ad hoc, vt tertius sit liber, ar. huiusmodi l. in secundo. Postea pro hoc videtur lex expressa, quæ dicit, quòd vbi testator instituit filium sub conditione, si capitolium ascenderit, & si non ascenderit, relinquit sibi legatum, ista conditio non potest impleri, nisi vltimo momento vitæ, & tamen si impleatur, consequitur legatum. tunc arguo: vltimo vitæ impletur conditio, & legatum consequitur. ergò, &c. vt infrà de condi. instit. l. vltima. §. final. quod placet. Dicunt quidam Doctores, quòd est casus leg. gratia cuius sciendum est, † quòd dominus non potest relinquere legatum seruo suo sine libertate, vt C. de leg. 1. l. si seruus. Item, sciendum est, quòd libertas relicta seruo, competit ab adita hæreditate, vt C. de caduc. tollen. l. vna. §. in nouissimo. modò pone, quòd testator libertatem & legatum reliquit seruo, & alium seruū instituit hæredem. dicitur in l. quòd eo momento quo moritur testator, cōcurrit, vt seruus habeat legatum & libertatem suam: ergò ex quo, eodem tempore completa est conditio, eo tempore consequitur libertatem, & ideò partus erit liber, vt infrà de leg. 1. l. si post mortem. §. 1. in ver. præterquàm si seruus, &c. quid dicemus? Certè quicquid dicant prædicti dicendum est, quòd solus quartus sit liber, & nō tertius. Probatio. partus non est liber, nisi quia natus est ex libera matre: sed mater antequā sit libera, oportet quòd tres peperit: quia oportet, quòd conditio in totum sit completa. ergo, &c. vt infrà de condi. indeb. l. qui hæredi. §. vltimo. Prætereà quid insistimus verbis? Casus est l. seq. qui continuatur cum ista ibi, nō posse dici vtrumquè ingenuum: ergò, &c. Ad contraria quomodo respondebimus? Aduertatis, quia hoc est difficile & subtile. Primum ar. in contrarium fuit de hac l. In primo dicto ad fin. ibi, incipiente, &c. istud non cogit: quia dico, quòd incipiente partu, quasi totum, nihil editur partus quartus. sed ipse quartus partus proficit, quòd editur. Prætereà secundum argum. in contrarium fuit de hac l. in secundo dicto. Sed respondeo, & dico, quod benè sufficit in parturiēdo impleri antequam edatur partus: & ideò tunc consequitur libertatem, & partus & mater erit libera, vbi sub conditione, si tres pareret, est data libertas, oportet quod conditio perfectè sit impleta, & sic intelligo leg. istam. Tertium argum. non contrarium, imò lex expressa fuit inducta. infrà de condi. insti. l. vltim. vbi dicitur, quòd sufficit eodem momento conditionem impleri in legato consequendo, ergò, &c. sed ad hoc respondeo sic, & dico, quòd ad hoc, vt quis libertatem vel legatum consequatur, sub conditione relictum, oportet conditionem impleri. Verum est regulariter, fallit, vbi aliàs quærere esset impossibile, sicut in l. illa vltima. Nam legatum non potest queri mortuo, sed viuo, & illa conditio, si non ascendam capitolium, non potest impleri eo viuo, & ideò, quia testator sic voluit, ideò conditio contra naturam legati conditionalis impletur. Simile est alibi, vbi verisimile est, conditionem appositam testatorem voluisse existere, argumen. infrà de ma. te. l. si quis loculpes. Quartò inducebatur casus de lege. si post mortem. §. 1. sed ad illum casum respondeo & dico, quod quædam sunt, quæ de sui natura ordinem requirunt, & quædam non. modo ita est, quòd inter legatum & conditionem, ordo requiritur, & tunc oportet totam cōditionem impleri vt dicta l. qui hæredi. §. fina. Sed sic non est in casu nostro, inter serui libertatem, & legatum sibi acquirendum, nec est ordo de sui natura: & ideo non oportet, quod vnum impleatur ante aliud, sed sufficit vno momento impleri. Ita loquitur dicta l. si post mortem. §. 1. Contrà prædicta ego insisto: quia lex dicit, quod est differentia inter conditionem, quæ in faciendo est concepta, & illam, quæ est in dando: quia prima non potest impleri vltimo vitæ, sed alia sic, vt dicta l. qui hæredi. §. fina. Ad hoc respondeo, quod non est differentia inter conditionem dandi & faciendi, quantum est ad hoc, vt vtrunq; oporteat impleri: sed est differentia circa possibilitatem implendi, quia illa, quæ est in dando, impletur per alium. sed quæ est in faciendo, taliter inhæret personæ, quod non potest per alium impleri, vt suprà dixi, nec vltimo momento vitæ deficienti. Per hoc, quod dixi suprà, respondetur ad quoddam sophisma. Ecce quidam vltra Rhenum habebat seruum Pamphilum: dicit dominus serui Sticho, vade suprà pōtem Rheni, & si obuiaueris homini seruo, liber esto, alius do Rheni, & si obuiaueris homini seruo, liber esto, alius do minus Pamphili dicit ei, vade suprà pontem Rheni, & si obuiaueris libero homini, liber esto. Vadunt isti serui, & obuiant se simul, quæritur, quis eorū sit liber? Certè isti Doct.

isti Doct. qui dicunt, quòd oportet vno tempore conditionem impleri, & consequi legatum, dixerunt in quæstione ista, quòd vterq; esset liber. Sed nos, qui tenemus contrà, dicemus quòd Stichus, cui data est libertas, si homini seruo obuiauerit, erit solus liber, q; sicut dictum est, oportet conditionem impleri perfectè, nec sufficit esse in implēdo, sed in quæstione prædicta Pamphilo est data libertas, si obuiat libero homini. Stichus verò in obuiando sibi, licet sic in implendo, non est liber, quia est in fieri, & sicut dixi, oportet conditionem esse impletam. vnde hîc oporteret esse, quòd foret impleta conditione tempore obuiationis. Et prætereà Stichus tantùm liber erit, per dictam l. qui hæredi. §. vltimo. † Secundò quæro, hic iurisc on. non respondet ad quæstionem facti, quæ sit quæstio iuris, & quæ sit quæstio facti. Respondeo, q; quæstio facti est, vbi proponitur factū incertū, verbi gratia: Arethusa habuit quatuor filios, quis dicitur natus primò, vel secundò, vel qui vltimò? Ista est quæstio facti, non iuris: quia Princeps non potest habere facta in scrinio pectoris sui, sicut habet iura, vt C. de test. l. omnium, & ideò ad quæstionem facti non respondet legislator. vt hîc, & inf. ad l. Aqui. l. si ex plagis. Quæstio verò iuris est, vbi est factū certum, sed dubitatur quid iuris? verbi gratia. Pater dedit dotē pro filia, ipsa postea moritur: nunquid dos reuertitur ad patrem? vel sic: Titius est minor 24. ann. nunquid potest testamentum facere? In istis exemplis factum proponitur certum, sed dubiū est de iure: ideò dicitur quæstio iuris. vt C. solu, ma. l. dos à patre, & quando prouo. non est ne. l. 2. Aduertatis, contra hoc instatur. Non est quæstio facti, in qua non posset quæri, quid iuris in dubio? Ergò omnis q̄stio facti, est quæstio iuris. Ad hoc respondeo & dico, q; quædā facta sunt adeò incerta & dubia, q; in eis non potest cadere præsumptio, sicut est hîc in l. sequen. quæ continuatur. quædam sunt, in quibus ex verisimilibus coniecturis cadit præsumptio. Non enim voluntate testantium & contrahentiū, vt inf. de le. 1. l. si seruus pluriū. §. fi. & inf. de re. iuris. l. semper in sti. Vnde quando nos dicimus, ita est quæstio facti, nos intelligimus de facto nudo, vbi coniectura iuris locū non habet. Est ergo q̄stio facti, & est q̄stio iuris. similimodo dicūt Doc. q; est † interlocutoria facti, & interlocutoria iuris. Interlocutoria facti, vbi partes nō conueniunt in facto. verbi gratia, dico, q; tu es excōmunicatus, & ideo repellendus. dicis, non sum excommunicatus. Si iudex super interloquitur, est interlocutoria facti. Sed interlocutoria iuris est, proponebam contra te testamentum, vnde dicebas tu, benè confiteor, q; testamentū sic factum fuit: tamen istud testamentum non valet, quia persona testantis fuit inhabilis ad testandum, cum non habebat 14. an. non ergò potest testari. Vel sic, proponebam contra te libellum, dicebas tu, non procedit libellus tuus: quia non continet causam, dicebam ego, imò libellus valet sine causa. iudex super hoc interloquitur, ista est interlocutoria iuris, & refert notandū hoc esse propter expensas repetendas: quia † succumbens in interlocutoria iuris non tenetur ad expen. sed vbi succumbit in interlocutoria facti, sic: quia iudex potest factum ignorare, sed vbi factum est certum, & quæstio est iuris, in iudice stat. & ideò victus non tenetur ad expensas, vt inf. de iuris & facti ignorantia. l. 2. pro hoc inducunt l. qua cauetur, q; legatarius dicēs testamentum non iure factum, & succumbit, non perdit legatum, sed si dicat testamentum inofficiosum, sic. ergò, &c. ar. infr. de his qui. vt indi. l. legatum, in princi. ita dicunt Docto. & ita seruatur de facto. sed Pe. credit, & benè, q; hoc non sit verum: imò secundum enim, victus victori tenetur in expensis, siue succumbat in interlocutoria iuris, siue in interlocutoria facti, quia licet per iudicem stet in interlocutoria iuris, tamen pars, quæ hoc opponit, & sub hoc contendit, dat occasionē damni. & ideò, &c. vt infr. q; quisq; iuris in alterum sta. l. 1. & per totum. Non ob. l. post legatū. si quis rectè intelligat, vt dixi. C. de lus qui. vt indi. l. Polla. Tertiò quæritur: quia hîc dicitur, q; † vltimò natus est liber, quid erit in dubio, quādo nesciturquis sit vltimò natus, & est valde dubia quæstio, in quæ fic dicunt quidam: aut alter tantùm est in possessione libertatis, alius non. & tunc præsumatur liber, qui est in possessione libertatis, ar. C. de rei ven. l. res alienas. istud nihil est dictū, vt potest ostendi, inf. de proba. l. circa. cum glo. hic posita. alij dicunt, quòd cōmittetur fortunæ, sicut ludo taxillorum, vt C. cōmunia de leg. l. vlt. §. 2. sed etiā istud nihil est, per ea quæ ibi dixi. glo. distinguit: aut vnus est masculus, & alius fœmina, & tunc præsumitur masculus primò natus, vt inf. de re. du. l. si fuerit. illa lex nihil facit, quia ibi est illud fauore libertatis, & ideo non potest referri aliquod ius commune, vt sup. de leg. 1. l. ius singulare. potest tamen glo. assignari ratio, quia masculus est fortior, & ideo citius tendit ad exitum. sed contra hoc facit, quòd citius completur, & pubescit fœmina, vt C. de his qui ve. æta. impe. l. penaut omnes sunt masculi. & tunc in dubio præsumemus omnes liberos. Quidam alij moderni dicunt indistinctè, quòd omnes erunt liberi, & probant: quia lex dicit, quòd vbi testator legauit libertatē seruo, quem ancilla gestabat in vtero, si tres nascuntur, omnes erunt liberi. sic & in præsenti, vltimò natus debet esse liber, & tres sunt nati vltimò, ergo omnes tres liberi erunt, ar. C. de fideicom. liber l. cum inter. §. fin. sed contra hoc probo. Testator, qui legauit libertatem Arethusæ in casu nostro, si tres pareret, noluit quod vnus liber esset, si quatuor pareret: & hîc de certo sensit, sed non constat de quo, vnde neuter erit liber. Nam l. cauetur, quòd si testator habeat duos seruos, vno nomine appellatos, & in testamento suo dixit ita: Titio libertatem lego, quia non constat de quo sensit, neuter libertatem habebit, vt infr. de ma. te. l. cùm ex pluribus. Ad hoc nituntur prædicti Doct. respondere multum subtiliter, dicendo, quòd refert, vtrum testator relinquit libertatem vni seruo ex iam natis, aut ex nascituris. Primo casu, nullus est liber in dubio. Secundo casu facit omnes liberos, qui nascuntur. Ratio diuersitatis est, quia in iam natis potest esse maior affectio ad vnum, quam ad alium. sed in nascituris non, quia pariter omnes amabat. ideo, &c. sic intelligitur dicta l. cum inter, secundùm eos, ergo, &c. sicut dixi, subtiliter loquitur. tamen durum videtur contra stimulum recalcitrare, quia casus est hic in l. quæ continuatur ad istam, vbi dicitur, non posse dici vtrunq; ingenuum, &c. sed ad hoc respondetur, quòd hîc loquitur in casu certo, sed in casu dubiō non respondet iurisconsultus. Quid dicemus? Pe. tenet, quòd nullus sit liber, & sic intelligit lex seq. Prætereà hoc sentit per dictam l. cùm ex pluribus, & per l. infr. de ma. te. l. duo sunt Titij. Ad l. cùm inter. quæ mouet prædictos in contrarium, sic respondeo, quòd ibi apparet, testatorem noluisse aliquem ex libertate excludere. hîc sic, vnde aduertendum, quia quandoq; apparet ex qualitate facti, quòd de pluribus seruis aliquos voluit testator à libertate excludere, quandoq; non apparet. Verbi gratia: vbi testator, si tres peperit libera esto, apparet ex verborum recitatione, quod tres illos voluit liberos esse: & ideò dicit Pe. non sum ausus dicere, quòd omnes sint liberi contra voluntatem testatoris, arg. infr. de condit. & demon. l. in conditionibus. At vbi testator habuit ancillam prægnantem, & non sperabat quòd haberet nisi vnum in vtero, non apparet quòd aliquem voluerit excludere à libertate: ideò si plures pariat, omnes liberi erunt, vt in præallegat. l. cum inter. Quartò quæritur. dicitur hîc, quòd si Arethusa tres peperit, libera erit. Sed quid si non peperit, sed extracti sint de vtero, secto ventre matris, vt infrà de mortuo infe. l. vetat. nunquid dicemus quartum partum liberum, quasi natum ex libera matre? In hac quæstione quidam Doctores mirabiliter distinguunt, an testator legauit libertatem consequenter matri, & quartus partus est liber, vt infrà de verborum signific. l. & ea mulier. Secundò nota, quòd viua parit, non mortua, arg. infrà de ver. sig. l. anniculus. §. vltimò. Aduertatis, licet isti peccent in verbis, tamen dāt bonum intellectum. Nam scire debetis, quòd differentia est inter contractus sub

conditione celebratos, & vltimas voluntates conditionales: quia in contractibus conditio, vel spes conditionis transmittitur ad hæredem, & sic post mortem contrahentis potest conditio impleri. in vltimis voluntatibus secus. vt infr. de reg. iuris. l. quæ legata, & insti. de verbo. obli. §. conditionali. & ibi ponitur ratio diuersitatis in glo. modò ita est, quòd cum testator legat libertatem ancillæ, si tres pariat, ex quo mortua est, conditio non potest impleri, & sic deficit legatum, vt dictis ll. & inf. quando dies. ce. l. cùm hæres. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. ne autem. Sed cum legat libertatem, si tres habuit. tũc licet sit mortua in puerperio, reputatur conditio impleta, vt dict. l. etiam cùm mulier. Quintò & vltimò quæritur, pone quòd testator reliquit libertatem ancillæ, si enixa fuerit. deinde ipsa peperit vnum, præterea peperit tres: nunquid habebit libertatem? Videtur quòd non, quia non peperit ter, vt hîc. sed dicendum est contra, quia quot partus fecit, totiens potest dici enixa, vt infr. de verborum significatione. l. ter. enixa.

RVBRICA VI.

De his qui sunt sui vel alieni iuris.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata super incidenti, an faciat fidem in principali, & ei præiudicet.*
2 *De incidenti an sit pronunciandum?*

SIIVDEX. Procedendo per modum quæstionis ad recitandam glo. quæro, † nunquid sententia lata super incidenti, faciat fidem de principali, & ei præiudicet? Circa quod distingue: aut sententia est lata super incidenti, de quo semiplenè tantùm cognitum est, & tunc non præiudicat principali, vt hîc. & inf. de liber. agno. l. 1. §. fi. aut plenè de incidenti cognitum est, & tunc aut debuit plenè de eo cognoscere, aut non, verbi gratia, si aliquis petat alimẽta ab illo, quem dicit suum patrem, de hoc non debet plenè iudex cognoscere, vt alimenta præstet, sed solùm semiplenè, & in tali casu, licet plenè cognouerit, quia tamen non debuit, non præiudicat principali, vt infr. de peti. hære. l. si quis libertatem. §. fin. aut plenè debuit cognoscere, & tunc, aut illud incidens non stabat per se, nec potuit per se ventilari, sed solùm ope exceptionis: & tunc si de illo plenè cognitum fuit, de cætero de eo cognosci non potuit, vt C. sen. rescin. non poss. l. peremptorias. aut illud incidens per se stare potest, & ope actionis ventilari. & tunc refert: aut tendit ad alium finem, quàm principale propositum, & nõ sibi præiudicat, quin aliàs cognoscere poterit, vt infr. de euic. l. vendicantem, in fi. cum l. seq. aut tendit aut eundem finem, & verum est, quia lata sententia super incidenti, præiudicat principali, vt C. de or. cogni. l. 2. & infr. de compen. l. quòd si
2 diem, cum simi. Secundò † quæro, an de incidenti sit pronuntiandum? De quo dic, vt plenè dixi. C. de ordi. iudi. l. 1.

RVBRICA VII.

De adoptionibus, &c.

SVMMARIA.

1 *Pater arrogator potest substituere impuberi in bonis, quæ habet, vsq; ad pubertatem. & nu. 6.*
2 *Conferens alicui id, ad quod tenetur, non videtur concedere. sed magis videtur dare.*
3 *Ratio vbi est eadem, ibi est idem ius.*
4 *Arrogatoris patris hæredes, an teneantur hæredibus filij arrogati ad bona sua, & insuper ad quartam?*
5 *Ratio duplex vincit vnam in successionibus obtinendis.*
7 *Expressio eius quod à lege intelligitur, nihil operatur.*
8 *Res semel extincta non reconualescit.*
9 *Testamentum si fuerit ruptum eò, quòd filius se in arrogationem dederit, an mortuo arrogatore reconualescat?*
10 *Libertates directæ non valent, nisi ex testamento adeatur hæreditas.*
11 *Testamentis cum duobus nemo decedit.*
12 *Et si decedat quis cum duobus testamentis, & velit vtrum q; valere, quid iuris?*
13 *Arrogator tenetur quartam relinquere filio arrogato, an illa intelligatur de omnibus bonis, vel sit quarta bonorum, quæ habiturus erat ab intestato?*
14 *Arrogatus filius transfert se & sua in patrem arrogatorem.*
15 *Filius arrogatus reputatur filius.*
16 *Quartam relinquere tenetur pater filio.*
17 *Filio arrogato facto puberi, an debeatur quarta?*
18 *Arrogator si decesserit, nec reliquit quartam filio vt debuit, qua actione agere poterit filius impubes.*
19 *Et quando debeat agere ille filius ad quartam istam, an ante mortem arrogatoris, an demum post mortem?*
20 *Filius, cui quarta debetur post mortem patris arrogatoris, si decedat ante mortem eius, vtrum transmittat ius petendi ad suos hæredes.*
21 *Quarta relicta filio post mortem patris arrogatoris, qua actione peretur.*
22 *Actionem exprimere debet, & quo iure vult admitti ius, qui agere vult.*
23 *Quarta relicta filio arrogato, an sit hodie augmentata?*
24 *Quod statutur in vno, & in alio statuendum est.*
25 *Arrogatus si sit de restituendo rogatus, vel grauatus legatis: numquid possit detrahere quartã, vnà cũ Trebellianica.*
26 *Arbiter in quem duo sub pœna compromiserunt. si condemnat reum, & dat sibi terminum legalem, scilicet quatuor menses ad soluendum: qui non soluit, sed incidit in pœnam, vtrum si modò velit soluere, poterit moram purgare, id est, vtrum ille terminus erit legalis, vel hominis?*
27 *Legatum intelligitur tacitè relictum, si legatarius volet.*
28 *Et si quis mihi simpliciter legat, intelligitur à tempore mortis.*
29 *Falcidiam retinere potest hæres, etiamsi testator nihil dicat, sed secus si exprimat.*
30 *Concedens precario aliquid, intelligitur quandiu concedens voluerit.*
31 *Exhæredatio ad hoc vt tacitè valeat: tacitè intelligitur, si hæres institutus adiuit: sed si testator exhæredat filium, si hæres adeat, quid operabitur ista expressio.*
32 *Terminum legalem sequi habet iudex seu arbiter.*
33 *Precarium durat quãdiu non apparet dominũ velle cõcedere.*
34 *Tacitè intellectum si exprimatur, nõ habet effectum, si idem exprimatur, quod tacitè intelligitur.*
35 *Termini expressio facta per arbitrum, operatur ne mora possit purgari.*
36 *Arbiter si apponit diem, licet legalem, si non seruatur, offenditur ipse arbiter.*
37 *Hæreditas legitima dicitur, quæ ab intestato potest obuenire.*

SI ARROGATOR. Hæc lex diuiditur in quatuor. In primo dicto iurisconsul. ponit vnam quæstionem. Secundò proponit aliam, & eius solutionẽ. Tertiò solutionem suam determinat: & rationem suam subiungit. Quartò leg. suam, siue solutionem suam ampliat. Sccũdum dictum incipit, sed an impuberi. Tertium ibi, cæterùm si fidei eius committat, &c. Quartum ibi, hæc omnia, &c. Casus per se patet intelligenti, cui loquitur. Not. ex l. ista, primò, q; pater arrogator, si primò decedat, & postea filius arrogatus, debẽt redire ad hæredes patris bona, quæ peruenerunt hæredibus impuberis, & insuper quartam partem, vt hic, & suprà ea. l. his verbis & inf. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. si quis.
1 & inf. de col. bo. l. 1. §. si impuberi. Secundò nota, † q; pater arrogator potest substituere impuberi in bonis quæ habet, vsq; ad pubertatem. Contra. insti. de pu. substi. §. igitur, & C. de impu. & ali. substi. l. humanitatis. Tertiò nota,

1 nota, quod † ille qui confert alij id, ad quod tenetur, nõ videtur concedere ipse, sed magis videtur lex dare. Ad quod facit, inf. de leg. 2. l. si vnum ex fa. §. fi de Fal. & arg. infr. de condi. & demon. l. legatum. Quartò nota, quod
3 † vbi est eadem ratio, vbi est idem ius, vt hîc patet in fi. vbi lex ista per eandem rationem extenditur ad nepotem. Concor. infr. ad l. Aquil. l. illud, & de verbo. oblig. l. à Titio. Expediti sumus de literalibus. Modò veniamus ad alia, & primò signabo quasdam oppositiones. Secundò formabo aliquas q̃stiones. Tertiò, quia potestas leg. est applicatio eius ad factum, applicabo leg. istam ad quæstiones quasdam de facto. Ad leg. istam primò
4 oppo. sic. Dicitur hîc, quod † hæredes patris arrogatoris tenentur hæredibus filij arrogati ad bona sua, & insuper ad quartam. sic supponit, quod hæredes patris tenentur huic filio arrogato ad quartam, in qua succedit sibi filius arrogatus. Sed contra hoc videtur,
5 quod iura dicunt, † quod in successionibus obtinendis duplex ratio vincit vnam, & naturales & legitimi filij duplicem habent causam. ergò debent excludere adoptiuos filios, qui non habent nisi vnam, vt in Authen. de consan. & vte. fra. §. 1. Sol. dicit Iac. de Ra. quod duplex ratio vincit vnam. Verùm, quando vtraq; ratio operatur ad rem agendam: sed hîc non operatur duplex ratio, quia naturalitas sola nihil operatur ad successionẽ, sed legitimitas tantùm. Probatur hoc in Authenti. quibus mo. na. effi. sui. l. 1. & hoc quidam de nostris modernis sequuntur. sed hæc responsio non placet Petro, imò dicit, quod est falsa: quia quod naturalitas nihil operetur, falsum est, vt in Authent. de consan. & vter. fra. §. 1. & C. de natura. Auth. licet. Præterea emancipati, naturalitate inspecta, vocantur ad successionem, vt insti. de bon. poss. §. quòs autem. Respondendum est ergò, secundum eum, per interemptionem, scilicet, negando, quod in adoptiuis filijs non sit nisi vna causa. Nam lex fingit eos habere iura cognationis, & fictio æquipollet veritati, ergò, &c. vt infr. l. proxi. Secun
6 dò oppo. † quod hîc dicitur, quod pater arrogator potest substituere filio arrogato impuberi, vsq; ad quartam. Sed contrà, imò in omnibus bonis occasione sua ad ipsum peruenientibus, & sic opp. infr. de vul. & pu. sub. l. fed si plures. §. in arrogato. Solu. vide vt ibi not. Tertiò, oppo. dicitur hîc, quod potest tali filio arrogato substituere. sed contra hoc: quia ista lex in tertio respondet, quod hæc quarta non peruenit ad istum filium ex testatoris beneficio, sed ex dispositione legali: ergò non potest substituere, vt C. de fideicommiss. l. ab eo. quæ est contrà, coniuncto tertio responso huius leg. Solut. pro hoc contrario tollendo scire debes, quod cùm pater substituit filio impuberi, vsq; ad tempora pubertatis, non dicitur grauare, sed prouidere sibi: quia non potest interim testari, vt insti. qui. non est per. fa. te. in princip. Sed si post dictum tempus substitueret, non diceretur prouidere, sed grauare, vt infr. de vul. sub. l. ex facto. Ex hoc patet responsio ad contrarium. Lex contraria dicit, quod qui non honoratur, non grauatur: sed in nostro casu non est grauamen, imò prouisio. ergo, &c. arg. C. de impu. & aliis sub. l. humanitatis. Quartò oppo. dicitur, quod si aliquis exprimat illud quod à l. intelligitur, expressio nihil operatur, vt patet hîc in tertio responso. Sed contra hoc: quia lex dicit. quod si testator me hæredem instituit in tertia parte hæreditatis, & prælegauit mihi quædam prædia, & rogat me restituere hæreditatem, detracta Falcidia: quod non computabo mihi in partem quartam, nisi in duodecimam partem prædiorum: sed si rogasset restituere, & non dixisset, detracta quarta, tunc tertiam partem prædiorum computarem in quartam: & sic patet, quod aliud est, vbi exprimitur illud quod à l. intelligitur. Vnde oppo. infr. ad l. Fal. l. Titia. Sol. dicit
7 Per. quod † expressio eius, quod à l. intelligitur, nihil operatur: verum est, in detrimentum illius l. in cuius fauorem per leg. intelligitur, sed in eius fauorem, sic & ita est hîc, & in l. contraria: quia hîc nihil operatur in præiudicium filij arrogati, cui lex tacitè prouidit: sed benè operatur in eius fauorem, vt in l. contraria. Nam quia exprimitur solùm 12. pars; computatur in Falcidiam, in qua computaretur alia tertia: & sic ad fauorem eius, cui l. tacitè prouidit, expressio testatoris tendit, & ita tollitur istud contrarium, secundùm Per. Expediti sumus de oppo. veniamus ad quæstiones. Primò circa istam leg. quæro, quidam paterfamilias habens filium naturalem impuberem, eum hæredem instituit, & ei pupillariter substituit; hoc facto mortuus est paterfamilias, deinde impubes dat se in arrogationem alicui, & ita passus est minimam capitis diminutionem, per quam testamentum ruptum est, vt Instit. quib. mod. testa. l. non tamen. interea post moritur arrogator, quæritur ergò, nunquid testamentum, quod
8 pater naturalis fecit, reconualescat & valeat? Et videtur quod non, quia † res semel extincta non reconualescit. ideò, &c. vt infr. de solut. l. qui res. §. aream. Econtrà videtur sic, vt infr. de legat. 3. l. 1. §. filius in hac quæstione dicit glos. quod † testamentum, licet ruptum
9 fuerit, per hoc quod filius dedit se in arrogationem, mortuo arrogatore reconualescit, vt dicto §. non tamen per omnia, quidam moderni dicunt, quod glos. arguit ab insufficienti: quia testamentum non reconualescit ipso iure, per mortem arrogatoris, sed requiritur, quod impubes testamentum, quod ruptum fuit, declaret se velle valere, vt infr. de bono. posses. secundum tabu. l. qui ex liberis. §. testamento. sed hoc quando potest esse, cùm impubes non habeat testamenti factionem, & sit sua declaratio nulla. Quid dicemus? Per. dicit, quod glos. benè loquitur in impubere, qui non habet animi distinctionem: & ideò declarare non potest, vnde distinguendum est: aut filius arrogatus tempore arrogatoris adhuc fuit impubes, & tunc ipso iure de æquitate reconualescit, licet nihil declarauerit, vt dicto §. non tamen, & arg. infr. de libe. & po. l. posthumos, & C. de Episco. & cler. l. generaliter. aut non fuit impubes, sed factus pubes: & tunc dicendum est cum modernis, quod oportet, quod declaret testamentum non valere, aliàs non valebit, vt dicto §. testamento. sed in nostro casu, tunc expirata est substitutio. Secundò quæritur, retento eodem themate: Filius famil. impubes hæres institutus, ac illo modo sibi substituto, dat se in arrogationem: deinde accidit, quod in præcedenti quæstione diximus, scilicet, quod filius arrogatus moritur, arrogatore adhuc viuente: numquid ergò in casu isto testamentum reconualescit, quod ruptum erat? Videtur quod non. ar. suprà eo. l. nec ei permittitur. §. eorum. arg. contra, quia si decedit, vtilis actio competit. ergò, &c. vt suprà eo. l. non enim. Glos. variant, nam instit. eo. §. cum autem, dicunt, quod reconualescit. hîc verò dicunt contrarium, quæ glo. est vera, & alia etiam posset sustineri aliquantulum. Sed ad quæstionem præmissam breuiter respondet, quod testamentum non reconualescit immediatè, quia ex quo filius in potestate arrogatoris mortuus est, non posset facere testamentum valere, vt institut. qui. non est per. fa. te. in princip. veruntamen, licet testamentum non reconualescat, consulitur his, ad quos bona peruentura erant, si non fuisset impubes in arrogationem datus. Quo ergò remedio succurritur? glos. videtur sentire, quod aut est interposita stipulatio, aut non. Si est interposita stipulatio, tunc succurritur per remedium actionis directæ, Si non est interposita, per vtilem actionem ex stipulatu, vt suprà eodem. l. non enim aliter, & l. sequent. in fine. Glos. videtur malè loqui. Nam dicit, quod si stipulatio non est interposita, datur vtilis: quia lex fingit eam interpositam. Sed certè vbi lex fingit stipulationem interpositam, daretur directa, vt C. de rei vxor. acti. l. vnica, in principio ergò cùm lex dicat, dari vtilem, supponit, eam dari ex fictione. Præterea vbi stipulatio esset interposita seruo publico, non acquireretur per eam directam, imò vtilem, vt infrà de magi. con. l. 1. §. planè. Præterea, quod prædictæ leg. non loquantur de actione ex stipulatione ficta, probatur sic: quia lex illa his verbis sup.

bis sup. eodem dicit, quòd consultum est libertatis & legatis sed † libertates directæ non valent, nisi ex testamento adeatur hæreditas, vt infr. de fideicommiss. hæredi. l. † nec directæ præstantur ab hærede, imò immediatè ab ipso defuncto procedunt, vt inf. de inoffi. testa. l. Papi. §. vlti. Sed si diceremus, quòd per actionem vtilem ex stipulatu consequerentur serui libertatem, tunc non consequerentur a defuncto, sed ab hærede. Quid ergo dicemus? Dicunt quidam moderni: aut est interposita stipulatio, aut non. Primo casu, quando est interposita, tunc agetur vtili actione ex testamento: quæ aliàs esset directa, si non esset testamentum ruptum. & per hoc inducunt leg. expressam infr. de vulg. & pu. l. causa cognita. Sed contra istos instatur: quia si competit vtilis actio ex testamento, ad quid interponitur stipulatio? Dicunt quidam, quia expedit plures actiones habere, vt C. communia de leg. l. 1. Præterea interest: quia interposita stipulatione, veniunt fideiussores, vt suprà eo. l. nec ei permittitur, in fi. qui possunt conueniri, principali non existendo soluendo. Ista opin. non videtur per omnia vera: quia adhuc restat obiectio de libertatibus directis. Sed potest responderi, quòd quantum ad seruos, stipulatio nihil operatur. quia ipsi non possunt agere, vt inf. de iudi. l. lis nulla, & ideò remanet eis tantùm vtilis actio ex testamento, licet Rof. daret eis iudicis officium. tu verò distingue secundùm Pe. cùm quæritur, mortuo impubere in arrogatione, qualiter subueniatur illis, quibus testator prouidit in testamento pupillari: refert: aut quæritur, qualiter subueniatur libertatibus relictis, tunc dic, quod ipso iure debetur, ac si nunquam esset testamentum ruptum, vt dicta l. causa cognita: aut quæritur, qualiter conueniatur alijs, vt substitutis & legatarijs. & tunc, aut solennis stipulatio interuenit, & agetur ex ea vtili actione, quando per seruum publicum est interposita, vt sup. ea. l. nō enim: aut non interuenit stipulatio, & tunc agetur vtili actione, non ex stipulatu, sed vtili ex testamento: qua prædicti egissent, si pupillus non fuisset arrogatus. & hoc probatur ex simili. infr. de fideicom. li. l. ergò quandiu. §. penult. & fi. Datur ergò vtilis actio ex testamento, quando stipulatio non interuenit, aliàs non: quia cùm est aliud remedium interpositum, non est necessarium remedium legis, ar. infr. vt in possessio. lega. l. 1. §. si debitor, & sic intelligitur sup. eod. l. his verbis. & aduerte, quando lex illa introduxit stipulationem, volens omnibus consuli, etiam libertatibus: quia hoc vult, coniecturamur quòd voluit, legem illam dare vtilem actionem ex testamento, quasi directam: quasi testamentum non ruptū esset, & sic voluit glo hic inducere leg. istam, & per hoc posset sustinere gl. quæ est in dicto §. cùm autem, insti. eod. vbi dicitur, quòd sine hac cautione vera vel ficta, non admitterentur prædictæ personæ ex testamento. Voluit gl. dicere, quòd si non esset lex, quæ introduxit stipulationem, volens cuilibet consulere, non diceretur testamentum ruptum, & cùm dicit in glo. sine cautione, exponendum est, id est, sine leg. quæ cautionem induxit. Sed in eo quod ibi dicit, de ficta cautione, sine dubio non benè loquitur, vt sup. vidistis. Tertiò quæritur, pone quòd pater naturalis fecit testamentum, & filium suum impuberem instituit, & ei Titium substituit. deinde patre naturali mortuo, filius dedit se in arrogationem. modò ille arrogator fecit testamentum & illi filio impuberi substituit Stichum in quarta: quæritur nunquid vtrumq; testamentum valeat, vel neutrum, vel quod eorum, vel quod non? Videtur quòd vtrumq; valeat, vt hic, insti. de vul. & pu.

11 Videtur cōtrarium, quia † nemo decedit cum duobus testamentis, ideo, &c. Iuxta hoc quærit glo. Quartò & simul sol. pone. pater naturalis non fecit testamentum, & ita si impubes decederet, admitterentur alij ab intestato. Modò pone q; iste impubes dedit se in arrogationem, & arrogator substituit sibi in quarta, nunquid substitut⁹ in quarta solus succedit in bonis impuberis, vel venientes ab intestato, vel qualiter: vtrum ambo, vel neuter? Videtur quòd vterq; ar. huius leg. sup. eo. l. his verbis. Contrà, nemo decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus: ideò, &c. vt infr. de re. iuris. l. ius nostrum. Gl. confundit has duas quæstiones, & simul respondet duobus modis, vt hîc habetis, sed istam responsionem videtur substinere, scilicet quòd substitutus à patre arrogatore, hæres erit in solidum, sed tenebitur restituere omnia bona patris naturalis, substituto dato ab ipso patre naturali. & hoc in prima quæstione: Vel venientibus ab intestato, & hoc in secunda quæstione, & tenebitur restituere prædictis agētibus actio. ex stipulatu, videtur quòd non sunt hæredes, & potest hoc probari. Substitutio pupillaris est testamentum pupilli, & sic in prima quæstione pupillus habet duo

12 testamenta. & lex dicit, quod † si decedat duobus testamentis, & velit vtrumq; valere, vltimum seruatur ipso iure, sed primum in effectu. Sic in proposita causa, si vltimum non ponatur, tolles primum, valebit vltimum ipso iure. & primum in effectu arg. infr. ad Tre. l. si quis priore. Item lex dicit, quòd si instituatur aliquis hæres interim, qui non potest nisi pro parte institui, propter euitandum inconueniens, vt aliquis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, est hæres in totum. Sed illud in quo non est capax cum effectu, restituit venientibus ab intestato, arg. C. de secun. nup. l. 1. cum gloss. ibi posita. Est ista bona responsio? Certè non, imò non potest sustineri, & videatis quomodo per ordinem. In prima quæstione dicit glo. quòd substitutus in quarta tenebitur substituto à patre naturali vtili actione ex stipulatu, istud est falsum, quia ista obligatio cœpit tenere ipsum patrem naturalem, & ab eo descēdit in hæredes suos, non in vnum tantùm, imò in omnes suos successores, de hæredi. act. l. pro hæreditarijs, cùm similibus. Ergò cum substitutus datus à patre arrogatore non sit hæres, nisi pro parte, quando tenebitur tunc, ipse solus, cùm obligatio sit domina: nisi vellemus subterfugiendo dicere, quod istud sit verum, nisi quando vnus solus habet rem, de qua est contracta obli. tunc enim ille solus tenetur, vt infr. commo. l. 3. §. hæres. sed certè non potest sustineri, quia iste substitutus non est hæres ipsius arrogatoris, imò est hæres ipsi⁹ arrogati in sola quarta, quam habet mediante facto hominis, per leg. istam. Item in secunda quæstione non procedit dictum gl. quia cum ipse arrogator moritur ante filium arrogatum, adhuc nō habet iste filius hæredes: sed successores patris arrogati tenerentur ex ista stipulatione. Ergò quando tūc ambulabit mortuo impubere de hæredibus patris arrogatoris, in hæredes impuberis, non video, vt infr. de vsufr. l. sed & si. §. si operas. Vnde manifestè concluditur, hanc primam responsionem gl. falsam esse. Sed responsio gl. est quòd in prima quæstione teneatur hæres vtili petitione hæredi substituto à patre naturali. Et aduertatis, quia gl. non fuit ausa respondere in ista secunda solutione ad primam quęstionem, quia timuit, si diceret, succedentes ab intestato agere vtili actione, petitione hęreditatis, incideret in illud absurdum, quòd aliquis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. Sed certè non debuit magis timere de isto absurdo, quam de alio, scilicet, quòd quis paganus decedat cum duobus testamentis. Sicut enim respondendo ad primā quęstionem posuit vnum absurdum: sic respondere debebat in secūda, & in aliud absurdum incidere, sicut aliàs fecit legislator. infr. de rei vendi. l. ex diuerso, & C. de rescin. ven. l. ratas. Quid dicemus? In quęstionibus prędictis varię sunt sententię maiorum nostrorum, & etiam modernorum: Nam Iac. de Are. determinat eas, dicendo totum in contrarium ad illud, quod dicit glo. quę dicit, quòd substitutus à patre naturali, habebit totum in prima quęstione: & tenebitur restituere substituto à patre arrogatore quartā, in quęstione 2. venientes ab intestato totum habebunt, & restituent substituto à patre arrogatore quartam, & hoc probat, quòd est reperire duos institutos, vnum in vniuersitate, & alium in re singulari. Hęres in vniuersitate institutus solus succedit, vt C. de hęredi. insti. l. quotiens & inf. de hęredi. insti. l. 1. §. si ex fundo. Item arguit,

substitutus à patre naturali, est in vniuersitate institutus: sed substitutus ab arrogatore, est institutus in re certa. ergò, &c. idē dicit, venientibus ab intestato, hoc modo: impossibile est, q; substitutus in quarta, succedere possit ex testamento, vt infrà de regu. iur. l. ius nostrum. ergò necesse est, quod eius substitutio directa obliquetur, & venientes ab intestato teneantur restituere, tanquam ex fideicommisso, ar. infr. ad Tre. l. Sęquola. de hæredi. insti. l. ex facto, in princi. ista est sententia sa. præfati, quæ in totum contradicit glos. & non est bona, nec potest sustineri per multas rationes, de quibus aliquas referam. Ipse dicit in prima quæstione, quod substitutus à patre naturali habebit totum, & subst tutus à patre arrogatore habebit solum partem, tanquam ex legato seu fideicommiss. arg. l. quotiens. sed hoc non procedit: quia lex dicit, quod pater arrogator potest substituere filio arrogato: siue pater naturalis substituit, siue non. Ergò substitutio sua non debet corrumpi, nec de directo deduci in obliquum: quia sic esset iura imponere verbis, & non rebus, quod esse non debet, vt C. communia de leg. l. 2. in fin. Item dicit in secunda quæstione, quod venientes ab intestato habebunt totum, sed male sentit: quia secundum hoc. l. sup. eo. his verbis esset facta ad prouisionem substituti ab arrogatore magis, quam ad prouisionem substituti à patre naturali. vel venientium ab intestato, quod non est verum, imò totum est contrarium ergò, &c. Eligenda est ergò media via, secundum Pet. & dicendum, quod substitutus à patre naturali erit solus hæres in bonis, quæ ab eo peruenūt, & substitutus à patre arrogatore erit solus hæres in quarta. Et idem in secunda quæstione, succedentes ab intesta.o venient ad bona patris naturalis, & substitutus in quarta venietex parte patris arrogatoris in quartam, licet glos. in hoc deficiat. Non ob. quod obijcitur in prima quęstione, quod videtur decedere impubes paganus cum duobus testamentis, & in secunda quæstione pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra communes regulas, vt infra de reg. iur. l. ius nostrum. & nfra de inof. te. l. quærebatur, quia dico quod istæ duæ regulæ non ob. quia debent exaudiri, quod nullus paganus, qui reputatur vnus solus, potest sic decedere. Sed aliqui, qui reputantur duo, eadē ratione q ua duo reputantur, possunt decedere cum duobus testamentis: & pro parte ex testato, & pro parte ab intestato. Nunc ita est, quod filius qui in arrogationem se dat, duo filij reputantur. Nam duos patres habet, scilicet naturalem, & arrogatorem. & ista sunt correlatiua, pater & filius. & ideò cum pater correlatiuè se habeat ad filium, duo filij reputantur. quia multiplicato vno correlatiuorum, multiplicatur & alterum: ideò, &c. arg. infrà de iureiur. l. si duo §. si quis iurauerit, & C. de impub. & aliꝫ substit. l. fin. & arg. prædictæ l. ex diuerso. §. 1. infrà de rei vendi. videtur ergò dicendum, quod hoc facit diuersitas patrum, vnde non est miraculum, id est, res sine ratione, sicut dicit glos. Quidam voluerunt dicere, quod hoc facit diuersitas patrimoniorum, sicut in milite, vt l. quærebatur. Sed hoc est falsum, vt patet infrà de castren. pecul. hæreditatem, §. filiorum. Sed verum est, quod hoc contigit tantùm, quia iste filius reputatur habere

17 plures personas: & propterea non facit ad quæstionem mercatoris, qui habebat bona Bononiæ & Florentiæ & testatus est secundum consuetudinem ciuitatis Bononiæ, quæ est diuersa à ciuitate Florentiæ consuetudine. Nam volunt quidam dicere, quod poterat, propter diuersitatem patrimonij, decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: quod non est verum in pagano, propter diuersa patrimonia, sed propter diuersas personas, sic, vt prædixi. De hac quæstione disputaui satis C. de summa Trinita. l. 1. Quartò quæri-

13 tur, quia † hic dicitur, quod arrogator tenetur quartam relinquere, nunquid hoc sit de omnibus bonis, vel sit quarta bonorum, quæ habiturus erat ab intestato? Videtur quod sit quarta bonorum percipiendorum ab intestato, quod debet plus tenere pater arrogator, quàm pater naturalis, sed pater naturalis tenetur relinquere partem portionis ab intestato percipiendæ: ergò, &c. argu. infrà de inofficio. testamen. l. Papinia. §. fin. C. de inoffi. testa. quarta parentibus. Econtrà videtur, quod sit quarta omnium bonorum. Nam lex ista loquitur indistinctè: ergò, &c. arg. infrà de publi. l. de pretio. & C. de cadu. tol. §. sinautem deficientis. & hoc tenent quidam, nec est inconueniens, vt huic magis

14 teneatur pater arrogator quàm naturalis: quia † filius arrogatus transfert se & sua in patrem arrogatorem, vt infrà eo. l. arrogato. argu. infrà de re. iur. l. secundum naturam. Ad istam leg. quæ dicit indistinctè, quod habet quartam de bonis, respondendum est, quòd per alias leg. distinguuntur, vt infr. de testi. l. quæsitum. Vel dicendum, quòd lex ista retulit se ad frequentiam. Frequenter enim quis non adoptat aliquem, nisi in defectum filiorum naturalium. ar. sup. ea. l. 2. §. pe. & ita tamen frequenter quis adoptat, non habet nisi vnum filium adoptiuum. & tunc est quarta omnium bonorum suorum, arg. sup. de leg. nam ad ea. Modò sumus expediti de glos. Sed quæritur, hæc lex tractat de quarta ex constitutione diui Pij, debita filio arrogato: ideo moderni prosequuntur hic tractatum eius, grat. a solennis repetitionis, quod nos hic faciamus. Quintò ergò quæritur iuxta præmissa, cùm quarta ista debeatur ex principali prouidentia, id est, constitutione diui Pij: nunquid ista prouidētia istius cōstitutionis sit vtilis, vel necessa-

15 ria? & videtur primò q; non, imò superflua: quia † filius arrogatus reputatur filius, vt sup. eo. l. 1. & l. indistinctè.

16 Dicit quòd † pater tenetur filio quartam relinquere, si vult inexpugnabiliter testari. Ergò, &c. vt C. de inoffi. testa. l. cùm quæritur, & l. parentibus. Econtrà videtur quòd non sit superflua: quia in iure nostro nihil est superfluum: Ergò, &c. vt C. de no. C. com. constitutione vna. Quid dicemus in hac quæstione? Dicit Iaco. de Ra. considerandum esse, quòd constitutio diui Pij habet duas partes: vna est, quod arrogator in suo testamento relinquat impuberi quartam. Alia est, quòd si emancipet eum sine causa, debet sibi relinquere quartam. nunc ita est, quòd quantum ad primam partem, est vtilis vel necessaria: quia eodem modo filius iam arrogatus, cui non prouidetur, per constitutionem illam debet habere quartam ex testamento arrogatoris, secundum eum, sed quantum ad secundam partem, est vtilis: quia cùm emancipatur, posteà reperitur penitus extraneus. & ita tempore mortis nō tenetur pater quondam sibi aliquid relinquere, & ideò vtiliter & necessario prouisum est. quòd si fiat emancipatio sine causa, impubes petat quartam per constitutionem prædictam, vt inf. quæ in frau. pa. l. vlti. imò prout mihi videtur, in vtroq; casu est vtilis. Nam per constitutionem diui Pij adeò fit debita, quod etiam non de debita transmittitur in hæredem, vt hac l. secundum quosdam. sed aliàs sine hac constitutione, non transmitteretur fortè, vt no. C. de inofficio. testa. l. scimus, in prin. & aduertatis ad hoc: quia videtur Ia. prefatus dicere, quod pubes arrogatus non habeat remedia diui Pij. qui loquitur de impubere tantùm, & sic soluta est quæstio, disputata Bononiæ istis temporibus, & pessimè terminata, qua quæsitum fuit,

17 † an filio arrogato facto puberi, quarta debeatur. Nam aut fuit emancipatus, aut exhæredatus sine causa infr. pubertatem, & tunc prouidetur sibi per constitutionem, vt dicta l. vltima. & infr. de inofficio. testa. l. Papi. §. si quis. Si autem fuerit emancipatus aut exhæredatus cum causa, tunc nihil habebat, licet aliter fuerit dictum in quæstione prædicta & malè: quia sicut emancipatus cum causa excluditur. suus cum causa sic, est exhæredatus, vt dicta l. vltima, cum per mortem sit soluta adoptatio, sicut emancipatio, & quia eadem est ratio: ergò, &c. & hoc tenet Rof. in libellis, circa fin. titu. vbi dicit, quòd constitutio habet locum, quando emancipatur fine causa: & quando exhæredatur sine causa. Ergò cum causa non habet locum. Aut post pubertatem, & tunc si causa interueniente fuit emancipatus, vel exhæredatus, nihil habebit, sicut alius filius naturalis. Si

autem fuit exhæredatus sine causa, dico quòd habet querelam, vt dicta l. cum quæritur, cum §. Si verò fuit emancipatus cum causa, tunc imputet sibi, cur emancipationi consensit, vt infr. de reg. iur. i. 9 quis, & de hoc dixi C. eod. l. 2. Sextò quæritur iuxta hoc. Nos videmus modò, vbi est necessaria constitutio: sed pone
18 quòd † arrogator decesserit, nec reliquit quartã filio, vt debuit, qua actione poterit agere filiꝰ impubes ad quartam. Dicunt quidam, quòd aget peti. hæredit. Nam iste dicitur filius, & si hic filius, ergo hæres. arg. infr. de pe. hæredi. l. 2. & 3. sed dicendum est, quòd constitutio diui Pij non facit eum hæredem, imò obligat arrogatorem ad relinquendum, & si non relinquat, incipit actio contra hæredem, vt C. vt actio ab hære. & contra hæredem. l. vna. & ista actio est condictio ex l. di. Pij, vt inf. de condi. ex l. 1. l. 1. & de coll. bo. l. 1. §. si impubes, secund. Iac. prefatum. & aduerte, quia secundum eum, pater arrogator est obligatus ad relinquendum, & sic ad factum. Vn
19 de si vltimo tempore suę vitę non reliquit, est in mora: quia de cętero non potest implere, & ideo noua obligatio ad interesse contrahitur, & hoc tenet Pet. vt inf. de re iud. l. si quis ab alio. §. vlt. & inf. de verbo. oblig. l. si pœnam. ad quod agetur condicti. ex l. secundum eum.
19 Septimò quæritur, † nunquid debeat iste filius agere ad quartam istam, vel ad interesse ante mortem arrogatoris, vel demum post mortem? Videtur quod ante mortem, quia quorum vnum prohibetur, & omne illud, per quod venitur ad illud, vt infr. de spon. l. oratio. Sed iura prohibent, ne quis fame pereat, arg. inf. de pa.
20 qui fi. di. l. 2. Modò si filius expectaret mortem patris, fame periret, ergò, &c. Octauò quæritur, † si filius, cui quarta debetur post mortem patris arrogatoris, decedit ante mortem eius, vtrum transmittat ius petendi ad suos hæredes? Dicit Roff. in formatione libellorum, quòd sic, secundum se. Præterea mutando dixit quod non, & istud est verum, quod hæc quarta debetur sub conditione mortis, de qua, licet omninò sit exitura, dubium est in debitum iri. ergò si filius ante decedat, non transmittit, vt C. de caduc. tollen. l. vnica. §. si autem. & infr. de condi. & demon. l. hæres meus. Nonò quæritur,
21 † si ista quarta sit relicta in testamento, qua actione petetur? Gloss. mouet hanc quæstionem, in §. si in publi. & non explicat, sed alle. & dicit, quod non videtur habere locum actio ex testamento: quia videtur legatum debitum creditori. Item, nec condictio ex cõstitutione, quia legando paruit, & sic liberatus est: quoniam solutione eius quod debetur, &c. tandem dicit, quod non curat, quo iure petatur, quod non est bonum: quia refert scire propter libellum. Nam dicit lex, quod licet non sit di-
22 ferentia, vtrum † quis admittatur iure Galli, vel iure Velleia. tamen quo iure quis velit admitti, exprimere debet: ergò, &c. vt in l. Gallus. §. fi filius. Videtur in ista quæstione dici Iac. de Ra. & hoc sequitur Petr. quod petetur actione ex testamento, non de rigore iuris: quia non est propriè legatum, sed de æquitate, à simili. sicut aliàs de æquitate petitur mutuum, vt infrà si cert. peta. l. si ego. Non obst. quod obijcitur: quia videtur legatum id, quod debetur: quia non est verum, cùm non fuerit obligatus ad relinquẽdum quartam, & sic ad factum, vt suprà dixi in 6. quæstione. Item, non obst. quod dicitur: quia legando promisit: nam legare est relinquere & donare, quia legatum est liberalitas, & potest esse contractus nomen, & nomen facti quod impletur, & primum de æquitate sumere debemus hîc impropriè nomen legati, sicut quãdo donat tibi decem, vt ea mutuares: hîc es obligatus ad factum, si mutuas, non est propriè mutuum: quia mutuare est propriè liberalitas, & ita de rigore. Sed in quæstione præsenti de æquitate legatum.
23 Decimò quæritur, † nunquid ista quarta hodie sit augmentata, sicut augmentatur quarta debita filio naturali, vt C. de inoff. testa. Authent. nouissima? Quidam dicunt quod non, quia non reperitur hoc immutatum, ergò, &c. vt C. de testi. l. scimus, & C. de appel. l. præcipimus. Præterea, quarta est ampliata in illis personis, quę admittuntur ad querelam: sed iste arrogatus non habet querelam, vt inf. de inoff. testam. l. Papin. §. si quis, ergò, &c. vt in Authen. de consangui. & affi. §. 1. & ibi tenet hoc glo. alij vt Pet. tenent contrarium, scilicet, quod sit augmentata, sicut in alijs filijs, & probatur sic in Authent. cum per eandem rationem procedunt, quod sta-
24 tuitur in † vno, & in alio, vt C. de di. re. l. 1. & infrà de iure pa. l. exigere. §. quamuis. modò ita est, quod filius arrogatus, & filius naturalis, quando ad debitum bonorum subsidium veniunt, pari passu ambulant. ergò, &c. Præterea ius illud nouissimum, quod de augmentatione loquitur, indistinctè dicit de filijs, & isti sunt filij. ergò, &c. non obst. quod ius nouissimum videtur loqui de illis, qui habent querelam: quia subaudiendum est, vel aliquod auxilium loco querelæ. argum. infrà si quis caus. l. si eum. §. qui iniuriarum. De hac quæstione glos. variant, tene quod magis placet. Ego credo quod sit augmentatum per rationes prædictas. Vndecimò
25 † quæritur, si iste filius sit rogatus restituere, vel grauatus legatis, nunquid posset detrahere istam quartam, & nihilominus quartam Trebell. vel iure institutoris? & videtur quod sic: quia istam quartam habet vt æs alienum, & ideò nõ videtur habere ab ipso, vt hic, & in prealleg. §. si quis, & istud etiam facit ad illud, quod solet quæri, vtrum filius naturalis & legitimus possit habere duas quartas? Videtur quod sic, cùm habeat debitam iure naturæ ex leg. prouidentia, & tanquam æs alienũ, de qua quæstione dicas, vt plenè scripsi C. ad l. Falcid. l. quoniam. Sed in quæstione præsenti quid dicemus? Dicit Rof. qui mouet istam quæstionem, quòd filius iste non debet habere quartam ex constit. di. Pij. in nostro casu, cùm ex constitutione prædicta sit debita tantum in duobus casibus, scilicet, quando emancipatur sine causa, & quando exhæredatur sine causa. Ego addo tertium casum, scilicet, quando preteritur sine causa: nam tunc habet tria auxilia, quia potest dicere testamentum nullum. Item potest dicere aliquid, & agere per contra tab. vt l. maximũ vitium. Item, potest petere quartam, ex const. di. Pij. per modum interesse, secundum Iacob. de Ra. & in hoc differt ab exhæredato, qui non habet nisi vnum auxilium, scilicet, quartam ex constitutione, vt l. Papi. §. si quis. & probatur sic: quia pater arrogator tenetur sibi relíquere quartam tempore mortis, vt in §. si impuberis. Si ergò non relinquit, est in mora, & obligatur ad quartam, seu ad interesse, vt dixi suprà in 6. quæstione. Sed contra Rof. videtur, quod iste arrogator non potest fideicommittere in quarta, vt hîc, sed in alijs bonis, quæ ab eo, vel eius prætextu ad filium arrogatum perueniunt sic, vt infrà de vulgar. & pup. sub. l. sed si plures. §. in arrogato. Econtrà videtur, quod tanquam æs alienum detrahat quartam istam, in qua nullum fideicommissum potest apponi, & nihilominus habeat aliam quartam de his bonis, in quibus potuit grauari. Videtur tamen mihi, quod idem in isto filio, sicut in filio naturali & legitimo, vt dicta l. quoniam dixi, ne plus habeat legitimus tantum filius, quam naturalis & legitimus: quia exhæredatus habet querelam, per quam totum testamentum rumpit & annihilat: sed iste filius exhæredatus, non habet nisi auxilium constit. di. Pij. vt dictum est sup. &c. Modò expediti sumus de materia huius leg. & vidimus vim eius, quam tenere debemus, id est, verum intellectum. tamen quia tenere debemus etiam potestatem eius, id est, scire tenere applicationem eius ad factum, quæ est leg. potestas, ideò vt possimus eam sciamus secũdum leg. illam, scire leg. non hoc est, &c. applicemus eam ad aliquas quæstiones de facto, sicut polliciti sumus. Vltimo ergò loco induco
29 leg. istam ad † quæstiones de facto, & ecce primam. Dico, commiserunt in arbitrum sub pœna, & arbiter condemnauit reum ad petita per actorem, & dedit sibi terminum legalem ad soluendum intra quatuor menses, qui poterat sibi alium terminum dare: reus non soluit intra prædictum terminũ, ita quod incidit in pœnam: modò vult soluere, & morã purgare, nunquid potest? & punctum istius quæstionis est, vtrum terminus iste intelligatur legalis, vel hominis: quia primo casu potest purgari, secundo non. Nam mitius agitur cum leg. quam homine ministro legis, vt inf. de arb. l. si cum dies. §. fin. & videtur per istam leg. quòd dicatur præfixus à l. Nam hîc dicitur, quotiens aliquis exprimit. quòd tacitè intelligitur per l. expressio nihil operatur. ergò cum tempus sit tacitum intellectum à l. &c. arg. huius leg. & facit ad hoc, quòd videatur terminus legalis. inf. de le. 2. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. Econtrà videtur quòd non sit terminus legalis, cum datus sit ab homine, licet sit per leg. tacitè intellectus. Probo, ecce
27 primò, si aliquis † relinquit legatum, tacitè intelligitur si legatarius volet, & tamen si exprimitur à testatore, operatur aliquid: quia facit legatum conditionale, vt inf. de condi. & demon. l. si ita expressum. ergò, &c. Se-
28 cundò probatur, si aliquis mihi † simpliciter legat, intelligitur à tempore mortis, vt inf. de ver. obli. l. liber homo. §. 10. & tamen si testator in legando exprimat, q̃ legatum datur die mortis suæ, operatur expressio. quia legatum esset relictum in diem, ergò expressio inuitat & operatur aliquid, vt inf. de le. 1. l. talis scriptura. Ter-
29 tiò probatur per aliam leg. hæres potest retinere † Falcidiam: etiam si testator nihil dicat, vt inf. ad l. Falcidiam. l. quod de bonis. ad fi. & tamen si testator exprimat, expressio illa operatur alium effectum, vt infrà ad l. Falcidi. l. Titia. ergò, &c. Quartò probatur, & illud val-
30 dè vrget, † si mihi rem concedis precario, intelligitur quamdiu volueris, vt infr. de precarijs. leg. 1. Modò pone quòd concedo precario simpliciter, deinde decedo, nunquid durat precarium? Lex dicit quod sic, donec hæres reuocauerit, vt de precarijs. l. cum precario. ad fi. Sed pone quod ex primis in concessione sic. Concedo tibi precario, quandiu volam, deinde decedis: nunquid
35 reuocabitur per mortem? Lex dicit quòd sic, ergò expressio operatur, vt infr. lo. & condu. l. quarta. Quintò
31 probatur, vrgendo † fortiter sic, ad hoc vt exhæredatio valeat, tacitè intelligitur, si hæres institutus admittitur, vt infrà de bono. pos. contra ta. l. filium. §. sed cum exhæredatio. Sed pone quòd testator exhęredat filium, si hæres adeat, nunquid ista expressio aliquid operatur, antequam impetreta sit conditio, si non tenet institutio, nec exhæredatio, vt infr. de bo. pos. contra ta. l. 3. §. fi sub eo. ergo, &c. quid ergo dicemus in quæstione præmissa? Dico quod variæ sunt sententiæ. Prima est
36 sententia Ia. de Ra. quod terminus præfatus intelligatur legalis, per leg. istam, & sic posit mora purgari. Ad contraria non respondet, sed benè potest responderi, & aduertatis: quia ista sunt de apicibus iuris. Ad primum argumentum respondeo & dico, quod in legato sunt duæ acquisitiones, vna reuocabilis, quæ ignoranti applicetur, vt de leg. 2. l. cum pater. §. furdo, alia irreuocabilis, quæ procedit per agnitionem, & secundum primam non est tacitè per leg. intellectum, si volet, ergò nimirum si expressio aliquid operatur, & ita no. de condi. & de l. si aliquando. Ad secundum respondeo & dico, q̃ in leg. talis scriptura, ideò expressio aliud operatur, quia tacitum per leg. intellectum nõ erat necessarium; ita quod non potuisset per exprimentem immutari: potuit enim per testatorem, vt ibi. ac in l. nostra. Istud tacitum est de necessitate, ita quod non potuit per ar-
32 rogatorem immutari, & sic est in quæstione nostra. † quia iudex seu arbiter habet necesse sequi terminum legalem, vbi ex causa dixit immutandum, ergò, &c. vt infr. de re iudi. §. si quis. & l. 4. l. debitoribus. Ad tertium argumentum de l. Titia. respondeo, expressio iuris & tacitè per leg. intelligitur, nihil operatur, vt hîc. Verum est, in præiudicium illius, pro quo tacitè intelligitur, sed in eius fauorem sic. & ita intelligitur dicta l. Titia. vt dixi sup. circa oppositiones, & sic in quæstione nostra non operatur aliquid expressio: quia esset in præiudicium, pro quo tacitè intelligitur. Ad quartum argumentum respondeo, sicut respõtum est ad primum, & dico, quod qnando concedens precario exprimit, cum voluerit, non exprimit illud: quia à l. intelligitur, & ideò non est mirum, si expressio aliquid operatur.
33 Nam dico † quòd precarium durat, quandiu non apparet dominum velle concedere, & inter velle & nolle est medium, vt in regula iuris, qui tacet. modò ita est, quòd ille qui moritur, non propterea declarat se nolle, & ideò precarium durat. sed quando exprimit, quandiu nollet, finitur precarium, quia deficit velle. ergò cum expresse non exprimat, tacitè intellectum, ad nos aliquid operatur, vt dixi. Ad quintum argu. respondeo
34 & dico, quod illud, quod † tacitè intelligitur, si exprimatur, non habet effectum, si eodem modo exprimatur, quo tacitè est intellectum. Sed quod adeatur hæreditas ad effectum exhæredationis, tacitè intelligitur conditio, sed non per modum conditionis. Sic intellige §. sed si cùm exhæredatio: & ideò si exprimatur, non exprimitur ex animo quo est intellectum: quia æquè principaliter producitur in esse exhæredatio & institutio. Sed conditio prædicta relata est ad exhæredationem, quam conditionem oportet impletam esse, antequam institutio habeat effectum, vt infrà de condi. & de l. hęredi. §. vltimo. & hæc conditio, non potest esse, antequam filius exhæredatus sit, vnde sic per conditionem
37 vitiatur. Sic intellige dictam l. in §. si sub ea. & ita respondet Pe. subtiliter. Sed Dy. de Muge. præceptor meus breuiter constituit regulam & excep. Regula est, dicit ipse, quòd expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur. cætera verò sunt specialia, & ita soluit Brocard. Ad hoc inducit tex. qui sic. Solut. infrà de condit. & demon. l. fi in diem. §. seruo. Sed certè licet ita possit expediri: tamen adhuc remanet, quærere & assignare rationem specialitatis in quolibet casu: quia potest ex præmissis colligi, qualiter respondeatur. Pe. præfatus non stat in prædicta sententia. Iac. in prædicta quæ-
35 stione determinat, quod † expressio termini facta per arbitrum, operetur, ne mora possit purgari: & ad hoc mouetur ratione illius leg. quæ dicit, cùm dies apponitur ab homine, leg. ministerio, non potest mora purgari, & sic præcisè committitur pœna. Ratio est, quia mitius agitur cum leg. quàm cum eius ministro. Ratio rationis est, quia offendendo ministrum leg. offenditur lex mortua, & lex viua. & crescente malitia, crescere debet & pœna, vt infrà de pœn. l. relegati, & firmius est, quod plerumq; authore nititur, vt C. de le. l. humanum. Ista ratione inspecta, non potest purgari mora in
36 casu nostræ quæstionis, quia † cum arbiter apponit diem, licet legalem, & sic concurrit cum l. si non seruatur, offenditur ipse arbiter per approbationem, ideò, &c. Istam sententiam Pe. credo veram, per rat onem prædictam. Et si tu dicas, quod vbi arbiter exprimit illud quod in l. intelligitur, non reputatur expressum per hanc leg. Respondeo & dico, quod tacitè intellectum, si exprimatur, non reputatur expressum, verum est, si istud vi expressionis posit onus imponere rei debitæ, & sic est in l. ista, vbi expressio non habet effectum, vt onus imponatur, & idem in l. vnum ex familia. §. fi de Falcidia. Sed in quæstione nostra solùm vult authorizare, & ita reputatur expressum tanquam à ministro, id est. eius voluntatem exequente, secundum Pet. Item inducitur hæc lex ad illam quæstionem, quæ de facto posset contingere. l. cauetur, quòd iusta seu legitima
37 † hæreditas dicitur, quæ ab intestato potest obuenire, vt infr. pro so. l. 3. §. de illo. Modò pone quod inter duos socios conuentum est, quod si alter eorum iusta, seu legitima hæreditas obuenerit, quod sit communis. Demum accidit, quòd quidam instituit vnum ex socijs prædictis hęredem in testamento, qui tamen succcssurus erat idem ab intestato, nunquid tenetur communicare talem hæreditatem? Videtur quod non, quia iusta, seu legitima hæreditas dicitur illa, quæ obuenit nobis ab intestato tantùm, vt dicto §. de illo. In contrarium videtur, quod sic, argu. huius leg. cum si. quidam in hac quæstione distinguunt: aut quæritur de legitimo bonorum subsidio, quod necesse est relinqui, & illud non communicatur: aut quæritur de residua portione, quam non habuit necesse relinquere testator: & tunc illa communicatur. Ia. de Ra. determinat, & melius secundum Pe. quod imò tota hæreditas sit communicanda:

municanda : quia qui decedit intestatus, videtur insticuisse eum, qui succedit. Nam testator non testando cùm potuit, videtur relinquere ab intestato, & sic ex tacita voluntate defuncti videtur obuenire, vt infrà de iure cod. l. conficiuntur. §. fin. & de le. 3. l. 1. §. sciendum. Et ideò si exprimatur talis voluntas, non propriè imitatur nomen hæreditatis, quia sic esset facere differentiam inter tacitum & expressum, quod esse non debet, argu. infrà si cert. pet. l. cùm quid ; & suprà de le. l. de quibus.

RVBRICA XIIII.

De officio Prætoris.

COntinua, & dicas circa Rubricam, vtrum sit illustris, vel spectabilis: & vtrum dignitas liberet à patria potestate, necne?

SVMMARIA.

1 *Dignitates publicè petere licitum est.*
2 *Retractari propter superuenientem casum non debet, quod benè gestum est.*
3 *Error communis facit ius, & excusat ignorantes, non autem scientes. & num. 16.*
4 *Primogenitus Angliæ, qui secundum consuetudinem totum patrimonium retinet, si scit illam consuetudinem esse eroneam, peccat retinendo.*
5 *Æquitas præfertur rigori.*
6 *Dominium rei suæ potest Imperator siue Princeps causa subsistente alicui tollere.*
7 *Ius ciuile naturalia iura tollere non potest.*
8 *Prætor decerni non potest, qui non habet in vrbe domicilium.*
9 *Per ambitum dignitatem habere an liceat?*
10 *Beneficium symoniacè per alium quæsitum, an quis retinere possit?*
11 *Ambitus in curia Romana viget.*
12 *Dignitatem petere, & pro ea pecuniam dare, an liceat?*
13 *Iudex cognoscit an sua sit iurisdictio.*
14 *Seruus non potest esse Prætor.*
15 *Error vniuersitatis potius debet spectari, quàm error singulorum.*
17 *Authore damnato an acta sua reprobentur?*
18 *Delegatus si post reuocationem mandati processerit, an valeat processus?*
19 *Reuocatio debet peruenire ad notitiam reuocati.*

BARBARIVS Philippus. Lex ista legitur variis modis. Vno modo secundum glo. vt contineat seu ponat ꝓrimò thema. Secundò ex themate elicit tres quæstiones, vt habetis in gl. Alio modo legitur secundum modernos, qui reprobant lecturam, & intellectum glo. vt hęc lex contineat 5. dicta. Primò ponit thema. Secundò ponit conferentia ad quæstionem mouendam. Tertiò ponit quæstionem. Quartò ponit responsionem. Quintò & vltimò ponit duas rationes, ad confirmationem suæ quæstionis. Aduertatis, quia moderni dicunt, quod non ponit nisi vnam quæstionem, scilicet, vtrum dicta & decreta per ipsum Barbarium teneant, & ideò diuidunt sic leg. istam, vt præmisi. Hæc clarius patebunt inferius. Partes satis patent in litera, qua lecta & exposita, colligenotabilia. Primò
1 nota † secundum quosdam, quòd licitum est publicè dignitates petere. Concor. 1. de polli. l. 1. §. sed si quidem.
2 Secundò no. † quòd benè gestum est, seu benè factum est, non debet ex superuenienti casu retractari. Concor. inf. de iti. actu. priu. l. 1. in fi. C. de admi. tu. l. sancimus. Quidam volũt reprobare istud no. dicentes, quòd hoc non fuit benè seu legitimè factũ, quòd non fuit ab initio prætor, cùm esset seruus: ergò, &c. tamen dicendum est, quòd legitimè ex parte litigãtium & ignorantium, licet ex parte ipsius Barbarij Philippi non fuit legitimè
3 factũ: quia communis † error facit ius, vt sup. de supplẽ. negl. in fi. C. de testa. l. 1. & excusat ignorantes, non autẽ scientes, vt inf. de acqui. hære. l. cum quidã. §. ꝓ dicitur, & propterea dicunt Doct. ꝙ ille qui scienter vtitur con-
4 suetudine erronea, peccat. Vnde † primogenitus, qui secundum consuetudinem Angliæ totũ patrimonium retinet, si scit consuetudinẽ illam erroneã esse, peccat: & si vult esse sine pacto, debet diuidere fratribus suis,
5 vt præalle. §. ꝙ dicitur. Tertiò no. † ꝙ æquitas præfertur rigori, & est ratio æquitatis in l. ista publi. vtilitas: quia si retractarentur ea quæ fecit Barbarius, multi læderentur. Sic aliàs ob populum multũ crimen pertransit insultum, vt infr. ad l. Cor. de sica. l. qui cedendum. Quartò
6 & vltimò not. ꝙ † populus Romanus, dum erat imperium apud eum, & similiter hodie, potest auferre alicui rei suæ dominiũ. quod intelligendum est, causa subsistente, vt infr. de euicti. l. Lucius. Causa autẽ potuit hic esse, scilicet, defectus aliorũ, vt inf. de mu. & ho. l. vt gradatim, in fi. aliàs sine causa non posset: quia imperator
7 constituit ius ciuile, & † ius ciuile naturalia iura tollere non potest, vt no. sup. de consti. prin. l. 1. & plenè per Inno. extra de consti. cap. quæ in Ecclesiarum. tamen vnum est proprium in Principe, quia semper præsumitur cũ causa facere, vt plenè dixi. C. de pre. impera. offe. §. rescripta. de quo dic vt ibi. Modò restat intellectũ huius leg. declarare opponendo, & quærendo. Primò ad leg. istam oppo. Dicitur hîc, ꝙ Barbarius Philippus fugitiuus seruus Romæ, &c. sed contra hoc quia lex dicit, quòd Prætor non potest aliquis designari, nisi larem proprium, & domicilium fouet in vrbe. & sic op. C. eo. l. 2. So. quidam concedunt op. tamen dicunt, quòd hic designatus fuit Prætor scienter. Istud non approbat Pet. vnde dicas, secundum eum, ꝙ hæc lex concor. cum
8 illa, quia non potest decerni † Prætor, qui non habet in vrbe domicilium. Verum est, originale, vel cõstitutum per acquisitionem: & sic habebat iste Barbarius, qui diu Romæ constitutus, domicilium ibi acquisiuit. Secundò
9 op. hãc dicitur, ꝙ † cum iste Barbarius Romæ esset, pecuniam petijt: & sic videtur supponere, ꝙ per ambitum licet dignitatẽ habere. Sed contra hoc videtur. ad. Iuli. ambitus. l. habilita. & C. de Epis. & cle. l. si quenquam. Solu. pluribus & variis modis, secũdum diuersos. Nam dicunt quidam. Nullus per ambitionem debet eligi ad dignitatem. Verum est, tamẽ electus retinet, quia multa impediunt facienda, quæ iam facta non tollunt. l. 1. §. biduum. quando appellan. Sed hæc sol. est contra leg. prælle. si quenqnã. Alij dicunt, ꝙ nullus per ambitum debet eligi? Verum est, clandestinè, sed palam sic. Nam multa licent palam, quæ non licent clam, vt inf. de admi. tuto. l. non existimo. & no. C. de contrahen. emp. l. cum ipsa. Ista solut. simili modo est nulla, quia contra prædictam leg. si quenquam. Aliqui dicunt, quòd nullus per ambitum debet eligi ad dignitatem, verum est, ponendo eam per se, sed benè per alium. Ista solutio iup
10 ponit, † ꝙ beneficium per symoniã acquisitum per alium, potest quis retinere. quod est falsum. Ad quod inducitur, infr. de arbi. l. 3. Quarti dicunt, quòd non licet peterre dignitatem. verum est, per verba expressa. sed tacitè per bonos mores, & per digna merita sic, vt infr. ad l. Iul. repe. l. vltima. Certè qui ostendit se benè morigeratum, non propriè petit: sed hic loquetur de illo, qui propriè petiuit, & sic ista solu. nulla est. Alij dicunt, & tenet hoc glo. quod non licet petere dignitatem alibi, sed Romæ: quia alibi non habet locum l. Iul. ambitus, vt in dicta l. vnica patet. & de hoc gaudent symoniaci curiales. dicentes, quod in curia Romana non committitur symonia: quia non vendicat ibidem locum sibi ambitio. Sed certè sicut videtur, lupanarij & tonsores,
11 & totus mundus Romæ, & in Romana curia † viget omnis ambitus, & omnis symonia. Veruntamen, quia Romæ traduntur magistratus per principem, l. 1. infr. ad l. Iuliam ambitus, illius lator præsumpsit sic, quòd princeps, nec gratia nec ꝓ pretio impartiretur honores. Nam, vt ait Cassiodorus, primo narra. animus domini potestate munitus, nescit Princeps vtilitatem Reipublicæ, non imperialem æstimat, vt C. de caducis tollen.

tollen. l. vnica, circa finem, cuius proprium suum exitimat. Et sic non locus vrbis, sed princeps loci hanc præsumptionẽ dedit legislatori, iuxta illud, sanis non opus est medico. Sunt tamen, qui dicunt, quod si princeps daret propter pecuniam dignitates, quòd donationes valent, & impunè accipiuntur, & retinentur, cum princeps hoc faciendo videatur dispensare, & leg. soluere, in eius residet potestate, vt suprà de le. l. princeps. Item nec propter errorem, quia error fuit hic in conditione personæ: & talis non impedit actum agendum, vt infr. de fur. l. si quis vxor. §. seruus. Quartò & vltimò probatur: quia error communis hic putauit, & l. cauetur, quòd error communis facit ius. ergò, &c. Et ex aduerso videtur, quòd non fuerit Prætor. Et primò probatur per hanc leg. quæ dicit, acta per Barbarium de humanitate, seu æquitate seruari, vel tenere propter communem vtilitatem, contra rigorem iuris. Sed si ipse fuisset Prætor, nulla humanitate, vel æquitate opus esset: quia tenerent de rigore Iuris. Sed huic ar. qui tenent contrarium, respondere possunt, quod licet fuerit Prætor: tamen quia detracta seruitute sua, videbantur acta sua non valere, cum de Prætoria authoritate, &c. vt C. de hære. l. damnato. valent de humanitate, propter publicam vtilitatem. & propter hoc videtur hîc humanius, &c. Secundò probatur, quod non fuerit Prætor: quia populus, qui eum elegit, errauit in causa finali, cum aliàs non fecisset eum Prætorem, nisi liberum putaret. Ergo effectus erroneus est, & ita nullus, vt C. de hære. insti. l. si pater, & infrà de condi. & de. l. cum tale §. falsam. Tertiò probatur, quia l. cauetur, ꝙ licet seruus militet, non propterea sit liber. ergo, &c. vt C. qui mili. pos. l. super seruis, lib. 12. Quarto probatur per l. 1. & 2. C. si ser. ad decu. as. lib. 10. Quintò pro-
12 batur, quod hic Barbarius, vsurpando sibi illicitè officium præfecturæ deliquit, & falsum commisit, vt C. ad l. Visel. l. vnica. & infrà de fal. sed eos in fi. Et sic quia debuit puniri, non debet præmium reportare: & fic non est Prætor, vt infr. de. neg. ge. l. fine hæreditaria. Quintò probatur, perceptio salarij fuit illicita, vt infrà de decur. l. & si Herennius. Solu. per ista, quæ dicta sunt, dicendum est, quòd non fuerit Prætor. Restat ad contraria respondere, primò ad l. si quis in ius. l. 2. & ad l. si quis aliena, respondetur, quòd ratione dubitationis
13 quis est iudex, verum est, quo ad hoc. † vt pronunciet, an sua sit iurisdictio: sed si antequàm pronunciaret, agnosceret super negotio principali, non valeret, nec quòd ad negotium principale est iudex. Sed hic Barbarius non pronunciauit se Prætorem, imò super his agnouit & pronunciauit, sub quibus fuit agnitus principaliter, vnde Prætor non fuit. Solut. ad istam literam, quę dicit, ei nihil seruitutem obstetisse, &c. respondetur, quòd ista litera non dicit, eum fuisse Prætorem, sed dicit, eum functũ fuisse officio Prætoris. Nec est verum, quòd ibi respondetur quæstioni, sed ponit differẽtiam ad quęstionem mouendam, dicendo, quòd nihil obfuit seruitus: quasi Prætor non fuerit, & Prætoria functum esse de facto, & hoc negari non potest, quin ita non fuerit. Non autem dicit, decidendo quæstionem. Tertiò ad illud quod op. quod iuris prohibitio non tenet principem. Respondeo, quod verum est, quando scienter facit. Sed hic non fecit scienter talem esse conditionem eius, ergò, &c. & per hoc inf. de re iudi. l. quidã, & C. qui admi. ad bo. pos. l. bonorum. Item ad illud, quod dicitur, quod error in conditione personæ non impetit actum gerendum, verum est, quando ille actus, qui geritur, potest cadere in prima illa vera & opinata conditione, verbi gratia: mutuo tibi pecuniam, inspecta opinata conditione, qua liber reputaris, potest contrahi tecum. Item inspecta vera conditione, qua es seruus, nihilominus tibi mutuari potest: & sic loquitur contrarium. sed nisi inspecta conditione verè, non potest ille actus geri per eum vel in eius persona: tunc error conditionis personæ impedit illum actum. sic est in casu
14 nostro. Nam † seruus non potest esse Prætor, vt infr. de regu. iuris. l. quæ dicit, nihil ei seruitutem obstitisse. ergò quòd fuerit Prætor, videtur casus huius leg. Nam hæc lex mouet tres quæstiones. Prima quæstio est ibi, & tamen videamus, &c. & respondetur ibi, nihil, &c. vnde litera alleganda est, omittẽdo illud, nihil est, &c. vsq; illuc tamen videamus. Et postea reuertendo. & ista est lec. glos. Tertiò probatur sic: si dicatur, non fuisse prętorem, aut est propter iuris prohibitionem, & non potest hoc esse: quia iuris prohibitio non ligat principem, vt l. princeps. Item nec propter errorem, quia error fuit hic in conditione personæ: & talis non impedit actum agendum, vt infr. de fur. l. si quis vxor. §. seruus. Quartò & vltimò probatur: quia error communis hic putauit, & l. cauetur, quòd error communis facit ius. ergò, &c. Et ex aduerso videtur, quòd non fuerit Prætor. Et primò probatur per hanc leg. quæ dicit, acta per Barbarium de humanitate, seu æquitate seruari, vel tenere propter communem vtilitatem, contra rigorem iuris. Sed si ipse fuisset Prætor, nulla humanitate, vel æquitate opus esset: quia tenerent de rigore Iuris. Sed huic ar. qui tenent contrarium, respondere possunt, quod licet fuerit Prætor: tamen quia detracta seruitute sua, videbantur acta sua non valere, cum de Prætoria authoritate, &c. vt C. de hære. l. damnato. valent de humanitate, propter publicam vtilitatem. & propter hoc videtur hîc humanius, &c. Secundò probatur, quod non fuerit Prætor: quia populus, qui eum elegit, errauit in causa finali, cum aliàs non fecisset eum Prætorem, nisi liberum putaret. Ergo effectus erroneus est, & ita nullus, vt C. de hære. insti. l. si pater, & infrà de condi. & de. l. cum tale §. falsam. Tertiò probatur, quia l. cauetur, ꝙ licet seruus militet, non propterea sit liber. ergo, &c. vt C. qui mili. pos. l. super seruis, lib. 12. Quarto probatur per l. 1. & 2. C. si ser. ad decu. as. lib. 10. Quintò pro-
batur, quod hic Barbarius, vsurpando sibi illicitè officium præfecturæ deliquit, & falsum commisit, vt C. ad l. Visel. l. vnica. & infrà de fal. sed eos in fi. Et sic quia debuit puniri, non debet præmium reportare: & fic non est Prætor, vt infr. de. neg. ge. l. fine hæreditaria. Quintò probatur, perceptio salarij fuit illicita, vt infrà de decur. l. & si Herennius. Solu. per ista, quæ dicta sunt, dicendum est, quòd non fuerit Prætor. Restat ad contraria respondere, primò ad l. si quis in ius. l. 2. & ad l. si quis aliena, respondetur, quòd ratione dubitationis
13 quis est iudex, verum est, quo ad hoc. † vt pronunciet, an sua sit iurisdictio: sed si antequàm pronunciaret, agnosceret super negotio principali, non valeret, nec quòd ad negotium principale est iudex. Sed hic Barbarius non pronunciauit se Prætorem, imò super his agnouit & pronunciauit, sub quibus fuit agnitus principaliter, vnde Prætor non fuit. Solut. ad istam literam, quę dicit, ei nihil seruitutem obstetisse, &c. respondetur, quòd ista litera non dicit, eum fuisse Prætorem, sed dicit, eum functũ fuisse officio Prætoris. Nec est verum, quòd ibi respondetur quæstioni, sed ponit differẽtiam ad quęstionem mouendam, dicendo, quòd nihil obfuit seruitus: quasi Prætor non fuerit, & Prætoria functum esse de facto, & hoc negari non potest, quin ita non fuerit. Non autem dicit, decidendo quæstionem. Tertiò ad illud quod op. quod iuris prohibitio non tenet principem. Respondeo, quod verum est, quando scienter facit. Sed hic non fecit scienter talem esse conditionem eius, ergò, &c. & per hoc inf. de re iudi. l. quidã, & C. qui admi. ad bo. pos. l. bonorum. Item ad illud, quod dicitur, quod error in conditione personæ non impetit actum gerendum, verum est, quando ille actus, qui geritur, potest cadere in prima illa vera & opinata conditione, verbi gratia: mutuo tibi pecuniam, inspecta opinata conditione, qua liber reputaris, potest contrahi tecum. Item inspecta vera conditione, qua es seruus, nihilominus tibi mutuari potest: & sic loquitur contrarium. sed nisi inspecta conditione verè, non potest ille actus geri per eum vel in eius persona: tunc error conditionis personæ impedit illum actum. sic est in casu
14 nostro. Nam † seruus non potest esse Prætor, vt infr. de regu. iuris. l. quæ dicit, nihil ei seruitutem obstitisse. ergò quòd fuerit Prætor, videtur casus huius leg. Nam hæc lex mouet tres quæstiones. Prima quæstio est ibi, & tamen videamus, &c. & respondetur ibi, nihil, &c. vnde litera alleganda est, omittẽdo illud, nihil est, &c. vsq; illuc tamen videamus. Et postea reuertendo. & ista est lec. glos. Tertiò probatur sic: si dicatur, non fuisse prętorem, aut est propter iuris prohibitionem, & non potest hoc esse: quia iuris prohibitio non ligat principem, vt l. princeps. Item nec propter errorem, quia error fuit hic in conditione personæ: & talis non impedit actum agendum, vt infr. de fur. l. si quis vxor. §. seruus. Quartò & vltimò probatur: quia error communis hic putauit, & l. cauetur, quòd error communis facit ius. ergò, &c. Et ex aduerso videtur, quòd non fuerit Prætor. Et primò probatur per hanc leg. quæ dicit, acta per Barbarium de humanitate, seu æquitate seruari, vel tenere propter communem vtilitatem, contra rigorem iuris. Sed si ipse fuisset Prætor, nulla humanitate, vel æquitate opus esset: quia tenerent de rigore Iuris. Sed huic ar. qui tenent contrarium, respondere possunt, quod licet fuerit Prætor: tamen quia detracta seruitute sua, videbantur acta sua non valere, cum de Prætoria authoritate, &c. vt C. de hære. l. damnato. valent de humanitate, propter publicam vtilitatem. & propter hoc videtur hîc humanius, &c. Secundò probatur, quod non fuerit Prætor: quia populus, qui eum elegit, errauit in causa finali, cum aliàs non fecisset eum Prætorem, nisi liberum putaret. Ergo effectus erroneus est, & ita nullus, vt C. de hære. insti. l. si pater, & infrà de condi. & de. l. cum tale §. falsam. Tertiò probatur, quia l. cauetur, ꝙ licet seruus militet, non propterea sit liber. ergo, &c. vt C. qui mili. pos. l. super seruis, lib. 12. Quarto probatur per l. 1. & 2. C. si ser. ad decu. as. lib. 10. Quintò pro-

hoc non agebat, vt liberum faceret: ergò, &c. optimum ar. ad hoc inf. de in ius. vo. l. sed si hæc. §. patronum, & videtur casus ff. de li. cau. l. non videtur, & ista est veritas. Non ob. contraria. primò non ob. C. de la. li. tol. l. vna §. sed qui domini. quia ibi interuenit error & patientia hæredis eiusdem domini, qui sibi præiudicat: sed hîc nulla domini patientia interuenit, nec Imperator, nec populus erat dominus, vnde nõ potuit dare libertatem: quia hîc non agebat vt liberum faceret, ar. infr. de re iu. l. quidam. Sed si domino sciente fuisset creatus Prætor, præiudicaret domino, vel fieret liber, & dominus caderet à dominio, vt C. de tab. l. generali. & infrà qui mi. nõ pos. l. seruis. inf. de rel. & sump. fu. l. sunt personæ. Tertiò non ob. litera huius l. in fi. quia non est ibi monosyllaba, &. si tamen monosyllaba esset, non esset implicatio, vel posito q; ibi sit dictio implicatiua, dicendum est, q; hæc dictio applicabatur ei, quod dicit, & liberum, quasi dicat, ne dum populus sciens eius conditionem, facere Prætorem potuisset, sed liberum. Non autem applicatur ei, q; dicit, sciisset. Quarto non ob. communis error, &c. quia (sicut sup. dixi) communis error excusat errantem: non tamen facit, q; illud quod nullum est, valeat. Vltimò non ob. hæc lex, quia dico, quod hîc non est nisi vna quæstio, scilicet, an acta valeant? Ad quæ respondet, q; valent de æquitate, & responsionem suam probat duabus rationibus: vna est, quia populus dum erat potestas apud eum, potuit ei manenti seruo dare Prætoram. Secunda ratio est, quia eum potuit facere liberũ, & hæc omnia multo magis potest ipse princeps, & sic vnum quæritur, & vnum soluitur in litera, Non fuit ergò Barbarius de iure Prætor, sed de facto liberorum ostensum est. Tertiò quæro, posito quod Imperator faceret eum liberum & Prætorem, potest, nunquid tunc debetur præcium eius dari? Videtur q; sic, vt C. qui. ex cau. ser. pro pre. l. 2. Videtur contra, inf. quemad. serui. amit. l. si locus. §. fi. Sol. dicendum est, precium à fisco præstandũ, vt dicta l. 2. Non ob. dicta l. si locus. §. fi. quia & ibi præstandũ est precium, secundũ Ia. de Ra. & Pe. Ratio est, quia vicinus eius agri, cedente materia, debet sibi computare incommodum commodo, quod euenire potest, recedente familia, vel per alienationem sibi acquirere, inf. vt de acqui. re. do. l. Martius. Quartò quæritur, po. q; aliqui litigauerunt coram eo suam conditionem scientes, an valeant acta? Videtur q; sic, propter communem errorem & vtilitatem. Item, quia potius † error vniuersitatis, quam singulorũ debet spectari, inf. quod cuiusq; vniuersi. l. 1. Item hoc inf. de libera. cau. l. liberis. §. si duo. Item pro hoc, inf. quemad. ser. ami. l. si communem. Contrà, q; non valeant acta, infr. de contrahen. emp. l. fi. & de doli excep. l. apud Celsum. §. aduersus & §. Marcellus. Item probatur ex hac lege: quia hîc dicitur, q; valent de æquitate, sed quæ æquitas esset, q; valeat inter scientes? Certè nulla. Sol. dicunt quidam, q; acta valent contra scientes, sed non pro eis. C. de de procu. l. non eo minus, &. C. de incest. nupt. l. qui contra quod verum est, si scientes poterant benè, & sine suo periculo remanere, aliâs si iustè timebant, tunc excusantur, vt inf. loca. l. Item quæritur. §. exercitu. & infrà mandati. l. si procurator. §. ignorantes. & inf. quod fal. tu. au. l. nouissimè. §. 1. Quintò quæritur, iste Barbarius nec fuit Prætor, tamen quæ decreuit valent de æquitate, sed quæ est ratio huiusmodi? Dicit glo. q; ratio huius † est, quia communis error facit ius, vt infr. de sup. le. l. 3. C. de test. l. 1. ad Mace. l. 2. & secundum hoc etiamsi non esset publica vtilitas, valerent, inspecto solo communi errore, quod tenent quidã moderniores. Sed Pe. dicit, q; istud nihil est, quia sicut ego dixi sup. communis error non facit ius, vt valeat quod nullum est, sed excusat errantes. Ia. de Ra. dicit, q; duplex est ratio, vna est, propter authoritatem concedentis, vt populi, vel principis. & altera est, propter communem vtilitatem: quia multi eorum, & sic intelligit legem istam. Hinc est, q; si altera istarum rationum deficiet, non valet illud quod agitur. Vnde si Epis. huius ciuitatis quendam seruum decreuerit officialem, non valebunt acta coram eo: quia non est hæc causa magna authoritas concedentis. Vel pone q; Papa vel Princeps credens seruũ liberũ delegauit eum inter duos homines: Certè non valebit processus, quia hîc deficit publica vtilitas, secundum eum. Pet. verò dicit, & melius. q; non est duplex ratio, imò vna tantùm, scilicet cõmunis vtilitas, quę facit hîc decreta & gesta per istũ seruũ valere: Nam hic Barbarius multa decreuit & determinauit, quæ de rigore non valent, sed propter cõmunem vtilitatem, ne rescindantur tot processus, de æquitate valent & tenent. Sed quidam modernorũ dicunt, q; vbi deficit superiorum authoritas, non valent acta: quia peccatur in forma, non in materia sola, ergò, &c. vt inf. de verb. oblig. l. i. §. quis. & de accept. l. an inutilis, in princ. cum si. Sed certè cùm hîc operatur ratio æquitatis, non est multũ curandum de pacto formæ: quia vtrobiq; fuit æquitas. & ideò non est sententia Pe. Pro qua facit quod no. Dy. extrà de re. iuris, cap. i. l. 6. ista est veritas. Et ex isto intellectu potest responderi ad plures quæstiones de facto. Ecce, aliquis iudex excommunicatus processit partibus ignorantibus, nunquid valeat processus? Respõdeo per rationem prædictam, aut vnam sententiã tantùm tulit inter duos, aut plures sententias tulit inter plures, & plura decreuit: tunc de æquitate valebunt. Dices tu modò, imò & vbi cognouit inter duos tantùm, valebit processus, quia excommunicatus æquiparatur seruo, vt C. de sen. pas. l. vlt. inf. qui & à qui lib. ma. non. fi. l. competit. sed lex dicit, si seruus ita processit, valet, vt C. de sen. & inter. om. iudi. l. 2. ergò, &c. Sto in sententia prædicta, & ad legem illam respondeo, q; loquitur in seruo, siue liberto redacto in seruitutem, propter cuius reuocationem non debet, quod legitimè factum est retractari. Eodem modo respõdetur ad aliã quæstioné. Ecce, aliquis fuit electus, & in veritate non fuit prælatus, iudicauit, & cognouit: numquid valebit? Dicendum est, aut iste qui gerebat se pro Prælato, erat Episcopus, qui cognouit multa inter multos, & tunc valebũt eius processus de æquitate: aut erat alius Prælatus, qui præerat duobus, vel tribus, tunc non valebit sententia vel processus eius, per rationem prędictam. Sed dices tu modò, at vbi gerebat se pro Prælato, erat Episcopus multorum, & multa decreuit, non valent. eo posteà remoto, quia damnato authore, &c. argu. C. de hæreti. l. damnato. Respondeo, damnato † authore reprobantur acta sua. verum est de rigore, sed de æquitate valent, per hanc legem. Item determinatur & alia quæstio: Ecce quidam delegatus † post reuocationem mandati processit, nunquid valet? Respondeo breuiter, aut procedit partibus scientibus, & non valet, vt C. de iurisd. om. iudi. l. priuatorum: aut partibus ignorantibus, tunc refert: aut multa decreuit, ita quòd si retractarentur, læderetur totum: & tunc valet. aut inter paucos cognouit, vel statuit vnum: & tunc non valet, & hæc procedunt de iure nouo, quo dicimus, reuocari iurisdictionem delegatam, etiam ignorante iudice delegante, arg. infr. de do. l. i. §. si quis donaturus, & l. hoc iure. Sed de iure canonico oportet q; † veniat reuocatio ad notitiã reuocati, vt extrà, de restitu. spo. §. audita. Quidam alij voluerunt distinguere aliter, sed non placet, & per hæc quæ dicta sunt, patet, quomodo debet responderi ad quæstionem consuetam, de eo qui se pro tabellione gessit, & non erat, & instrumenta confecit, quæ propter authorem, in dubium reuocantur.

RVBRICA XVI.

De officio proconsulis & legati.

SVMMARIA.

1 *Sententia diffinitiua non debet fieri partibus absentibus secus in interlocutoria.*
2 *Confessio facta in absentia partis, an valeat, & præiudicet confitenti?*
3 *Iudex*

3 *Iudex an possit totam causam committere, seruata sibi sententia?*
4 *Iudex delegatus procedere non potest, vbi decretum est necessarium per libellum.*
5 *Ratio duplex vincit vnam.*
6 *Libellus quot modis capitur?*
7 *Decretum, præceptum, sententia diffinitiua, & interlocutoria, qualiter in se differant?*
8 *Delegatio an debeat probari per scripturam, vel an possit probari per testes.*

VBI DECRETVM. Iste §. est in l. necquicquam, & habet plures intellectus. Primò enim intelligitur in sententia † diffinitiua, quæ non debet ferri partibus absentibus, & eis mitti per libellum, vel per epistolam, vt inf. de re iudi. l. de vnoquoq; & C. de sen. ex breui. re. l. i. & 2. Nam sententia diffinitiua debet ferri in præsentia partium, vera vel ficta, vt C. de iudi. in l. properandum. §. 1. & 2. sed interlocutoria potest ferri absentibus partibus. Ita dicit glo. sed contra eam instatur, primò in eo, quod dicit de diffinitiua sententia. Nam sicut sententia diffinitiua debet proponi partibus præsentibus, sic & confessio, vt infr. de regu. iur. l. centum. §. si quis. Sed lege cauetur, quòd si † confiteor te absente, & mitto tibi epistolam, quòd confessio valet, & per eam mihi præiudico, vt infr. depo. l. Publia Mæuia. §. vltimò. ergò, &c. Respondeo, quod sententia debet ferri præsentibus partibus. Non ob. quod dicitur de confessione facta in absentia, quæ præiudicat: quia illud est verum in confessione, quæ emittitur ad probandum. & ita intelligitur illa lex Publia, & quod not. C. de con. fis. de. l. vlti. & dixi plenè C. de non nu. pec. l. generaliter. Secundò instatur cõtra istam glo. in eo quod dicit, interlocutoriã ferri in absentia partium: quia non videtur verum, vt C. de dila. l. à procedente. si per vim vel alio modo. l. vltim. & dico, quòd gloss. benè sentit, sed simpliciter malè loquitur: quia debuit distinguere inter interlocutorias, quæ requirunt plenam causam, & alias quæ requirunt semiplenam, vt not. infr. de arbit. l. sed interpellatur, & infr. de re. iu. l. omnia quæcunq;. Iste est primus intellectus gloss. qui licet verus sit in se, non tamen est de mente huius §. Secundo modo legitur, vt intelligatur in casibus, vbi imploratur officium iudicis, vt in transactionibus, & sic iste intellectus non placet Docto. vt hîc habes. Prætereà non est semper verum, quòd officio iudicis non datur libellus. Datur enim, quotiensc unq; in modum actionis proponitur, & vbicunq; aduersarius est in iudicio, vt no. infr. quis or. in bon. pos. l. 2. §. diuus. & dixi. C. si se ab hæred. abst. Authentic. si omnes, & dicam infr. de iurisdict. om. iudi. l. 1. Tertio modo legitur, vt intelligatur in sententia diffinitiua, quod non possit ferri per libellum, per iudicem delegatum, quia non per alium, sed per se debet ferre sententiam, vt C. de sen. ex bre. re. l. 2. Iste intellectus verus est in se, non tamen est de mente huius §. Quarto modo legitur per libellum, id est, per alium, vt in tota causa cognoscatur, quia solenniter debet audire, vt supra de iudi. Authen. ad hoc. Verum est, quando aliquid vult sibi retinere, aliàs, si velit totam causam committere potest, vt C. de peda. iudi. l. 2. & inf. de officio eius cui man. est iur. l. 1. & hoc de iure nostro. Secus est de iur. ca. Ita dicunt nostri Doctores. Hoc non placet Pet. imò dicit, quòd de iure nostro potest † iudex totam causam committere si vult, reseruata sibi sententia, nec est necesse, quòd aliqua vice audiat, vt in præalle. legibus. Non ob. Authen. ad hoc: quia non loquitur de iudicibus delegatis, sed de accessoribus, vt ibi dixi, & ita est. Quinto modo legitur, & iste est communis intellectus, vbi decretum est necessarium † per libellum, id est, per iudicem delegatum, non potest procedi. Vnde ponitur hic casus. Quidam volebat transigere de alimentis, in testamento relictis: iudex qui non poterat cognoscere, tunc volebat delegare, numquid potest? Dicitur quòd non, & vt conueniat litera huic intellectui, illud quod est si. ponendum in principio, vt sic dicat, vbi decretum est, & tunc cognitio subiecti desideratur, plenè non potest per libellum, id est, per iudicem delegatum expediri. Istum intellectum sequebatur Dy. & ita ponebat casum in dicta l. quicunq;, vt ab eo percepi. Ad istam lecturam opponitur, tribus vel quatuor modis. Primò C. vbi, & apud quem. l. fi. in fi. Solut. dicit glos. quòd ibi est speciale regulariter, vt hîc. & est speciale fauore minoris, secundum Azo. vt infr. de minori. per totum. Sed certè hoc est falsum, quia etiamsi restitutio concederetur maioribus, per delegatum potest expediri, vt dicta l. vlti. Cur ergo est speciale? Dicit Pet. quòd est speciale fauore ipsius, & quia causa est in integrum restitutionis, quæ restitutio, est in integrum statum repositio, & verè est fauorabilis. & ideò per delegatum potest expediri, vt & infr. de arbi. l. non distinguemus. §. de liberali causa. Ad quod ipse respondet, quòd causa in integ. restit. est fauorabilis, & frequens causa liberalis, est fauorabilis, sed non frequens, suprà de officio Præ. vr. & † duplex ratio vincit vnam, vt in Authent. de consan. & vter. fra. Secundò oppo. de his quæ cum decreto, & cum causæ cognitione expediuntur, per delegatum tamen possunt expediri, vt infrà de officio eius, cui est man. iurisdictio. l. cognitio. & de ven. in pos. mit. l. i. §. fi ea, cum si. Solut. vt in glos. Tertiò oppo. C. qui pro sua iurisd. l. i. cõiunctal. iudices. C. de iudi. Solut. tu arguis de causis, quæ non requirunt decretum interponi, sed regula istius §. loquitur de causis, in quibus requiritur plena causæ cognitio, & decreti interpositio: ergò, &c. Quartò op. de l. suggerente. C. de offi. eo. qui vi. alt. Solut. vt in glos. & facit pro ea. infrà de leg. 3. l. 1. §. à præfecto. Iste est communis intellectus, quem meus præceptor sequebatur, vt dixi. Tamen Ia. de Ra. non tenet hunc intellectum, quia licet sit verus in se, non tamen est de mente huius legis: quia hic non fit mentio de iudice delegato, & ideò ipse dicit, quod intellectus huius §. est talis. Titius tenet rem meam, vel mihi debitum non soluit, vado ad proconsulem, & dico sibi: Domine, talis retinet rem meam, vel debet mihi decem, mandetis sibi quod restituat vel soluat. Proconsul vult facere literas vel epistolam, in qua mandat quòd sic faciat, nunquid potest? Dicitur, quòd non, quia res quæ exigit sententiam, id est, decretum, non debet sic per libellum, id est, breues literas explicari, imò iudex audiet partes: quia merita causarum, &c. vt C. si per vim vel alio modo. l. vltima. Sic intelligitur iste §. & C. de iudi. l. iudi. & hunc intellectum sequitur Pet. qui est planissimus, secundum eum. Expeditis sumus de diuersis lecturis huius §. & nihil amplius esset dicendum. Verumtamen gratia verborum quorum hîc fit mentio, quædam dicemus. Primò hîc quæritur, quot † modis accipiatur libellus? Et dicunt Doctores, quòd accipitur pluribus modis. Vno modo pro pa. albo. vt C. de Episcop. audi. in l. iudices. Secundo modo accipitur pro paruo libro, vnde libellus, id est, paruus liber. Tertio modo, accipitur pro petitione in scriptis, vt in Authenti. offeratur. C. de litis con. Quarto modo accipitur pro libello dimissorio, vt infrà de li. di. Quinto modo accipitur pro famoso carmine, vt C. de famos. lib. Sexto modo accipitur pro delegatione, vt hîc, secundum Docto. Aduertatis, in omnibus præfatis modis, præterquam in primo, libellus non accipitur sub diuersa significatione, imò accipitur vniuocè, sed in primo modo, quando accipitur pro pane, æquiuocè accipitur. Decretum accipitur multis modis. Primo modo accipitur pro libro decretorum. Alio modo accipitur pro statuto decurionum, vt de decre. ab Or. fa. in rubro & in nigro. Alio modo accipitur pro diffinitiua sententia, vt infrà de regu. iuris. l. decreta. Alio modo accipitur pro permissione vel habilitatione iudic. circa aliquid faciendum, vel non, vt C. de præ. & aliꝭ re. in rub. & in nig. & sic sumitur hîc secundum Docto. Tertiò quæritur iuxta hoc, quia nos habemus in iure nostro † præceptum, decretum & sen-

tentiam diffinitiuam, & interlocutoriã, quæ sunt ista, & in quo differãt? Respondeo & dico, quòd præceptum propriè in confessum profertur ante li. cõte. in casib. in quibus si esset lis cõte. ferretur diffinitiua in confessum, vt inf. de procu. l. si reus. & inf. de iudi., l. si debitori. & ibi de hoc. Decretum est, vbi iudex officio suo principaliter aditus est, aliquid decernendo prohibet vel permittit, vt inf. de mino. l. etiam. §. fi. & C. de præ. & alre. per totũ. Et aduertatis, quia dico ex officio suo. Nam si iure actionis adiretur iudex, tunc esset diffinitiua sententia, vt C. de iudi. l. iudices. Item dico principaliter aditus, quod si incidenter, esset etiam sententia, vt infr. de appel. lcũm in vna, & inf. de vsur. l. mora. §. in bonæfi dei. Sententia diffinitiua est, vbi iudex aditus iure actionis, principaliter vel incidenter, præcipit aliquid dari, vel fieri, finem controuersiæ imponendo, vt inf. de re iudi. l. i. Vnde dixi aliquid dari vel fieri, aliàs esset interlocutoria, vt statim dicam. Sententia interlocutoria est, quando iure actionis iudex aditus, vel iudicis officio aliquid incidenter decidit, non præcipiendo aliquid dari vel fieri, vt inf. de re iudi. l. quod iussit. Vltimò secundum intellectum quẽ supradixi, † tollunt hîc quidam arg. quòd si delegatio fit per libellum, quod iurisdictio delegata nõ potest probari nisi per literas. & pro hoc facit C. de manda. Prin. l. vnica. Sed solet dici, aut est delegatus Principis, & tunc non potest probari nisi per scripturã, vt dicta l. vnica: aut est delegatus alterius iudicis, & tunc potest per testes, secundũ regulam, in exercendis, &c. De hoc est dicendum, nec videtur verum, per ea quæ diximus in mandato procuratoris, vt plenè dixi, C. de procura. l. i. Secundò colligunt hîc arg. ad aliam quæstionem. Quidam Presbyter tenuit Ecclesiam domini, quam dicebat sibi collatam, nec habet literas, nunquid possit probari per testes? Ar. est hîc quòd non. Sed distinguunt hic Docto. aut allegat collatam sibi Ecclesiam à Papa, & tunc non potest probari, nisi per literas. Fallit vbi probaret amissam scripturã casu fortuito, vt C. de test. l. testium: aut alleg. sibi collatam ab alio, & tunc refert, aut est magna Ecclesia, & tunc non potest probare nisi per literas: aut est modica, & tunc potest probare pariter per testes. Coniugium enim carnale & spirituale æquiparantur, vt C. de Epis. & cleri. l. Deo nobis. & in Authen. de nup. §. vltimò. Sed in carnali sic distinguitur: ergò, &c. vt in Authen. qui. mo. natu. effi. leg. §. illud, colla. 6.

RVBRICA XVIII.

De officio præsidis.

SVMMARIA.

1 *Litigare sub iudice suspecto, periculosum est.*
2 *Præsidi si fuerit illata iniuria, vel aliud delictum commissum, tempore præsidatus agi non potest, nisi vsq; ad litis contestationem.*
3 *Præsides vel eius socij aut liberi, non possunt agere nec conueniri pro contractibus per eos initis: & si propterea sint actiones peremptæ, datur restitutio in integrum. et nu. 5.*
4 *Agere non possunt commodè subiecti contra dominum.*
6 *Sequestratio regulariter est prohibita, nisi esset sinistra suspicio fraudis.*
7 *Sequestratio semper tollitur, oblata et præstita satisdatione,*
8 *Præsidi si ante officium præsidatus fuerit illata iniuria, vel aliud delictum, an tempore præsidatus poterit agere?*
9 *Fauor & odium subuertunt iudicium.*
10 *Præses dicitur procurator Reipublicæ.*

SENATVS. Ista lex est vtilis, & indiget declaratione, & ideò benè est, vt eam specialiter prosequamur. Primò ergò accedamus ad legem istam, & diuidamus eam in duas partes. In prima parte loquitur de contractibus. In secunda parte loquitur de delictis. & prima pars habet duo dicta. Nam in prima prohibet, in secunda dat remedium contra damnum illatum. Casus facilis est. Nota, quòd pro contractibus initis à prouinciarum Rectoribus, item à socijs & liberis ipsorum, ante officium assumptum, non possunt prædicti, durante præsidatu conueniri, vel conuenire. Concor. infr. de iudi. l. pars literarum. aliàs incipit, magistratus. & infra de in ius vo. no. l. 2. cum fi. & est ratio, quia præsides prouinciarum essent fauorabiles his personis: & fauor & odium peruertunt iudicium. Vnde dicitur, quòd † periculosum est sub suspecto iudice
1 litigare, arg. C. de iudi. l. apertissimi. Secundò nota, quòd si peremptæ sint actiones propter ius impositum, ad agendum datur restitutio. Concor. infrà ex
2 quibus cau. ma. l. i. Tertiò not. quòd † si præfatis personis fuerit illata iniuria, vel delictum aliud commissum tempore præsidatus, non potest agi nisi vsq; ad lit. contest. & facit ad hanc l. infr. de iniurijs. l. nec magistra-
3 tus. Ad l. istam oppo. dicitur hic, quòd † pro contractibus initis non possunt præsides vel eius socij aut liberi, agere vel conueniri. Sed si actiones sint peremptæ, datur restitutio. Sed contra hoc, quia lex dicit, quòd prohibitis agere, non currit præscriptio, vt C. de anna. exce. l. i. in fin. Solut. dicit glos. quòd pro actionibus ex contractibus prouenientibus potest agi, vsq; ad lit. contest. sicut ex delictis: tamen quia tantùm sunt occupati, reputantur agere non posse. Prætereà subiecti age-
4 re non possunt † contra dominum commodè, & perinde est, ac si nullo modo possent, vt infrà de verbor. signifi. l. nepos Proculo, & C. de Epis. audi. l. si præses. Ista solut. glos. non est vera: quia ex quo supponit, eos agere posse vsq; ad lit. contest. si non agant, imputetur sibi: & si sunt occupati, constituent procuratorem. idem est de subiectis, si possunt agere vsq; ad lit. conte. & si non agant, non imputetur: & si sunt occupati, constituant procuratorem. & ideò damnum quod sua culpa sentiunt, &c. vt infr. de re. iur. quod quis. Dicendum est ergò, nullo modo agere, vel conueniri possunt ex contractibus. & ita debet intelligi litera huius legis, quæ dicit apertissimè ibi, non possunt. Et si dicas, potest agi ex delictis, vsq; ad lit. contest. vt in fin. huius l. ergò ex contractibus. Non sequitur, si consideres rationem, quia non est eadem vtrobiq;. Sed minus diuersa, quia etiam ex contractu possunt per restitutionem reformari, sed non ita actiones ex delictis: quia si morerentur delinquentes, non transeunt in hæredes, vt C. ex delictis defunct. l. vni. Ergo aliud in vno casu, quam in altero. Quomodo ergo respondebimus ad contrarium de prædicta l. i. §. fin. C. de anna. exce. Responsio est difficilis, & turbat spiritum multorum: tamen dicendum est, quod licet non possit agi in casu huius legis, nihilominus cadit præscriptio, sicut ibi intelligitur dicta l. vni. vnde datur restitutio. Sed quoniam cum prohibitis agere non currunt præscriptiones, vt dicto §. fi. Respondet. Pet. quod iuris prohibitio quandoq; afficit aliquem, ne possit agere ab initio, quo incepit actio, vt est in fin. Solut. tunc non currit præscriptio, quando superuenit impedimentum post actionem competentem, vt est videre, postquam quis magistratum adeptus est, tunc impedimentum iuris non impedit cursum præscriptionis, sed currit & datur restitutio. & propter hoc est lex expressa in simili. inf. ex quib. cau. l. sed si per Prætorem. §. si feriæ, secundum eum.
5 Secundò oppo. quod † non sit locus restitutioni, vt pote, quia non amissum ius, vt infrà de iudi. l. 2. §. pe. So-
6 vt in glos. Tertiò oppo. quia hîc dicitur, quod † res debet sequestrari, sed contrà, cùm sequestratio sit prohibita, vt C. de prohi. sequest. pe. l. vna. Solut. verum est, prohibita inuenitur sequestratio. Regulariter fallit, vbi est suspicio de re baratanda, tunc conceditur, vt infrà qui satisdat. co. l. si fideiussor. §. fina. & ista suspicio erat hîc, aliàs non fieret, dicit glos. Et aduerte, quia
7 ista † sequestratio semper tollitur, oblata & præstita satisdatione, vt hic. & de hoc dixi dicta l. vni. C. de prohib. seq. pe. dic vt ibi. Expediti sumus de contrarijs. Veniamus ad quasdam quæstiones, quæ declarant materiam huius legis. Primò quæritur, lex ista loquitur in

tur in prima parte de contractibus initis post præsidatum susceptum, & respondet glos. f. multò minus ius dicetur, vt infrà de iudic. l. pars literarum. aliàs incipit, magistratus. Sed pro Deo, videamus quare dicit glos. f. multominus. imò videtur quod magis, quia saltem pro his contractibus dicitur posse ius dici, vsq; ad lit. conte. sicut de delictis eo tempore commissis, vt hîc in secunda parte, & hîc quidam benè reprobant istam glos. f. Sed certè glos. loquitur, & multa sentit: nam multa impediuntur facienda, quæ non impediuntur iam facta, vt l. patre furioso. Modò ita est, quod cùm ex contractu inito post præsidatum, durante officio, impedimẽtum reperiatur ab ipso initio, postquam cœpit ius dicere, multominus erit, quam vbi iam fuit actio à principio sine impedimento. Non obst. quod hîc dicitur, agi posse ex delictis vsque ad lit. conte. quia in delictis est alia ratio, quam in contractibus: ergò diuersa est iuris dispositio, vt dixi suprà circa primam oppo. Secundo loco quæro iuxta hoc, nunquid de istis contractibus post præsidatum initis, currat præscriptio contra actiones, ita quod sit opus restitutione necnè? Videtur dicendum, quod non currat præscriptio ipso iure, quia impedimentum, seu prohibitio illa efficit, quominus agi possit ab ipso initio. Ergò, &c. vt C. de annal. ex l. i. §. fi. vt dixi suprà circa primum contra. & propterea cùm tractaret de peremptione actionũ iurisconsultus, non posuit nisi de contractibus, ante præsidatum initis.
8 Tertiò quæro, hîc loquitur † de delictis tempore præsidatus commissis, sed quid de cõmissis post? Videtur quod non, vt inf. de iniurijs. l. nec magistratib. Dicendũ est q; sit idem, cum eadẽ sit ratio. scil. perpetuetur, & fiat transitoria in hæredes, in quos ante li. conte. ex delictis defunctorũ non transit, vt C. ne ex delictis defuncto. & ideò, &c. vt inf. ad leg. Aquil. l. illud. Hoc dixi supr. circa primam opp. Quartò quæritur, hîc loquitur qñ ius postulatur inter ipsos officiales & extraneos, sed nunquid vnus familiaris possit alium conuenire? Videtur dicendum q; sic, quia hîc cessat ratio prohibitionis: ergò cessare debet ipsa iuris prohibitio, vt inf. de iure pa. l. adige
9 re. §. quamuis. nec est timendũ, quod † fauor & odium subuertant iudicũ, vt sup. in prin. dixi: quia inter ipsos familiares par affectio tollit suspicionẽ, arg. inf. de ritu nup. l. pe. §. de illo. Quintò quæritur, hîc de officialibus qui sunt annuales, qd de perpetuis vel dubijs, qui æquirarantur perpetuis, vt inf. de con. inde. l. sufficit? Dicũt q; non est idem, imò ipsis, & contra ipsos ius dicetur: qa aliàs esset magnũ periculum, quia in mora modici temporis, &c. vt inf. de iud. l. si debitori. Sextò quæritur, dicit hîc, quod potest ius dici vsq; ad li. conte. in delictis, si coram alio iudice diceretur, videtur q; coram ipso præside, vt sup. de adopt. l. si consul. Sed ibi loquitur in iurisdictione voluntaria. Econtrà videtur q; non coram ipso, arg. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum. & C. ne quis in sua causa, &c. l. i. Dicendum est, quod coram superiore suo agetur, vt in Auth. de ap. l. illud. col. 4. & inf. de nup. l. Imperatores. Septimò & vltimò quæro, hîc loquitur, quando infertur iniuria præsidi, vel eius officialibus tanq; priuatis, vt tunc possit ius dici vsq; ad li. conte. sed quid si infertur iniuria sibi tanq; præsidi, vel tanq; officialibus: nunquid ipse poterit cognoscere, & punire delinquentes. quia contractus tangit rempublicam
10 pro iniuria? † Præses dicitur procurator reipublicæ, vt C. de off. eius cui man. est iurisd. l. i. Doct. circa hoc variant, quidam, vt Iac. de Are. disputauerunt hanc quæstionem in scholis Paduanis, sicut retuli. C. ne quis in in sua causa ius di. & ideò de hac quæstione dic plenissimè, vt ibi scripsi.

RVBRICA XIX.

De officio procur. Cæsaris.

SVMMARIA.

1 *Procurator Cæsaris, an sit illustris, vel clarissimus?*
2 *A verbis legis in dubio recedendum non est.*

PROST TRACTATVM. De officio Præsidis, qui administrator prouincialis est, competẽter subijcitur, de officio procuratoris Cæsaris, qui administrator est prouincialis. Nam Imperator in qualibet prouincia habet vnum, pcuratorem Cæsaris, qui rationalis dicitur, eo, quod eorum quę coram ipso, & per ipsum agebantur, debebat reddere rationẽ. Circa istum passum quæruntur duo. Primò quæritur,
1 vtrum iste procurator † Cęsaris sit illustris vel clarissimus? Videtur quod illustris, & hoc dicit arg. C. vbi causæ fisc. l. fi quis. Econtrà videtur quod sit clarissimus, quia hîc ponit post tractatum de officio Prędisidis, qui est clarissimus, vt C. de pri. car. l. i. ergò, &c. argu. C. de no. Co. com. circa medium. Solu. dicendum est, secundum Petr. quòd Cæsar habet generalem procuratorem, qui nominatur comes rẽrũ priuatarum: & iste est illustris, & de illo loquuntur prædictæ leges. Item, habet nihilominus in singulis prouincijs vnum procuratorem, & iste talis non erat illustris, sed clarissimus, sicut præses prouinciæ, & de isto loquitur hîc. Secundò quæritur, Imperator habet duplex patrimonium, vnum fiscale, quod pertinet ad imperium, & istud administrat procurator vnus, qui nominatur procurator fisci. Item habet aliud patrimonium, scilicet, priuatum, in quantum est Albertus vel Henricus, & hîc dicitur patrimonium priuatæ rationis, quod administrabat procurator. Alius qui vocatur procurator Cæsaris, qui cognoscit inter fiscum vel priuatum, vt C. fi aduer. fisc. l. pen. & fin. Quæritur ergò, de quo procuratore intelligitur? Videtur quod intelligendum sit de procuratore fisci: Nam (sicut dixi) Imperator in singulis prouincijs habet procuratorem, & de isto loquitur hîc: sed in omni prouincia habet hoc tanquam Imperator, non tanquam priuatus homo. Prætereà hoc videntur persuadere glonostræ, quæ allegant ad vnum tractatum l. quæ sunt in tractatu fisc. Econtrà videtur quod non, quia non videtur factamentio, nisi de procuratore Cæsaris, & in du-
2 bio non est recedendum † à verbis iur. vt inf. de lega. 3. l. non aliter, & hoc tenet Petr. Pro quo facit, quia si diceremus hîc loqui de procuratore fisci, iam esset expedita illa quæstio dubitabilis, nunquid Imperator possit alienare fiscalia, vel imperij? Non obst. quod glos. allegant leges, quæ sunt in tractatu fisci. Nam regulariter quæ locum habent in vno procuratore, & in alio, vt infrà de iure fisci. l. fiscus. Expediti sumus de rubri. & de duabus quæstionibus circa eam, veniamus ad nigrum.

SVMMARIA.

1 *Acta & gesta qualiter differant?*
2 *Facta ab alio de mandato nostro, perinde habentur, ac si à nobis facta forent.*
3 *Procurator non potest iubere seruum adire hæreditatem.*
4 *Hæreditatis aditio consistit in animo.*
5 *Procurator Cæsaris nec vendere nec transigere, nisi ex speciali potestis concessione.*
6 *Procurator Cæsaris potest adire, & adeundo acquirere.*
7 *Procurator Cæsaris, an possit vendere rem quasi propriam, & si vendat, an transferatur dominium?*
8 *Errans an transferat dominium?*
9 *Clausula, promittens habere ratum & gratum, an per illam clausulam videatur procuratori libera potestas concessa?*
10 *Libera potestas est specialiter concedenda.*
11 *Speciale dicitur id, quod est à generalitate verborum abstractum.*
12 *Casibus fortuitis si quis renunciat, ad hoc vt valeat renunciatio, necesse est, quod specialiter enumerentur casus.*
13 *Verba debent aliquid operari.*
14 *Procurator habens liberã et generalem potestatem, an possit conferre beneficia, spectantia ad collationem domini?*
15 *Procurator ad negocia potest quemcunq; alium substituere, sed ad iudicia non, post litis contestationem.*

16 *Procurator constitutus ad vendendum, an possit alium substituere?*
17 *Dominium ad hoc vt transferatur, requiritur consensus domini.*
18 *Reuocatio mandati facta, partibus ignorantibus, non præiudicat.*
19 *Hæreditas an solo animo sine aliquo actu extrinseco adiri possit?*
20 *Animus solus an faciat quem hæredem?*

QVÆ ACTA GESTA. In lectura huius legis tenebo hunc ordinem. Primò diuidam, ponendo casum, & literalia expediam. Secundò extrahã de litera quædam notabilia. Tertiò, opponam. Quartò, quæram. Venio ad primum: Lex ista cum l. seq. continuata, diuiditur in 6. partes. In prima parte ponit regulam, siue dictum suum sub regula. In secunda parte regulam siue dictum suum verificat & restringit. In tertia parte concludit. In quarta parte ponit vnum speciale in procuratore Cæsaris. In quinta parte ponit aliud speciale in procuratore. In sexta parte, præmissa specialia verificat & restringit. Secũda pars incipit ibi, si rem Cæsaris. Tertia ibi, deniq. Quarta ibi, est hoc principium. Quinta incipit ibi, & si Cæsar. Sexta incipit, in l. quod si ea bona, &c. Casus satis patet intelligenti. Litera plana est, quæ per infrà dicta declaratur, secundum quæ poteris interlineare textum. Venio ad secundum
1 not. ex l. ista, inter ista verba, acta † gesta, est differentia: quia ponuntur copulatiuè, vt C. per quas perso. no. acqui. l. 2. Quidam tamen voluit dicere, quòd hæc verba sunt synonima, sicut ensis, mucro, spata, & similia: tamen hoc non approbat glosſ. dicens, quod verbum istud acta, generaliorem significationem habet, quam gesta: quia comprehendit ea quæ fiunt in iudicio & extra. Sed hoc nomen, gesta, non pertinet nisi ad ea quæ extra iudicium fiunt, vt infrà de verb. signific. l. Labeo libro. Aduertatis, imò est inculcatio verborum: Nam quando posito verbo generali, ponitur verbum speciale, hoc fit ad denotandum aliquam rationẽ specialem, vt patet C. de hæreti. & Mani. Nam ibi propter aliqua quæ statuuntur in Manichæ. quæ non obtinent in hæretico, fit specialis mentio. Sic etiam dicimus C. de serui. & aqua. in rubri. sed istud non contingit hîc, & ideò dicendum est, quod legislator non concludit, sed conculcat verba, vt facit aliàs, inf. si cert. pet. l. certi condictio, in prin. Vel possumus dicere, quod verbum gesta, hic accipiatur largè, vt comprehendat rem in iudicio gestam, vt patet hîc, dum dicit (atq; si à Cæsare gesta sunt) verè sumitur verbum, acta. & semper erit inculcatio verborum. Et per ista patet, quod quidam pessimè reprobant quendam libellum, in quo quidam, qui fuerat procurator, petebat aliquid, dicens sic. dico contra talem, quod negocium eius gessi in iudicio: quare dicebant quidam, hunc libellum esse malè formatum, quia gessit verbum, denotat gestam rem extra iudicium. Sed certè, imò libellus est bonus: quia istud verbum, gessi, largo modo sumitur, vt hîc. Præterea, posito quod verbum gessi, significet rem extra iudicium: acta tamen ad res, quæ in iudicio aguntur, possunt extendi, cùm per adiuncta pateat de proposita intentione, iuxta illas dictiones, dubia & verba æquiuoca per adiuncta intelliguntur & determinantur. Ergò cùm hîc dicat in iudicio, &c. vt inf. de penu. leg. l. nam quod. §. fi. Item, ex vsu loquendi dicimus gesta, quæ aguntur in iudicio vel extra, & verba ex communi vsu loquendi debent exaudiri, vt inf. de supp. lega. l. Labeo. in fin. Secundò not. hîc
2 in principio, quod ea quæ facta † sunt ab alio de mandato nostro, perinde reputantur, ac si à nobis facta forent. Concor. inf. ne quis eum qui in ius voc. l. si per alium. de admini. tuto. l. ita autem. §. ges. isse. Tertiò not.
3 quod † regulariter procurator non potest iubere seruum adire, vel ipsemet non potest adire hæreditatem in causa domini, sed ipsemet dominus, si sit institutus hæres potest. & hoc ita probatur. Illud est generale, cuius contrarium est ius commune, vt suprà de leg. l. ius singulare, & infrà ad Muni. l. 1. in fin. Sed speciale est in procuratore Cæsaris, vt possit iubere vel adire: ergò, &c. vt hîc. & inf. de acquir. hæred. l. si quis bona mihi. §. iussu. & l. Paulus, vbi de hoc, & dixi C. qui ad bon. po. per l.
4 1. dic vt ibi. Quartò & vltimò not. † quod hæreditatis aditio consistit in animo, quod intelligit Iaco. de Ra. in animo per extrinsecam declarationem. Alij contrà, vt dicam in quæstionibus circa fin. Expediti sumus de notabilibus. Veniamus ad tertium, scil. ad oppositi. Primò ad l. istam oppo. dicitur hîc in principio, quod acta gestaq; per procuratorem Cæsaris, proinde rata debeant haberi, &c. sed contra, quia lex dicit, quod si debes mihi dare certo loco, & quia non das, recipio alibi: videor interesse remittere. Sed si hæc facit procurator meus, interesse non est remissum, & sic perinde non habentur gesta à procuratore, ac si habeantur à domino. Vnde oppo. inf. de eo quod cert. loc. l. 3. §. item Iul. coniuncta l. vlti. in fi. Sol. rata debent haberi proinde, &c. verum est, si mandatum potest ad illa extẽdi, sed si non extendatur ad ea, & sic procurator facit præter mandatum, non sunt rata habenda, sicut si per dominum gesta forent. Modò ita est, quia in l. contraria procurator gessit præter mandatum. Nam talis promissio est donatio, & procuratori non videtur esse mandatum, vt donet: infr. de pact. l. contra iur. ciuil. §. si filius, ergò, &c. Secundò opp. circa hoc, dicitur hîc, quod gesta per procuratorem Cæsaris, perinde debent haberi rata, sicut per ipsum Cæsarem gesta forent. Et præterea statim dicitur, quod si rem Cæsaris tradat, non transfertur dominium. & sic opp. de litera sequenti immediatè. Solu. videtur quæ acta gestaq;, &c. verũ est, si ad commodum Cæsaris ita sit, secus si ad incommodum, vt infr. de iure fi. l. aufertur. §. actores. Tertiò oppo. dicitur hîc, quod
5 † procurator non potest vendere, nec transigere, nisi ex speciali concessione. Sed contra, quia iste habet liberam, & procurator habens liberam administrationem vendere & transigere potest, vt infrà de proc. l. procurator cui. ad Trebel. l. mulier quæ duobus. §. sed si cùm distrahere. Solu. dicit glosſ. quod hoc est speciale, quod habens liberam administrationem, potest vendere & transigere. Verum est, dum facit bona fide, & ad commodum Cæsaris, aliter non. Dices tu modò, quod ista non est bona responsio: quia litera simpliciter dicit, quod non potest vendere nec transigere, & non distinguit bona fide vel non, ergò, &c. Sed respondeo, quod debet exponi hîc venditionis vel transactionis, si quid agat, scili. mala fide, & in incõmodum Cæsaris non potest, & quod sit ista communis expositio, probatur sic: Quotiens ponitur disiunctio inter aliqua, & dubitatur de intellectu alterius, debet fieri interpretatio pro illo, quod magis cum alio conuenit. ver. gra. Testator habebat fundum Seianum, valentem 10. Item, habebat duos fundos Titianos, quorum vnus valebat 15. & alius mille. Et dicit sic: Seianum vel Titianum lego, nec apparet de quo censerit, de quo fiet interpretatio? Certè de fundo Titiano, valente 15. propter maiorem conuenientiam eius cum Seiano. Cùm ergò hîc simpliciter in litera nostræ l. fiat disiunctio inter donationem & venditionem & transactionem, & donare sit perdere, vt infr. de donatio. l. filius fam. per consequens debet fieri interpretatio in transactione, & donatione, secundum quod magis conueniunt, & ideò sic exponendum est, vt prædixi, arg. inf. de re. dub. l. 1. secundum Petr. Quartò opp.
6 dicitur hîc, quod † procurator Cæsaris potest adire, & adeundo acquirere. Contrà: quia sine aliqua aditione ipso iure quæruntur huiusmodi hæreditates Cæsari, vt infrà de iur. fi. l. 1. §. bona. Solu. quædam sunt, quæ deferuntur in fiscum iure communi, quædam sunt quæ deferuntur iure priuilegiato: & ideò aut quæritur de his, quæ iure communi deferuntur, & ista non acquiruntur sine apprehensione & aditione, vt hîc: aut quæritur de his, quæ acquiruntur iure speciali, vt de bonis delinquentium & damnatorũ, & bona vacantia: & ista quæruntur ipso iure, & ita loquitur contrarium secundum

Doctor.

Doctor. Sed contra istam solut. facit, quod iura specialia titius tolluntur, quam iura communia, & ideò difficilius debent quæri, vt in Auth. de non alienandis. §. quia
7 non verisimile. Quintò oppo. & aduertatis, quod † ista oppositio non sit contra text. sed contra rationẽ quam glosſ. hic ponit. Dicitur hîc, quod si procurator Cæsaris vendat rem quasi propriam, non transfertur dominium. Dicit glosſ. ratio est, quia errans non transfert dominium. Ad istam rationem oppo. de leg. quæ ponit talem casum: Titius emit rem meam à non domino bona fide, deinde Titius me hæredem instituit: Ego credẽs rem illam meam, ex causa hæreditaria delata mihi per Titium, cùm non esset secundum veritatem, mandaui alicui rem vendendam, & secundum mandatũ est vendita. Dicitur in l. quod est translatum dominium, & tamen errabam, ergò, &c. Et sic opp. infrà man. l. seruum Titij. Secundo respon. Solut. dicit glosſ. Ibi mandauit dominus sua vendenda, licet ignoraret rem suam, hic non. glosſ. ista in prin. nescit quid loquitur, malè opponit, & peius soluit. Nam hic non loquitur, quòd errans transfert dominium, sed dicit, quod procurator Cæsaris, vendendo rem Cæsaris tanquam suam, mala fide non transfert dominium, & sic nullus fuit error. & hoc sentit gl. in fi. Ergò nihil ad Rhombum. Præterea sol. prædicta est nulla, quia dicit, quod in l. contraria dominus ignorabat rem suam. Hoc est falsum, imò sciebat esse suam, sed ex qua causa esset sua ignorabat, & ideò debuit dicere, supposito quod hic errasset, quod errans in dominio rei suæ non transfert illud. Secus si in causa dominio rei erraret, sicut ibi. Sed tunc videtur, quod hæc solu.
8 non sit vera: quia † errans in dominio, non transfert dominium rei, inf. si cer. pe. l. eius. §. quas verò. Solu. ibi errabat in dominio, credens esse illius, à quo causam habebat, secus si alterius, vt inf. de acquir. re. dom. l. si procurator. Tamen licet sit secus, repelletur ille, qui tradidit per exceptionem: quia tenetur de euictione, vt infrà man. l. seruum Titij. primo respondeo. Ita dicit hîc glo. & ita intelligit præall. glosſ. si procurator, in fi. vbi dicitur, quod nulla est alienatio, & quod nemo errans rem suam amittit. Sed si repellerem à vendicando, per exceptionem amitteret rem suam, quod est contra l. illam, quoniam non refert, vtrum quis ipso iure, an per exceptionem excludatur, vt in regula iuris. Vnde ipse dicit, quod errans in dominio rei suæ, qui credit eam esse alterius, quam eius à quo habet causam, non transfert dominium, nec exceptionibus repelletur, quod cum non teneatur de euictione: quia non valet contractus ipso iure, & ideò non competit euictio. Cùm si non debet expressum, non valet tacitum, quod sequitur illud. Non obst. l. seruum Titij. primo respondeo, quia l. loquitur, quando habebat procurator mandatum, de vendendo rem certam, quo casu repelleretur per exceptionem de euictione: quia habet regressum per actionem mandati. Sed in l. si procurator, non habebat mandatum de vendendo rem certam, nec sub generali mandato comprehendebatur, vt vendat rem suam. & ideò non tenet contractus ipso iure, nec habet actionẽ mandati, nec de euictione tenetur, vt dictum est suprà secundum eum. Et ad plenam notitiam eius quod solet quæri, vtrum errans transferat dominium, & vt omnia tollantur contraria, sic distinguo: & aduertatis, quia Fran. Accu. tradit de hoc suam doctrinam, prout habetur in additione sua, infrà si cert. petat. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens, & Dyn. post eum dictal. si procurator. Sed ego meliùs prosequor hîc in principio sic: aut circa rem, aut circa causam. & sic facio tria membra principalia. Sed prædicti faciunt quinq. Redeo ad primum. Cum errat circa personam eius cui traditur, subdistinguo: aut erratur circa substantiam personæ, aut circa qualitatem seu conditionem. Si erratur circa substantiam personæ, vtpote volebam tradere rem Seio, credens quod Titius sit Seius, et tradit: tunc non transfertur dominium, & si quid bona fide acceperit, tenetur rei vend. sola. Sed si mala fide, tunc tenetur etiam furti, & condictione furtiua, vt infrà de furt. l. si quis vxori. §. cum Titio, & l. si is qui. §. si Titium mihi. Si non erratur circa qualitatem, seu conditionem personæ, tunc aut erat habilis ad dominium acquirendum, aut inhabilis, aut quia furiosus: tunc non transfertur dominium acquirendum, refert. aut recepit nomine suo aut alio, verbi gratia: quia credebam eum diuitem, cùm erat pauper, tunc benè transfertur dominium, sed tenetur de dolo, si animo decipiendi fecit, vt infrà de fur. l. falsus. §. si quis. & l. si quis vxori. §. seruus. Si autem recepit nomine alieno, verbi gratia: quia credebam eum procuratorem creditoris mei, cum non esset, tunc refert: aut qualitas fuit semel vera, aut nunquam fuit vera. Si semel fuit vera, tunc si quid mala fide recepit, nõ transfertur. Si bona fide, sic. Si nunquam fuit vera, non transfertur, vt infrà de solut. l. cum quis. §. 1. Expeditum est primum membrum principale. Venio ad secundum in secundo casu, quando erratur circa rem, aut erratur circa substantiam rei, aut circa nomen, aut circa pondus vel mensuram, aut circa qualitatem rei. Si erratur circa substantiam, vt quia credo bouem, credens equum, aut ff. credens C. tunc non transfertur dominium, vt C. de contrahen. empt. l. in venditionibus, in prin. de acq. poss. l. si me in vacuam, in prin. & C. de proba. l. cum precib. Si erratur circa nomen, aut est error in nomine proprio, aut in nomine appellatiuo. In hoc tunc talis error impedit translationem dominij, inf. de lega. l. si quis in fundi vocabulo, vbi illa vocabula habent magnam conuenientiam, vt certè habent cum libris, vt ff. de leg. 3. l. librorum. §. quod tamen. Si erratur circa pondus vel mensuram, transfertur dominium, in eo quo erratur, vt infrà de furt. l. si quis vxori. §. si maiora. & infr. de dolo. l. arbitrio. §. in eo. aut erratur circa aliam qualitatem rei, tunc aut erratur in causa dominij, verbi gratia: quia credebam quod fundus esset meus, ex hæreditate Titij, cum erat meus ex hæreditate paterna vel alterius, & tunc nõ impeditur translatio dominij, vt infrà mand. l. seruum Titij, primo respondeo. & sic intelligo eam. Si autem est error in ipso dominio, tunc aut ille qui tradidit, credebat rem suam, aut aliam, aut ignorabat. Si sciebat, tunc siue suo nomine siue alieno tradidit, transfertur dominiũ. Si ignorat rem suam, credens esse alicui, tunc aut credebat rem esse illius, cui tradebat, aut cuiusdam Titij. Si credebat esse eius cui tradebat, non transfertur dominium, vt inf. de cond. cau. da. l. 3. §. subtilius. tradidit ius authoritate iudicis, secundum glosſ. quod non est verum, secundum Petr. vt plenè de hoc scripsi, C. communia vtriusq; iud. l. 1. Si credebat esse cuiusdã tertij, tũc aut credebat eius, à quo causam habuit, aut alterius. Si eius à quo causam habuit, transfertur dominium, vt inf. de acqui. re. do. l. si procurator. Repellitur tamen per exceptionem, quia tenetur de euictione, vt hîc not. quod non est verum secundum Dyn. vt sup. dixi. Et ideò istum articulum subdistingue, cum credit alterius, quã illius à quo causam habuit, refert: aut erat negocium voluntarium, aut necessarium. Si voluntarium, aut tradit mandato illius, cuius esse credebat, specialiter ad rem illam interuenire debere: & tunc transfertur dominium, cùm per exceptionem repellentur qui regressum habent, per actionem mandati, vt dicta l. seruum Titij, primo respondeo. Et isto casu potest glosſ. ista procedere: aut tradit sine eius mandato, & tunc non transfertur dominium, nec potest per exceptionem à vendicando, vt di. l. si procurator, & inf. de contrahen. emptio. l. & si in consensu. Si negocium erat necessarium, tunc non transfertur dominium, vt teneatur credens de euictione, vt C. de eui. l. exception. & argum. C. de nego. gest. l. tutori. Secundo casu, quando ille qui errabat in dominio, credebat rem alienam: & tunc aut tradidit vt suam, & suo nomine, & tunc non transfertur dominium, vt dicta l. Iul. §. vltimo. quia nemo plus iuris, &c. vt l. traditio. infrà de acquiren. rerum dom. nec potest haberi ratum à domino, vtpote non suo nomine gestum, vt inf. de neg. gest. l. si pupilli. §. pen. ergò erit in subsidium re perempta, vt C. de rei vendi. l. mater. vbi plenè de hoc scripsi: aut tradidit vt a-

dit vt alienam, & alieno nomine, vt puta, gerendo negotium domini: & tunc aut sine mandato, & non transfertur dominum, vt C. de re. ali. l.1. vbi habetur ratum per dominum: quia tunc perinde est, ac si mandasset in principio, vt C. ad Mace. l. vltim. Aut cum mandato, & tunc regulariter non transfertur dominium, nisi in tribus casibus. Primus est, si habeat speciale mandatū. Secundus est, si habeat generale cum libera. Fallit secundum glos. in procuratore Cæsaris, qui non transfert, quantumcunque liberam habeat, si cedit ad incommodum Cæsaris, vt hic. Tertius casus est, si habeat tantum generale mandatum, & sunt quæ seruando seruari non possunt, vt inf. de procu. l. procurator cui. & l. procurator tutorum. & inf. de iureiurand. l. iusurandum. §. vltim. & l. seq. Expeditum est secundum principale membrum. de tertio videndū est. Restat in tertio casu, quando erratur in causa, tunc subdistingue: aut vterq; scilic. dans & accipiens consensit in eadem causa, quæ credebatur subesse: & tunc benè transfertur dominium, & habet locum tit. de condi. inde. aut credit causam subesse, sed dans & accipiens nesciunt causam subesse, & tunc non transfertur dominium, & habet locum isto casu furti actio, condictio furtiua, indebiti, & sine causa, vt inf. de furt. l. si venditor. §. si Titius. & l. qui §. rem. licet gl. no. contra. supr. de condi. fur. l. quoniam. sed malè, vt plenè scripsi, C. de procura. l. falsus: aut non consentiunt in eandē causam, & tunc refert: aut vtraq; est apta ad dominium transferendum, aut vtraq; continet verum debitum, aut altera tantum, aut neutra. Si vtraq; continet verū debitum, tunc est in electione debitoris, in quam causam velit soluere, eo non eligente, transfertur electio ad creditorem, & creditore non eligente transfertur ad legis potestatem, quæ leg. potestas est, vt videatur solutum in duriorem causam, vt l. 1. 2. 3. & 4. vsq; ad l. si stipulatus. inf. de sol. & C. de sol. l. 1. & ibi plenè dixi. Si autem altera tantum continet verum, & præcedens debitum intelligitur esse solutum, in causa ex qua vendentur, vt d. l. 1. de solut. & l. cum in corpus, primo responso. inf. de acquir. re. do. Si autem nulla, locum habet distinctio, quæ ponitur in gloss. inf. si cer. pe. l. si ego. quia refert: aut quis erat traditurus ex causa, quam subesse æstimabat, & tunc transfertur dominiū: aut vna est obligatoria, altera liberatoria: & tunc fauore liberationis cedit obligatoria, vt d. l. cùm in corpus, & inf. de sol. l. qui hominem. §. debitorem. Expediti sumus de tertio articulo: veniamus ad 4. generale. Primò quæritur circa istam, quia dicit, quod acta gestaq; sunt, 9 &c. nunquid per ista verba, † promittens habere ratum & gratum, videatur procuratori libera potestas 10 concessa? Et videtur quod non, quia libera † potestas est specialiter concedenda, vt inf. de pecul. lega. l. quam 11 Tuberonis, & illud dicitur speciale, † quod est à generalitate verborum abstractum, vt inf. de procu. l. Pompo. in prin. Econtrà videtur quod sic: quia verba debēt aliquid operari, sed vbi non operarentur hæc verba liberam administrationem, nihil importarent: quia sine his dominus cogitur ratum habere. ergò, &c. vt infr. de le. 1. l. si quando. Præterea hoc videtur probari per hanc legem. Nam procurator Cæsaris habet liberam administrationem, quia vendit bona fide. Sed nunc ita est, quia istam liberam administrationē habet per ista verba, rata, in principio. & hoc tenet glos. secundum quosdam, & ita magister Bernardus tenet in apparatu suo. Quidam distinguūt, aut aliqua sunt specialiter expressa, quæ ad liberam administrationem pertinent, verbi gratia: quia dixi, do sibi potestatem vendendi, promittens ratum habere & firmum, quod tunc videtur in omnibus data libera potestas: aut non sunt aliqua specialiter expressa, & tunc non videtur libera concessa potestas, vt inf. man. l. creditor. 2. §. Lucius. Istæ sententiæ prædictorum sunt valdè periculosæ, quia si per ista verba generaleralia videtur dominus cōcedere liberam administrationem, quia talis potest omnia quæ dominus, excepto quod non potest donare, vt infrà de dona. l. filius fam. cum sim. Quid ergò dicemus? Certè credo dicendum esse secundum Petr. quod per verba prædicta nunquam concedatur libera potestas, quia specialiter, id est expressè, sic exponit glos. Præterea non est verisimile, quod per generalia verba velit quis inferre sibi præiudicium magnum: ergò, &c. Si ergò per hæc verba magnum posset inferri præiudicium, dicendum est, quod non videtur concessa probatio. Ecce lex dicit, 12 quod si † aliquis renunciat casibus fortuitis, vt teneat renunciatio, necesse est quod specialiter enumerentur casus, vt infrà si quis caus. §. quæsitum. Præterea ista verba generalia, quæ sequuntur aliquem actum, non operantur nisi declarationem illius præcedentis actus. Sic in proposito, verba, gratum ratum, &c. non referuntur nisi ad actum determinatè concessum. Probatio, Lex dicit, pater diuisit hæreditatem inter hæredes, dicendo, tu habebis illam rem, & tu illam. Præterea dicit generaliter, vobis commendo seruos meos. Propter hoc non videtur primam diuisionem destruere: quia verba ista generalia restringuntur ad diuisionē in præcedentibus factam, ergò, &c. vt C. fami. hercisc. l. quotiens. Ista est veritas, si rectè consideratur. Non obstat hæc lex in princ. quia per hoc non facit verba constituendi procurat. Item, non obst. quod † verba debent aliquid operari, vt l. si quando, quia illa lex loquitur in vltima voluntate, vbi facienda est latior interpretatio: sed in contractibus inter viuos, vbi verba sequuntur actum præcedentem determinatum, non operantur: sed est inculcatio verborum non necessaria, quæ non operatur, vt infrà de auro & argent. lega. l. Pedius. §. Labeo. Modò quæritur, nunquid iste † procurator habēs liberam & generalem, possit conferre beneficia, spectantia ad collationem domini? Videtur quod nō, quia non potest donare, quantumcunque liberam habeat, vt inf. de pactis. l. contra. ciuil. §. si filius fa. & inf. de donatio. l. filij fa. Econtrà videtur quod possit, quia etiam habens generalem tantum, alienare, & ea quæ seruando seruari non possunt: ergò, &c. inf. de procura. l. procurator tutorum. Sol. dicit Petr. quod ea beneficia quæ dominus sibi retinere non potest, quem necessario habet dare, procurator solus verè generalem habens, potest conferre. Non obst. quod non potest donare: quia cùm habeat necesse fieri, non videtur liberalitas. imò necessitas, vt inf. de leg. 2. l. vnum ex fa. §. si de Falcid. de adi. leg. l. rem legatam. Præterea sicut dictum est, quod habens generalem, potest alienare, quæ seruando seruari non possunt, sed ista beneficia inf. tempora conferenda sunt, quæ non possunt seruādo seruari, ergò, &c. Tertiò quæritur circa istam materiam, pone quod ego dedi mandatum Titio de libro meo vendendo: ipse Titius mandauit alteri vendendum, & sic substituit alterum loco suo. substitutus ille vendit: ego venio, & volo retractare venditionem factam à procuratore substituto: quæritur an possim? Videtur quod nō possim, quia 15 † procurator ad negocia potest quemcunq; alium substituere, sed ad iudicia nō, post litis contest. vt inf. man. l. si procuratorem. §. si quis. & C. de procu. l. neq;. Econtrà videtur quod sic: quia hoc mandauit Titio, vt venderet, Titius verò non vendidit, sed mandauit vendendum alteri: ergò, &c. vt inf. mand. l. diligenter, in princ. Præterea videtur casus, nisi excorietur litera, inf. de diuer. temp. præsc. l. in vsucapionem. §. item adijciendum est. ibi, quod si is, &c. Quid dicemus? in ista quæstione sunt variæ sententiæ Doct. Prima est sententia glo. quæ dicit, quod venditio valet, nec reuocari potest ob hoc, vt not. in d. §. adijciendum. Secunda est sententia quorundam, vt Mar. Sy. qui distinguit inter procuratorem generalem, ad negocia constitutum, & specialem ad rem vendendam. In primo dicit, posse per substitutum negocium geri, vt d. §. si quis. In secundo, quia ea quæ specialiter committuntur, non possunt alij demandari, vt inf. tit. proxim. l. 1. & sic intelligit dictum §. item adijciendum, argum. inf. mand. l. mandati distrahendo rum, & de sol. l. inter artifices: aut non fuit electa, & potest, vt d. §. si quis. Alij, vt Iaco. de Ra. dicunt, quod non valet venditio facta per substitutum; quia ibi exigitur specialis

specialis concessio, propter magnitudinem rei cōmissę, & ideò non potest alij demandari, vt inf. tit. proxi. l. 1. Modò ita est, quod vēditionis potestas requirit speciale mandatum, nec sufficit generale tanq; magnum negocium. Ergò, &c. vt inf. de procu. l. procurator totorum. Aduertatis, prædictæ tres sententiæ satis in idem recidunt: Nam quia mandatum speciale requirit venditio, videtur magnum negocium: & quia negocium est magnum, ex eius cōmissione præsumitur electa industria personæ, vt C. de sum. Trinit. & fide cathol. l. iuret. ad fi. Sed certè quod hoc sit ex arduitate vel magnitudine rei cōmissæ, falsum est, in casu nostræ quæstionis. Nam licet vendendi potestas requirit speciale mandatū, non est propter arduum negocium hoc, quod hic procurator non posset vendere vnum cantellum, sine speciali mandato. & tamen quod sit arduum negocium, truffa 19 † quia hîc dicitur, quòd aditio hæreditatis consistit in 16 est. Dicas ergò, quod † procurator constitutus ad ven- 20 animo. Nunquid † solus animus sine aliquo actu exdendum, non potest substituere: quia sines mandati excedit. Nam vos debetis scire, quod differentia est inter nuncium & procurator. Nuncius enim verba contractus confert in personam domini, & personam domini tantum, & non suam obligat, vt inf. de consti. pe. l. eum qui. §. Iul. & §. sed si quis. Modò ita est, quod si mando tibi, vt vendas librum meum, & ego mando quod vēdas tu, tanquam procurator, & tuam personam obliges, si mandas alij, tu præbes solum nudum ministerium, & non seruas fines mandati: & ideò non præiudicat mihi, vt præalle. l. diligenter, & ista est ratio illius §. item adijciendum. secundum Pet. & hoc puto verum. Sententia ergò Iac. præfati & suorum sequacium vera est, non per rationes quas ipsi assignant, sed per rationē prædictam. Quartò queritur iuxta materiam huius l. pone, ego volens repatriare, & ego non habens pecuniam, tibi socio meo mandaui, quod venderes libros meos. Postmodū cum essem in partibus meis, quia proficiens in hac scientia, inueni multos amicos, qui mutuauerūt mihi pecuniam, sicut accidit mihi. vnde pœnitui de concessione facta, seu venditione librorum, & misi nuncium pro certiorando socium meum, ne venderet. Sed antequam nuncius venisset, erant venditi libri mihi, & traditi: Ego dolens veni Bononiam, & volo reuocare venditionem, dicens, quod postquam pœnitui, dominium non est translatum, quæritur, quid iuris? Et primò videtur, quod dominium nō sit translatum, vt inf. man. l. si prote. Videtur contra, vt inf. man. l. mandassem. In ista quæstione sunt variæ sententiæ. Nam quidam distinguunt: aut erat talis procurator, in quem fuit translatum dominium, & tunc valet: aut non, & tunc nō valet, vt infr. de do. l. hoc iure. §. si quis. & l. 2. §. si quis donaturus, vt not. inf. de condi. ob causam. l. si pecuniam. § si seruum. Pet. verò dicit simpliciter, quod in casu l. nostræ dominium non est translatum, quia deficit substantiale contractus, vt l. si prote, argu. suprà de ori. iuri. l. 2. Sed ita 17 est, quòd † ad dominij translationem requiritur consensus domini, vt inf. de reg. iur. l. illud. §. quod nostrū. Ergò cùm consensus mei domini deficiat in procuratione, licet procurator ignoret, non transfertur dominium rei meæ: quia essentiale deficit. Sed cōtra istam sententiam instatur. Ad † esse iudicij requiritur consensus 18 domini, super cuius rei litigatur: & tunc reuocatio mandati, facta partib. ignorantibus, non præiudicat, vt inf. de procurat. l. si procuratorem: & C. de satisdat. l. vnica. Præterea, vt debito liberaretur, requiritur consensus creditoris: & tamen si fuerit reuocatus procurator, nihilominus contingit liberatio, vt inf. de sol. l. cùm quis. §. 1. ergò videtur, quod ista sententia Pet. non sit probabilis. Ad hoc respondetur, & primò ad illud, quod dicitur de iudicio, quod non est verum, & ad esse iudicij requiratur consensus domini. Nam licet nō consentiret, valet, vt inf. de procur. l. Plautius. Sed ista non est bona responsio: Nam verum est, quod ad esse iudicij, vt teneat, non requiritur consensus domini, sed vt præiudicet domino, benè requiritur eius consensus, sicut nec ad esse venditionis requiritur consensus domini rei, quia rem alienam vendere quis potest: non tamen in præiudicium domini. Ita est in iudicio, vt infrà de procura. l. in causæ. §. sed hoc ita, & l. sed hæc, in princ. & infrà iudic. solu. l. 3. Quid ergò dicemus? dico secundum eum, quod specialis est casus: quia de liberatione agitur hîc. Similiter respondetur ad illud, quod dicitur de solutione, vbi ad esse requiritur voluntas creditoris, quod fallit ibi fauore liberationis, cuius gratia est speciale. Sic & in casu fauore liberantis, vt quando erratur in diuersis causis, quare vna est obligatoria, altera est liberatoria, vbi cedit obligatio fauore liberationis, vt infr. de soluti. l. qui hominem. §. si debitorem, & infrà si certi. petat. l. eius qui. §. quas verò. Secus est, vbi vtraq; est obligatoria, vt dixi suprà in distinctione circa fi. de articulo huius quæstionis, & plenissimè dixi suprà mandati. l. mandatum. dic vt ibi. Quintò & vltimò quæritur, quia hîc dicitur, quòd aditio hæreditatis consistit in animo. Nunquid † solus animus sine aliquo actu extrinseco faciat aliquem hęredem, vel cum animo requiratur actus extrinsecus? Dicit Iacob. de Ra. quod requiritur, quod animus declaretur per aliquem actum extrinsecum, quia res, de qua constare non potest in actu, debet per adminicula probari, vt inf. de cond. cau. da. l. dedi. §. sed si seruus. & inf. de pœ. l. cogitationis. & sic intelligitur inf. de acq. hære. l. pro hærede, cum si. Hinc est secundum eum, quod mentalis ratihabitio, de qua non constat, non obligat, vt dicit inf. de neg. gest. l. Pomp. le. 1. Sed contra eum videtur infr. de test. tu. l. duo sunt Titij. Sed ipse intelligit, vbi ius non deficit, id est, iuris præsumptio, vt si factum esset certum, quod esset tutor, de quo testator sensit: tamen quando non apparet, neuter est, idem est quando sunt duo Titij legatarij, & non apparet, de quo testator censuerit, vt inf. de le. 1. l. si quis filio. §. 1. & de re. dub. l. si fuerit, neuter est legatarius: quia deficit probatio, non ius, id est, iuris præsumptio, si factum constaret, arg. inf. ad l. Aquil. l. si ex plagis. §. in cliuo capitolino. Petr. tenet contrarium, dicit enim quod solus animus facit quem hæredem, & sola mentis ratihabitio obligat, de qua non constat probatio. Lex dicit, quod si dedi tibi seruum, vt manumittas intra pascha, & pœnitui, nec potui te certiorare, quod si manumittas, non erit liber: quia lex est contra. Sic est in proposito, vt inf. de conditio. ob causam. l. si pecuniam. §. si seruum. Illa l. non dicit hoc, secundum glos. quæ est ibi, sed facit l. si pater. de ma. Tamen lex dicit, quod si pater decedit filio iam nato, & relicta vxore, de qua dubitatur, vtrum esset prægnans, cùm in veritate non erat: quòd filius natus in totum est hæres, l. quæ certa est hoc faciente, vt infrà de acquirenda hæreditate. l. ventre, §. 1. Sic ille est tutor, & ille est legatarius, de quo testator sensit, & hoc tenet glos. inf. de postu. fer. l. sed & si ita stipu. Facit enim hæc l. quæ de omnibus certa est. Veruntamen, quia nō apparet quis sit tutor & legatarius, secundum veritatem lex supr. non admittit, vt dictis legibus, & licet sit in veritate acquisitum dominiū, habetur tamen pro non acquisito, & per consequens pro non recesso, vt infrà ex quibus caus. ma. l. nec vtilem.

RVBRICA XXI.

De officio eius, cui manda. est iurisdictio.

SVMMARIA.

1 *Delegatio cui fieri possit?*
2 *Causæ delegabiles quæ sunt?*
3 *Delegatorum iudicum officium quid sit?*

DICTVM EST suprà tit. de senat. circa Rubricam, de officio iudicum ordinariorum. Nunc videndum est de officio delegatorum: vel potest continuari aliter, vt in glos. circa Rubricam istam. Ante omnia videndum est, qui possunt delegare, quibus possit fieri delega-

HAYPUDUCTOR

delegatio, quæ causæ sunt delegabiles. & quid sit officium delegatorum iudicum, qui possunt delegare, per legem determinatum est, vt inf. de iur. omn. iudic. l. more, vbi dicitur, quibus possit fieri cõmissio iurisdictionis. Dicit glos. de hoc. infr. eod. l. vlti. tu dicas vt not. C. qui pro sua iurisd. da. poss. l. vna. & hoc de iure nostro.

1 De iure autem Canonico, non potest † delegatio fieri, nisi personis in dignitate constitutis, vt extra de rescri. c. nonnulli. De hoc dixi C. de Episc. & Cleri. l. generaliter. † Quæ causæ sunt delegabiles? Dic quod illæ, quæ iure magistratus comperunt iudici, vt iudici, aliàs non,

3 vt inf. l. i. in princ. quid sit † officium delegatorum iudicum? Istud requirit iam longum tractatum, sicut tractare de officio iudicis. de quo inf. de iur. omn. iudi. l. 1. dicemus. Sed videtur nos posse dicere, quod officium delegatorum ciuile est: quia habet simplicem iurisdictionem, & modicam coertionem.

SVMMARIA.

1 Ex generali commissione non veniunt ea, quæ specialiter non venirent: sicut in generali obligatione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter non esset specialiter obligaturus.
2 Argumentum à contrario sensu est fortissimum. & nu. 10.
3 Necessitatis causa permittuntur ea, quæ aliàs non permitterentur.
4 Concessum de vno, de alijs negatum esse videtur. Delegari non possunt, quæ specialiter cõmittuntur. ibidem.
5 Generale tantum importat regulariter, quò ad omnia, quæ sub generali includũtur, quantũ speciale quò ad speciem.
6 Tutoris datio demandatur præsidi iubenti, & delegari non potest.
7 Iurisdictionem mandatam habens, est ordinarius.
8 Iudices absentes, an possint facere loci seruatores?
9 Præsides possunt in casu absentiæ delegare, quò ad causæ cognitionem, sed non quò ad decisionem.
10 Argumentum à contrario sensu, an et quando sit validum?
11 Compilatio prima Codicis fuit facta ante compilationem ff orum.
12 Magistratuum quatuor sunt ordines.
13 Superillustres sunt Imperator & Papa.
14 Delegare an possit præses prouinciæ specialiter vnam causam meri vel misti imperij.
15 Et quid de Imperatore.
16 Delegatus à Principe nõ habet maiorem potestatem, quàm ordinarius.
17 Delegare an possit præses prouinciæ causam meri vel misti imperij, si est infirmus, licet sit præsens. Et quid si vult ire Romam, ad videndum faciem domini nostri Iesu Christi, Et si propter absentiam cõmisit causam, an delegatio reuocetur eo reuerso?
18 Causa cessante cessat effectus.
19 Argumentum à contrario sensu, vbi propriè habeat locum?

QVAECVNQVE. Circa lecturam huius leg. tenebo hunc ordinem consuetũ: quia primò diuidam legem, & ponam casum, & expediam quædam literalia. Secundò opponam. Tertiò quæram. Lex ista diuiditur in quatuor partes. In prima ponit duas regulas. In secunda parte infertur ex prima illarum. In tertia vero parte probat illationem suam, per argumentum fortissimum. In quarta parte illationem exemplificat. Secunda pars incipit ibi, & ideò, &c. Tertia incipit, huius rei. Quarta incipit ibi, & si familia. & vadit vsq; ad §. qua mandatum. Casus facilis est. Expositio literalis patebit inferiùs. Primò exle

1 ge ista not. quod † ex generali commissione non veniunt ea, quæ specialiter non venirent, vt infr. eod. l. 2. sic & alleg. non veniunt in generali obligatione, quæ quis non esset specialiter obligaturus verisimiliter. Secundò

2 not. quod † argum. à contrario sensu est fortissimum. Concor. infr. de reg. iur. l. secundum naturam, & infrà

3 de acti. empt. l. Iul. §. si venditor. Tertiò not. quod † aliqua non permissa, in casu necessitatis permittuntur, vt suprà de offic. con. l. vna. Hinc solet dici, quod non subiacet legi necessitas, vt infrà de excu. tuto. l. non solùm.

4 §. fin. Quartò not. quod † id quod de vno conceditur, de alijs denegatur. Nam hìc conceditur delegato, si absens sit. Ergò si præsens sit, non, vt concor. C. de procur. l. maritus. Expediti sumus de primo, veniamus ad secundum, scil. ad oppositiones. Primò ad l. istam oppo. dicitur hìc, quod quæ specialiter committuntur, non possunt delegari specialiter etiam, nec mandata iurisdictione transmitti. Contrà, quia licet quædam non possunt specialiter transmitti, tamẽ cum vniuersitate trãsferuntur, vt infr. de contrahen. emptio. l. in modicis, & infrà de acqui. re. dom. l. quædam. Dicendum est secundum Pet. quod quæ specialiter non possunt fieri, nec ge-

5 neraliter: quia tantum importat regulariter † generale, quò ad omnia, quæ sub generali includuntur, quam speciale quò ad speciem, vt inf. de admi. tuto. l. si duo. & C. de præscript. 30. anno. l. omnes. Sed quæ specialiter non possunt tranfire, transeunt cum vniuersitate, non cum generalitate. Vnde si do tibi omnia bona mea, & do tibi animalia mea, non transeunt cum ista generalitate, specialiter tranfire prohibita. Sed si do tibi hæreditatem meam, peculium meum, tunc transeunt cum ista vniuersitate. & differentia est: quia vbi sunt plura sub generalitate, separata sunt: & ideò quod non est alienabile, non transit. Sed vniuersale est vnum, sub quo quælibet res efficitur eiusdem naturæ, nec retinet propriam naturam. Hinc est, quod seruitutes quæ vsucapione longo tempore acquiruntur, possunt cum fundo præscribi, vt inf. communi. diui. l. arbor, & de acquir. rer. dom. l. pro regione. Secundò, ad istam primam regulam hìc dicitur, quod ea quæ specialiter legi vel senatusc. const. prin. committuntur, non delegantur. Contrà, quia datio tutorum legi vel senatusc. con. vel consti. conceditur, vt infrà de tute. l. muto. §. tutor. datio. & tamen delegatur, ergò, &c. vt insti. de act. tuto. §. sed hoc iure. Sol. quæ specialiter legi vel senatusc. const. committuntur, non de-

6 legantur. Fallit in datione † tutorum, quæ demandatur iubente præside, vt d. §. sed hoc iure. Intellige, quod fallit in terminis ibi contentis, vbi ille qui delegat, est iudex ordinarius, & vbi facultates pupilli sunt paruæ, vt ibi patet, & not. inf. de cu. & tu. da. ab his. l. nec mandante, in princ. & hoc contingit fauore pupillorum, vt habeant plures iudices. hodie non: quia dicit glo. quod competit iure magistratus, si facultates pupilli paruæ sunt, vt d. §. sed hoc iure. ita not. hìc de tu. & cur. da. ab his. l. ius dandi. Pet. verò hìc videtur sentire, quod vbi fauor pupilli hoc exigit, possit datio tutorum committi etiam priuato, propter pupilli fauorem, vt inf. de off. proconsl. l. pen. sicut cognitio de suspecto committitur priuato, propter fauorem pupilli, vt infr. ea. l. cognitio. Aduertatis, tutorum datio secundum quosdam, nõ est meri vel misti imperij, quia nõ competit alicui, eò quod habet merum imperium, vt est ei concessa iurisdictio: quia licet præses habeat merum imperium, non tamen propter hoc dat tutores, sed quia l. sibi committit, vt instit. de aleato. tuto. §. pen. & d. §. tutoris datio. Si enim sub mero vel misto imperio, vel sub iurisdictione comprehenderetur, superfluò. l. senatusconsl. vel const. conceditur, vt C. de thesau. l. vnica. libr. 10. & not. infrà de tuto. & cura. da. ab his. l. i. in gloss. Ergò ius dandi tutores pupilli, etiam paruas facultates habentibus, potest fortè dici, non esse concessum iure magistratus, sed ex speciali concessione Principis, & propterea non videtur delegabile per hanc leg. Ius ergò dandi tutores datum est, scilicet, ex constitutione principum omnibus magistratibus, non ratione iurisdictionis, sed specialis commissionis. & sic potest intelligi præalleg. l. & l. nec mandante, in princ. Sed non obst. prædictis, videtur quo sit delegabile, sicut dicit glos. quia committitur vni respectu alterius in priuilegium, vt dicemus infrà circa primam quæstionem. Tertiò opp. videtur quod ea quę specialiter l. vel senatusconsl. vel const. committuntur, in alium

in alium transferuntur, vt patet C. de off. eius qui vi. al. ge. l. 2. quę est contra. fol. ibi non est delegatus, sed est iudex substitutus in locum mortui, vel propriè abeuntis, qui habet iurisdictionem ordinariam, vt ibi dicam secundum Roff. leg. mandatum. & sic aliud est dicere iu-

7 risdictionem † mandatam, & aliud delegatam. quia qui mandatam habet, est ordinarius, vt not. in lib. Roff. sub tit. de officio delegati, & per Guil. in Spe. suo. eo. tit. §. vl. Quartò opp. dicitur hìc, quod in casu absentiæ possunt delegari, quæ specialiter sunt commissa, per l. vel senatusconsl. vel consti. Princip. Contrà, quia lex dicit, quod

8 † absentes iudices non possunt facere loci seruatores, qui sunt delegati: & sic opp. in Auth. vt nulli iudi. §. 1. in Authen. de manda. princip. l. eos qui etiam, vt iudi. fine quo quo suffra. §. nullo quoq;. Secundò dicit glos. aliud est in casu absentiæ delegare causæ cognitionem (quod fieri potest) & aliud habere loci seruatores, qui prouincias spoliant: quod non licet, vt ibi. vnde hìc loquitur in delegatis, ibi loquitur in viatoribus ribaldis & latronibus. Ita dicit Guil. sed salua pace sua, Guil. non tangit causam, nec sol. contrarium. ibi enim non loquitur de latronibus, seu ribaldis, sed de locorum seruatoribus, qui non possunt haberi. Dicas ergò quod ibi loquitur, quando præses Prouinciæ volebat visitare aliquam partem prouinciæ fortè, quia non erant ibi boni milites, & faciebant ibi loci seruatorem, cui committebant regimen illius loci. Hoc non potest, & quod sic accipitur nomen loci seruatoris, probatur in Authent. de collat. §. ad hoc. Sed habere iudices causa absentiæ ad tempus, benè potest. Ita loquitur hìc, secundum Iacob. de

9 Rauen. Quintò oppon. dicitur hìc, quod in casu † absentiæ possunt præsides delegare huiusmodi non seruatores, contra: quia l. dicit animaduertendum, &c. vt in Authent. de colla. Ad hoc. sol. dicendum est, quod præsides, dum absentes sunt, possunt hos delegare, verum est, quantum ad cognitionem, & sic intelligitur hìc. sed quantum ad decisionem, non. & sic intelligitur §. prohibemus. Sed contra hoc instatur, quòd imò quantum ad decisionem possunt delegare, vt C. de offic. eius qui vi. alie. ge. l. 2. Solut. illa intelligitur secundum hoc, vt possit cognoscere præter vltimum supplicium, & membri absciſionem, & ita notiin præalleg. l. 2. Sed hoc est falsum. Nam ille, qui loco mortui, vel perpetuò abeuntis cognoscit, ordinarius est, & merum & mistum exerceat imperium, nec de hoc cognoscendo est quæstio: quia casus est infrà de lega. 3. l. 1. §. à præfecto Prætorio. Alius autẽ delegatus in casu tempore absentiæ solùm, habet cognitionem. & ita intelligitur dictus §. prohibemus. & hoc fallit tamen, vbi esset latro cuius sententiam differre in aduentu præsidis esset periculosum: tunc quia dilatio periculum esset allatura, posset delegatus in casu absentiæ procedere ad sententiam, vt inf. de oper. nou. nunci. l. de pupillo. §. si quis rimos, secundum Petrum, & propter istam rationem ego defendebam quendam amicum meum, qui remansit vicarius cuiusdam potestatis absentis, & tunc fecit quosdam insignes latrones suspendi, vbi erat periculum in mora.

10 Quintò opp. dicitur hìc, quod † argumentum à contrario sensu est fortissimum. Sed contra hoc: quia l. dicit, non debent extra Ecclesiam conuenticula illicitè exerceri: Ergò à contrario sensu, licet intra Ecclesiam, hoc non sequitur. Item dicit l. nemo ordinariæ sedis post litis contest. declinet examen: Ergò ante litis contestat. sed hoc non est verum: quia ordinarius non recusatur. Item dicit alia l. si testator instituat filiam, & legata conditionalia sibi relinquat, & dicat sic: Si filia non diuertat à viro, quod caueat de restituendo, &c. ergò si diuertat, sequitur, volo quòd caueat à contrario sensu. Sed hoc non est verum, & sic oppo. C. de Episco. & Cleric. l. conuenticulam. & C. de iurisdictio. omni. iudic. l. nemo. & C. de qui. inte. codic. iusse. l. cum patrem. Pro solutione prædictorum sunt variæ sententiæ antiquorum & modernorum. Dixerunt enim antiqui sic, quod hoc argumentum à contrario sensu valeat, refert, an illa propositio iuris, ex qua colligitur argumentum à contrario sensu, habet istam monosyllabam, si. & tunc habet locum. & sic est in l. nostra, si profiscatur, &c. aut non habet monosyllabam, si. & tunc non habet locum prædictum argument. & sic est in leg. contrarijs. Istorum distinctio nihil valet, cùm imponat leg. verbis & non rebus: quia licet non reperiatur in l. illa distinctio, simile tamen intelligitur per resolutionem, vt dicatur, nemo declinet examen ordinariæ sedis, si est lis contest. nullus faciat conuenticula, si est in Ecclesia: ergò, &c. Quidam alij Moderni, vt Odof. & alij sequaces soluunt sic: argumen. à contrario sensu in iure nostro est fortissimum. Verum est, nisi vbi l. expressa, vel rationalis, vel primus intellectus repugnet: tunc enim non habet locum. verbi gratia: aut declinatur iudex ordinarius. l. repugnat, vt C. de iudic. l. apertissimi. Ergò non potest colligi argument. à contrario sensu ex l. præalleg. nemo. Item, vt conuenticula illicita fiant extra Ecclesiam, ratio naturalis prohibet: & ideò non potest argui à contrario sensu, in dicta l. conuenticulam. Item, vt filia diuertendo non taceat, perniciosus intellectus resultat, qui debet euitari, arg. infr. de verbor. oblig. l. Titia. §. idem respond. ideò non potest argui à contrario sensu in dicta l. cùm patrem. & ita expediuntur ista contraria secundum eum. Aduertatis, ista sunt bona verba: tamen non vrgent, sed semper posset dici lex vel ratio naturalis, vel prauus intellectus, seu perniciosus subauditus repugnaret, & ita semper impeditur prædictum argument. Alij, vt Azo, & ſſi sequaces dicunt referre, qualiter accipiatur dictio monosyllaba, si, in propositione, ex qua debet argui. Nam reperitur, quod dictio, si, aliquando accipitur casualiter, quandoq; aduersatiuè, quandoq; conditionaliter. Modò ita est, quod quando propositio, ex qua debet colligi arg. à contrario sensu valet, monosyllaba, si, accipiatur casualiter: tunc est locus argu. à contrario sensu. & ita accipitur in l. nostra, si profiscatur. quando nõ habet dictionem monosyll. si, quæ accipiatur aduersatiuè, vel conditionaliter, tunc non est locus. ver. gratia. Si nauis ex Asia venerit, promitto tibi 10. sequitur ergò, si non veniat, non dabo. Certè non: quia contrahitur sub conditione obligatio, si consistat conditio. Sed si deficiat, non contrahitur. & sic colligitur alius intellectus tunc in defectum conditionis. Ita est in l. cùm patrem, vbi pater dixit, si non diuertat filia, quod caueat. non sequitur, si diuertat, quod non caueat. Aduertatis, vos debetis scire, quod euentus conditionis non inducit obligationem, prout ostendit Hugo. inter dissolubilia sua, & gloss. dicit infrà de verb. oblig. l. à Titio. & de act. & oblig. l. obligati. Sed obligationem inducit conuentio, seu dispositio præcedens, vt si nauis venerit, dabo tibi 10. virtute conuentionis, siue dispositionis præambulæ, si nauis venerit, dabo tibi 10. verum est, virtute conuentionis iam factę, non est obligatio introducta in defectum conditionis. Obligaretur aliàs ad non petendum. non sequitur: ergò si nauis venerit, non dabo tibi 10. quia tibi non teneor dare. & sic est in dicta l. cum patrem, vbi conditionaliter ponitur: & ideò in eius defectum non possumus colligere contrarium dispositum. & ita intelligitur Azo. etiam benè dixisse. Sed videtur, quòd malè dicit, nam & vbi ponitur, si, conditionaliter, infertur argumentum à contrario sensu per l. si repetendi. C. de condi. ob caus. Respondetur, quòd ibi conditio, si, accipitur casualiter, & sic in causæ defectum, contrahitur obligatio, & quòd sic accipiatur, patet ex Rubrica illius titu. qui dicit, conditio ob causam. ergò, &c. Adhuc instatur contra Azo. & ostenditur, quòd dictio, si, casualiter accepta, conficiat argumentum à contrario sensu. Si aliquis promittit mihi annua, vel singulis annis, videtur promisisse quolibet anno summam: & tamen dicit l. quòd si promittis quo ad vnum, 9 hęres meus obligatus est ad non petendum, etiam potest hæres repelli per exceptionem taciti pacti. Ergò si non viuat, contrahitur obligatio, & sic infertur conditio, si, argum. à contrario sensu. & sic opp. Azo, de l. cum qui. §. quisita. cum sim. inf. de ver. oblig. Ad hoc respon-

HAYON BIBLIOTEKA
Ovaj imenik je vlasništvo
ЗАВИЧАЈНИКОВА

detur, quod falsum est, quod vbi promittitur per stipulationē singulis annis, vel quo ad viuam, sit stipulatio conditionalis: imò est pura in æternum, vt ff. de do. cau. mor. l. senatus, in fi. de ver. ob. l. si Stichus. §. si stipulatio. & ideò cùm dicerem quo ad viuam, videtur pactum esse interpositum, vt non petatur post mortem meam: & ideò hæres meus exceptione repellitur. Non obst. leges superiùs alleg. quia loquūtur in vltimis voluntatibus, vbi legatū annuum, vel singulis annis, vel quo ad viuā, intelligitur esse conditionale prosequentibus annis, vt l. prædicta. cum suis simi. & ideò repellitur hæres legatarij ipso iure. sed Pet. respondet, quod ratio diuersitatis inter stipulationem & legatum non tollitur: quia in stipulatione versatur factum stipulantis: in legato non, sed operatur sola voluntas: & ideo plus debet habere factum suum, quam alienum, vt alleg. Similis est ratio inst. de verb. oblig. §. ex conditionali. Propter ista dico, quod Præceptor meus Dy. in §. præalle. stipulatio, malè loquitur in additione sua, vbi facit differentiam inter stipulationem conceptam singulis annis, & stipulationem conceptam istis verbis, quo ad viuam: quia primam dicit esse in diem, secundam cōditionalem, quod non est verum: quia si hoc esset verum, iam sequeretur, quod conditionis defectus inferret, argum. à contrario sensu, quod sup. reprobatum est, secund. opi. Azo. Accipitur ergò secūdum Azo. à contrario sensu, quando ista monosyllaba, si, accipitur in propositione casualiter, non quando conditionaliter, & sic soluuntur prædicta contraria. Dico quod Azo benè dixit: tamen verba sua sunt nobis extranea & ardua. Dicamus ergò cōpetētius & melius, secundum Iac. de Ra. & Pet. quod arg. à contrario sensu habet locum à destructione causæ finalis, iuxta illud. cessante causa cessat effectus, vt in fi. dicam. Quæ est causa finalis, quare præses potest istam cognitionem committere: quia ista causa cessante, non potest committere hoc alteri. Ad ista ergò nostra potest respondere hoc modo, conuenticula illicita extra Ecclesiam non licet facere: sequitur ergò intra Ecclesiam licet facere: non, quia causa finalis non est, quia extra Ecclesiam, sed quia illicitum est, & ideò cum illa vbiq; duret, non licet alibi facere. Item, nemo post lit. contesta. ordin. non ordin. examen. ergò ante lit. contesta. licet declinare. non sequitur: quia non est causa finalis, quia lit. fit contesta. sed quia ordinarius iudex, qui recusari non potest, vt l. apertissimi. Posses tu dicere modò, quare dixit illa lex post lit. contesta. Respondeo, non dixit, habito respectu ad materiam recusationis, sed habito respectu, ad materiam ostensionis. poterat olim actor abstinére ab agendo, vsq; ad lit. contestat. non potest iodie post actionem semel propositam abstinere, vt in Authen. qui semel. Item in leg. cum patrem, non fuit causa finalis, vt non diuerteret. Sed causa finalis fuit, ne fiat fraus legato: & ideò, &c. argum. inf. vt leg. no. cauea. per totum. & sic expediuntur prædicta contraria per aliam vnam, quàm per solutionem Azo. Expediti sumus de contrarijs. Veniamus ad quæstiones, quæ declarant l. istam. Primò quæritur, l. ista dicit, quod quæcunq;. l. vel senatusconsl. vel constitut. principum, mandata non possunt delegari. quæritur ergò, quę sunt ista? Per exemplum dicit Guiliel. quod exemplum de l. est in l. Iulia. de adult. & in l. Iul. de vi. vt hîc. & infrà ad legem Iuli. maie. per totum. Exemplum de senatusconsl. est in senatuscon. vt hic, & ad Silla. l. i. §. i. Exemplum de constitutione Principum est in constitutione illa. C. ne liceat post lit. l. prima. dices tu modò, illud exemplum de constitutione illa, non est bonum: quia ista lex est antiqua, illa noua: quomodo ergò facit mentionem de illa? Respondetur, † quod prima compilatio C. facta fuit ante compilationem ff. & ideò, &c. argumen. insti. de iure nat. §. responsa. Contra prædicta instatur: quæ simpliciter commissa sunt, non possunt delegari. Sed ea, quæ iure magistratus simpliciter committuntur, sicut in secunda regula. Nunc ita est, quod merum & mistum imperium generaliter committi possunt, ea ratione, quia magistratus. ideò, &c. vt suprà de officio præsid. l. illicitas. §. qui vniuersa. Respondent quidam, quod hîc de quibusdam intelligitur simpliciter, in simplicitate causarum, expressa in committendo. vnde certæ sunt causæ expressæ cōmissæ iudicibus à l. & illæ non possunt delegari. Aliæ sic, sicut est qñ fit cōmissio ab homine: quia refert, an fiat commissio quarundam causarum expresse, an fiat commissio generaliter omnium causarum, vt primo casu non possit delegare: secundo sic, vt C. de iud. l. à iudice. & inf. quis & à qui. app. lic. istorum intellectus est nullus. Nam cùm fit commissio ab homine, cuius refert, vtrum simpliciter vel generaliter fiat commissio causarum, vt subdelegatio fieri possit: quia vtrum valeat, cùm fit commissio ab homine, non est diuersitas, secundum Iac. de Ra. Sed Pet. contra. nam secundum eum, non refert, quando ab homine vtrum generalis vel specialis fiat commissio: qua neutro casu posset fieri subdelegatio, vt dicam inf. de iuri. om. iudi. l. more, de quo dic vt ibi. Alij dicunt, quod debet hoc intelligi in speciali causa personarum expressa committendo, vt quando committitur causa legum professoribus, vt sup. in prœmio circa fin. quæ secundum iura nostra delegari non possent. Sed hodie cum causarum cognitione non tantùm Doctoribus, sed & magistris liberalium artium committitur, si est specialis causa personarum expressa, vt C. ne filius pro patre. Auth. habita. Iste intellectus similiter nō potest stare: quia illa quę sunt delegabilia, possunt delegari. Sed illa quę non sunt delegabilia, non possunt delegari. Vnde non est intelligendum simpliciter, in causa speciali personarum committendo, secundum Ia. prędictum. Quid dicemus? Dico quod ista litera debet exponi, id est, expressa vni personæ respectu alterius: ita quod non omnibus, & ità in priuilegium committitur vni, respectu alterius tanq; de maioribus. Nam quædam sunt, quæ omnibus competunt, vt in Authen. de man. princ. sed neq; talis. Nam simpliciter committuntur l. vel sen. con. vel constitut. princi. Et ideò possunt delegari, & ita intelligitur secūda regula huius l. quædam sunt, quæ simpliciter conceduntur, non dico vni vel pluribus, sed vni, ita quod non omnibus in priuilegium: quia non de maioribus, de quibus lex magis confidit: & sic competit vni respectu altertus, & respectu inferioris. Dices tu, quomodo potero scire, si sit tributa vni de maioribus in priuilegium. Pone quod l. dicit, de tali causa præses cognoscat, nunquid sibi sit datum priuilegium? De hoc est dubium apud Petr. dicit tamen, quod l. vel senatusconsl. vel constitu. princ. committit simpliciter iudicibus in priuilegium. Vbi de illa causa est specialis tractatus factus, per l. vel senatusconsl. vel constitut. princip. vt ibi, senatusconsl. simpliciter tractat. infrà ad Sillanianum. l. i. §. i. & per constit. vbi specialis tractatus est factus, vt C. ne li. potent. l. i. At vbi non est specialis tractatus factus, non committitur aliter alicui simpliciter, vt patet in tractatu de loca. & conduct. de actio. empti. & simi. Secundò quæro, nos diximus modo, quòd vbi committitur specialiter, tanquam de maioribus in priuilegium, non potest fieri transmissio. Si verò committatur vni, ita quod non omnibus ratione magistratus potest fieri delegatio. Quæro nunc, qui sunt isti maiores iudices, & qui sunt minores? Pro hoc gloss. nostra ponit hîc † quatuor ordines. Magistratuum: vt Illustrium, Spectabilium, Clarissimorum, etiam simplicium magistratuum. Primis tribus tribuuntur cognitiones meri & misti imperij regulariter, tanquam maioribus in priuilegium, vt dicam inf. de iurisdi. omn. iud. l. i. Quarto ordini non tribuuntur ista, quam de mero & misto imperio. qui autem sunt de istis ordinibus not. in Authen. de illustribus & quis. sup. eo. Aduertatis, gloss. non dicit aliquid de superillustribus. vnde ego vidriam dubitari apud magnos scholares, qui sint superillustres: & quare gloss. hoc commisit de eis? Dicunt quidam, q; † superillustres sunt Papa & Imperator, & ita refert Guiliel. in Spec. circa prin. sed istud non videtur verum: quia sumus Pontifex & Princeps sunt supra omnes ordines, & ab eis cæteri fulgorem recipiunt. Prætereà à superillustribus

stribus appellatur ad principem: ergò, &c. Quære videtur melius dicendum, quod si illustres sunt consules, & patres. not. C. vbi sen. vel cla. l. quotidie. Cur ergò hoc non dixit gloss. de eis? Dicunt quidam, quod non reperitur, quod habeant merum vel mistum imperium, sed tantùm voluntariam iurisdictionem, vt supr. de officio consul. l. vna, & propterea gloss. non facit de eis mentionem. Hoc est falsum: quia imò habent merum imperium, vt infrà de appel. l. i. §. deniq;. & infrà de arbitr. l. 3. §. vltim. Cur ergò non meminit gloss. de eis. Dicunt quidam, quòd non fuit recordata, & sic deficit. Alij dicunt, vt Petr. & melius, quod licet habeant merum imperium, non tamen ita latè exercent suam iurisdictionem, sicut alij: quia morantur circa latus princip. nec vult Princeps, quod occupentur circa negocia aliorum, & ideò gloss. non curauit de ipsis facere mentionem. Ter-
14 tiò quæritur circa leg. istam, Præses prouinciæ † vult specialiter committere vnam causam, meri vel misti imperij, nunquid potest? Videtur quod sic: quia hîc prohibet transmitti mādata, generali iurisdictione, & quæ non possunt generaliter demandari, specialiter conceduntur, vt infrà de minori. l. illud. Determinatur contrà, per l. i. de regul. iur. l. nemo potest. sed illa l. loquitur de mero imperio. Ideò non intelligunt, quod sicut causa meri imperij non delegatur: ita nec causa misti, quia simpliciter committitur iudici, tanquam vni de maioribus in priuilegium. & hoc propterea sic ius meri imperij est tributum præsidi, vt l. illicitas. §. qui vniuersas. supr. de offi. præto. not. arg. ex quo tributum est maius. ergò ius misti imperij quod est minus: Ergò in meri & misti lex tribuit principaliter præsidi, tanquam vni de maioribus in priuilegium, quod non competit inferioribus à præside: & sic nō potest delegari. Consentit hoc gloss. tu dices de hoc, vt dicemus inf. de iurisdi. om. iud. in l. imperium. Quartò quæritur, nunquid Imperator
15 posit delegare † causam meri imperij? Videtur quod non, quia eius authoritas pendet à lege, vt l. digna vox. C. de leg. ergò, &c. per hanc l. dicendum contra, vt patet expresse. C. vbi sena. vel cla. l. quotiens. Non obst. l. ista. quia Imperator solutus est. l. quantum ad eorum ordinationē, vt C. de preci. Imp. offe. l. i. de re iud. l. quidam. Quintò quæro, Princeps potest delegare causam meri imperij, sed nunquid eius delegatus poterit committere? Videtur quod sic, vt C. de iudic. l. à iudice. & ita not. C. qui pro sua iurisdict. l. vnica. Respond. dicendum est,
16 † quod delegatus à Principe non habet maiorem potestatem, quàm ordinarius, sed ordinarius non posset: ergò, &c. per hanc l. Prætereà, sicut ille cui est commissum specialiter à l. merum imperium, non potest illud delegare: sic nec ille, cui cōmissum est à Principe: quia cùm ipse committit causam meri imperij, committit eligendo industriam personæ, cùm ex magnitudine rei commissæ videatur electa industria personæ, vt in epistola. Iaquet. ad fin. C. de summa Trini. ergò commissum est sibi priuilegium, tanquam vni respectu alterius: & sic non potest delegare, secundum Iac. de Rau. quod est verum, vnde gloss. illa malè dixit. Sextò quæritur, dicitur
17 hîc † quod præses cognitionem meri imperij potest delegare, si proficiscatur, quid si est infirmus, & præsens: nunquid potest delegare? Videtur quod nō, quia quod de vno conceditur, de alio denegatur, vt hac l. Econtrà videtur quod sic, vt suprà de offic. consul. l. vnica. & de offic. proconsul. l. aliquando. & ista est veritas. Non obstat illud, quod de vno conceditur, &c. quia quod de vno conceditur, & quod de vno prohibetur, & in eius simili prohibetur, C. de diuer. rescript. l. i. & quia est eadem ratio, vt l. adigere. §. quamuis. Septimò quæro, præses potest committere causam meri imperij, si proficiscatur. Modò pone, quod vult ire Romam ad videndum vultum domini nostri Iesu Christi. antequam abiret, vult delegare, nunquid potest? Videtur quod non, vt hîc. Sed dicendum est, quod præses intendens abire, primò habet sarcinulas præparare, & in illo modico tempore reputatur absens, vt ex quibus casibus maior. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & ideò in alio modico tempore, quo sarcinulas componit: ad iter intendens, tanquam impeditus potest committere, ante non. Octauò quæritur, præses propter absentiam causam commisit. modò reuertitur: nunquid delegario reuocetur ipso iure? Ista quæstio videtur similis quæstioni sabbatinæ, quam mouet Guilielmus infrà mandat. l. qui mutuam. §. primo. Tamen dicendum est, quod non est similis: quia homo præsens potest habere procuratorem, sed præses non potest propter iudicium delegatum meri imperij. Quid ergò dicemus? Certè facilis est responsio, si consideramus causam finalem. Causa finalis est, propter quam potest committere, quia ipse abest: ergò si reuertitur, cessat causa, & per conse-
18 quens remouetur effectus, iuxta illud, † cessante causa, cessat effectus, vt C. de Episcop. & Cleric. l. generaliter. & infrà de iure pat. l. adigere. §. quamuis. Non tamen intelligas, quod statim reuocetur, sed post modicum tempus, quando suas sarcinulas depositi, vt in §. sed quod simpliciter. Nonò iuxta hoc quæro, præses quod proficiscebatur causam delegauit: verum reuersus est, abfuturus tamen statim: nunquid tunc erit reuocata delegatio? Dicas quod non, argumen. C. de cu. fu. l. cum alijs in fin. Decimò quæro, Iurisconsult. probat opinionem communem suam per fortissimum argumentum: modò reuocatur in dubium, quod est illud argumentum, quod hîc appellatur fortissimū. Dicunt quidam, quod est argumentum à simili, quod habet sumi per eandem, vel quasi eandē rationem, vt dixi C. de leg. l. i. Alij dicunt, quod est argumentum à contrario sensu. Iaco. de Ra. etiam benè, q. hîc est vtrumq; arg. per quod concludit & probat, scilicet, arg. à simili, & arg. à contrario sensu, verbi gratia. argum. à simili probat. Quæcunq; simpliciter committuntur, non possunt delegari. Sed in l. Iuli. de vi. cauetur, quod potest demandare eius cognitionem, si iudex proficiscatur: Ergò à simili idem in alijs publicis iudicijs, quod possint demandari, si proficiscatur præses. Idem probat per arg. à contrario sensu, præses cognitionem legis Iul. de vi, potest demandare, si proficiscatur. Ergò si non proficiscatur, non potest. & sic aduerte, quod iurisconsul. facit quoddam enthymema, probando & arguendo per duos similes. Omne enim enthymema ex duabus propositionibus tollitur, secundum logicos, quarum nulla propositio nec subiecto, nec prædicato conuenit, & non possunt duci ad vnum syllogismum, sed vtendum est duobus, verbi gratia, homo currit: Ergò risibile mouetur. Reducitur sic: omne animal currit, omnis homo est animal, ergò omnis homo currit. & sic in l. nostra non possunt reduci ad conuenientiam, per vnum syllogismum, sed habent reduci per duos. Primò, quod præses potest cognitionem. l. Iuli. de vi mandare, si proficiscatur: sed cùm eadem sit ratio in alijs publicis iudicijs, potest delegare, si proficiscatur. Causa finalis est, quod si diuertat præses: ergò si præses non diuertit non mandat. & sic habet reduci ad conuenientiam per duos similes, secundum
19 Iacobum prædictum. Vndecimò quæritur † iuxta hoc, vbi propriè habet locum argu. à contrario sensu? Quidam dicunt, vbi oppositum in oppositō, & propositum in proposito, verbi gratia, quis habet lucrum in casu lucri: ergò habet damnum in casu damni, vt infr. de regul. iur. l. secundum naturam, & est proprium exemplum de hoc, infrà de actio. empt. l. Iuli. §. si procurator. vbi si procurator emit, dominus agit vtili ex empto. à contrario, vbi procurator vendit, tenetur dominus vtili ex vendito. & hoc est, quod dicunt Doctores, oppositorum eadem est disciplina. Certè istud propriè non est argumentum à contrario sensu. imò est à contrarijs, vt si hoc est album: ergò non est nigrum. & istum modum arguendi propriè habemus, suprà de legi. l. non est nouum. quod est ergò proprium argumentum à contrario sensu? Dicendum est, secundum Petr. quod est illud, quod fundatur super regula, quod cessante causa cessat effectus. ita fundatur in l. nostra, Præses potest delegare, si proficiscatur, & si velis destruere causam finalem, quia pone eum præsentem: dic ergò non pote-

HAYUDOVO

rit tunc committere. Sic intelligi debet l. ista, & infr. de pact. leg. quod dictum, & infr. mand. l. si procuratorem. §. ignorantes. & inf. de iure patron. l. adigere. §. quamuis. & C. de Epis. & Cler. l. generaliter. Si non sit causa finalis, sed impulsiua, non resultat argumen. à contrario sensu, vt est videre in Calphurnia, inf. de postul. l. 1. §. sexum. & in similibus. & sic intelligatis istam materiam, vt vobis clara & expedita remaneat.

RVBRICA I.

De iurisdict. omnium iudicum.

SVMMARIA.

1 *Clausula generalis generaliter omnia præcedentia complectitur.*

RVbrica ista continuatur ad præcedentia duobus vel tribus modis, vno modo sic: dictum est in præcedentibus titulis de officio diuersorum iud. singulariter designando, quod proprium officium vniuscuiuscunque sit, vt suprà in titu. de se. & tit. se. Verum, quia non est nouum, vt quibusdam specialiter enumeratis, sequatur † clausula generalis, quæ omnia præcedentia generaliter complectatur, vt infrà ad leg. Aquil. l. si seruus seruum. §. inquit. ideò ponitur hic Rubrica generaliter de iurisdictione, &c. & istam continuationem ponit gloss. Secundo modo potest continuari. Dictum est suprà de iurisdictio. ordinarij separatim, vt in titul. de sent. & de legato. similiter vt suprà in titul. de offi. eius cui mand. est iurisdict. Sed quia expedit, quòd simul subsequatur, quæ in similibus tractata sunt separatim, vt patet C. famil. hercis. & communi diui. & C. communia vtriusq; iudi. ideò præmissis tractatibus de iurisdic. separatim, nunc ponit tractatum communem de iurisdictio. omn. iudi. Et istam continuationem ponunt Moderniores. Tertiò potest sic dici. Dictum est suprà de iudi. ordi. & delega. & de eorum officio vsque huc. Verum, quia officium prædictorum iudicum esset inutile sine iurisdictione, vt infrà eod. tit. de iurisdicti. omn. iudi. & istam continuationem Odof. quamcunq; teneatis, bona est. quærit gloss. in quo differt hæc Rubrica ab illa suprà de offic. eius cui mand. est iurisd. ista quæstio de nihilo seruit post prædictas continuationes: tamen gloss. respondet duob. modis. Primò dicit, quod ibi tractatur de iurisdictione deleganda, quæ concurrit cum ista delegatione. Vult dicere, quod ibi tractatur de virtute iurisdictionis, in quantum respicit delegatum: sed hìc tractatur de iurisdictione, in quantum respicit causarum cognitionem. Secundò differt, quod ibi tractatur principaliter de iurisdictione delegata, & incidenter tractatur de ordinaria. hìc verò tractatur de vtraq; principaliter.

SVMMARIA.

1 *Officium iudicis est latissimum. & num. 12.*
2 *Iudex ex officio dat bonorum possessionem.*
3 *Et mittit ex officio suo quem in possessionem ipso facto.*
4 *Et etiam dat iudicem litigare volentibus.*
5 *Merum imperium consistit in gladij potestate.*
6 *Genus assumit nomen speciei.*
7 *Causæ omnes regulariter desiderant plenam cognitionem.*
8 *Missio in possessionem, an sit missi imperij?*
9 *Tutoris datio, an sit missi imperij?*
10 *Iudicis datio, vtrum sit imperij vel iurisdictionis?*
11 *Tutoris datio, an possit delegari?*
13 *Restitutio in integrum conceditur officio iudicis.*
14 *Mittere in possessionem potest iudex per nuncium.*
15 *Officium iudicis & iurisdictio, an sint idem?*
16 *Officium iudicis & actio, an sint idem? num. 21.*
17 *Cautio damni petitur officio iudicis.*
18 *Restitutio minorum officio iudicis petitur.*
19 *Dictio, alias, est implicatiua.*
20 *Simile nihil est quòd sit illud.*
22 *Iudex non habet necesse reddere ius: tamen si reddit, gratiam facit, & si non reddit, est iniuriosum.*
23 *Officij iudicis plures sunt species.*
24 *Officium iudicis nobile est, quod per se stat.*
25 *Iudex competens, an possit & debeat officium suum exercere sine interpellatione vel aliqua postulatione partis?*
26 *Officium iudicis, an habeat proponi in libello?*

IVS DICENTIS OFFICIVM. In ista lege sic procedit iurisconsult. Primò, ponit dictum suum. Secundò, dictum suum declarat per quatuor exempla. & sic duæ sunt partes huius legis. in prima parte ostendit iurisconsult. quid sit officium iudicis. & dicit,
1 quod † ius dicentis officium latissimum est. In secunda parte declarat, quòd dare potest, & mittere in possessionem, & tutores non habentibus constituere. Primò nota. ius dicentis officium est latissimum. Ad quod facit infrà de offici. præ. l. 1. Secundò not. quod
2 † iudex ex officio suo dat bonorum possessionem, & quia decernebatur à Prætore seu iudice, dicebatur olim decretalis, infrà de succes. edict. l. 1. §. decretalis. Hodie verò non est opini. quòd decernatur ad hoc, vt acquiratur ei, cui est delata. Sed sufficit solùm, quod cognoscatur coram iudice, & hodie potest dici iudicialis, vt not. infrà de bono. possess. l. 3. §. sed si. & dixi C. qui admitt. ad bonorum possess. dic vt ibi. Tertiò not. quòd
3 † iudex ex officio mittit quem in possessionem ipso facto, vt hic. & infrà de damn. infect. l. 3. §. si fortè. Hinc est, quod nuncius missus habet duplex auxilium. Vnum est, actio in factum. Alterum est, officium iudicis, vt infrà ne vis fi. ei. l. si quis missus. in princ. Quartò not. quòd iudex ex suo officio non habentibus tutores, con-
4 stituit. Quintò & vltimò not. † quòd iudex similiter ex officio suo dat litigantibus iudicem, id est, delegat, vt inf. eo. l. imperium. vltimo respons. Litigantibus dico, id est, litigare volentibus, vt inf. de iud. l. obseruandum. Expeditis literalibus, restat declarare materiam huius legis, quam quidem expediam, multa contraria obijciendo contra exempla quæ hìc ponuntur, & non sunt missi imperij. Sed ego de ijs, eodem quærendo & soluendo. Vnam opi. faciam. Ecce dicitur hìc, quod ius dicentis officium est latissimum, & hoc declarant, quæ hìc subijciuntur. Sed ista exempla sunt minora, respe-
5 ctu † meri imperij, quod consistit in gladij potestate, vt infrà eod. l. imperium. & sic videtur, quod ius dicentis officium nõ sit latissimum: quia consistit in ijs quæ subijciuntur hìc: imò debuit dicere, quòd est latissimum, quia consistit in gladij potestate, & animaduersione in facinorosos homines, vt dict. l. imperium, & sup. de officio præ. l. illicitas. §. qui vniuersas. Ergò videtur, quod ista exempla non sint sufficientia, nec conuenientia latissimo & plenissimo officio ius dicentis. Ad hoc respondetur, quod tres sunt species iurisdictionis, strictè sumendo. Vna est merum imperium. Secunda species, mistum imperium. Tertia species, iurisdictio strictè accepta. Sed secundum Pet. duæ sunt species. Vna est imperium. Altera est iurisdictio. Imperium subdiuiditur in magnum & modicum. Magnum subdiuiditur in merum & mistum, vt plenè dicetur in d. l. imperium, infrà eo. Et hìc iurisconsul. voluit declarare, officium ius dicentis latissimum esse per alias species, quàm per speciem meri imperij. Nam si declarasset latitudinẽ & plenitudinem eius, per solam speciem meri imperij, nõ benè fecisset: quia si consisteret tantum in vna specie, non esset latissimum: imò strictissimum. Vel dicendum est, quòd iurisconsul. intellexit etiam in mero imperio, & hoc indicat litera seu dictio, &, quæ hìc ponitur, exponendo, & pro causa, id est, sit dictio implicatiua, vt aliàs supr. de officio Prætor. l. Barbarius, & l. sed etiam, &c. ergò officium dicentis est latissimum, quia animaduertere potest in facinorosos homines, & bo. possidare. Ex ijs enim declarat latissimum, quia in omnib. speciebus iurisdictionis

ctionis consistit. Modò declaremus legem istam quærendo. Primò de quibusdam pertinentibus ad text. & gloss. Præterea de ijs, quæ pertinent ad materiam officij iudicis. Primò quæritur, quare iurisconsult. dixit ius dicentis, & non dixit iudicis. Dicit gloss. quod ideò dixit, ius dicentis, & non iudicis: vt denotaret imperium maioris iudicis, non minoris. Nam per exempla, quæ subijciuntur, datur intelligi, quod non de omni iudice, sed de maiori tantùm sentit. Sed certè ego confiteor, quod ista exempla (excepto vltimo) sunt magis imperij, quàm iurisdictionis, vt statim declarabo. Tamen non propterea constituitur differentia, quod alius sit ius dicens, & alius iudex. imò vnum & idem est, & per Etymologiam appellatj, quia ius dicit, vt extra de verb. signifi. c. forus. §. in omni quoq; iudicio. & ideò dicit Ia. de Ra. quod hæc quæstio est fatua: Nam si posuisset iudicis, similiter posset quæri, quare non dixit ius dicentis? Dixit ergò sic, quia ita placuit sibi, secundum eum. Secundò quæro, quare iurisconsultus dixit officium, & non iurisdictio, sicut suprà dixit, iurisdictio est genus, & diuiditur in duas species, secundum Pet. in imperi-
6 um & iurisdictionem strictè sumptam. Nam † genus assumit sibi nomen speciei, sicut suprà de adopt. l. 1. Modò ita est, quod si dixisset iurisdictio, strictè esset sumptum nomen iurisdictionis: & sic non esset latissimum, nec conuenirent exempla quæ hìc ponuntur, quæ sunt de misto imperio. Tertiò quæritur, quare dixit, latissimum, & non longissimum? Dicunt Docto. quia latitudo magis respicit distinctionem, quam longitudo: vt longus homo vix est sapiens, sed paruus est iocundus, & sic propter complexionem plerunq; dixit latissimum, & non longissimum. Sed cõtra hoc est, quia in pulchro corpore residet omnis virtus & plenitudo, non in paruis corporibus, secundum Philosophum: ergò, &c. dicamus ergò, quod ita dixit, quia ita dicere sibi placuit. Quartò quæritur, nunquid exempla, quæ hìc ponuntur, sint missi imperij? Et primò videamus hoc modo. Merum imperium est, quod consistit in animaduersione, vt inf. eod. l. imperium. Ergò bono. poss. in hoc non est de mero imperio. Item, iurisdictio strictè sumpta est iudicis dandi licentia, vt inf. eod. l. imperium, in fi. Sed bono. poss. non delegatur: Ergò non est iurisdictionis, quod probatur sic: Bon. poss. secund. l. 2. §. dies. ff. si quis ordo in bon. possess. quæ causæ cognitionem desiderant non delegantur, vt l. nec quicquam. §. vbi decretum. & infr. de reg. iur. l. omnia quæcunq;. Concluditur ergò q; bon. possess. non demandatur, vt sup. de officio eius cui man. est iurisd. l. cognitio. §. vt possess. bon. Ergò non est iurisdictionis. Ad hoc respondetur primò, quod hìc loquitur de bon. poss. quæ tribuit ius, in quo versatur causæ cognitio: & sic intelligitur hìc gloss. ibi loquitur in legato proconsu. in quo est ibi speciale, vt ea quæ sunt meri imperij possint demãdari. Sed hoc legitur ibi totum in prin. vt est ibi. §. secũdum quosdam. Adhuc instatur contra gloss. Ipsa dicit, quod bon. poss. est missi imperij: quia cùm requirat omnem cognitionem, nõ potest delegari: & quia non est delegabilis, non est iurisdictionis, sed missi imperij. Hoc non videtur verum, nam regu-
7 lariter † omnes causæ desiderant plenam causæ cognitionem, vt C. de iudi. l. iudices. & tamen delegantur. Eadem ergò ratione bon. poss. est delegabilis: quia vbi eadem ratio, ibi est idem ius, vt l. illud. & l. delegabilis. Ergò iurisdictionis & non imperij. Præterea gloss. dicit hìc, quod hodie est iurisdictionis: quia agnoscitur coram quocunque iudice, vt C. qui admitt. ad bonor. possess. succedit in locum decretalis, sed res subrogata fungitur vice eius cui subrogatur, vt instit. de actioni. §. fuerat. Concluditur ergò, quod sicut hodie potest coram quocunq; iudice agnosci, sic & olim potuit. Quid dicemus? Dico quod de iure isto, bonor. possess. est de misto imperio. Nam sicut plene dicemus infrà ead. l. mistum imperium est vnum genus, compositum ex duobus, scilicet, ex mero imperio, & ex iurisdictione à mero imperio capit. vt quia consistit in ijs, quæ ex potestate & officio iudicis nobili dependent, à iurisdictio-
8 ne capit, quod aliquid applicabitur parti. & ita hæc bonorum possess. datur nobili officio implorato, & applicat imploranti emolumẽtum bonorum defuncti. Ideò dicitur missi imperij de iure isto. Hodie verò non possumus negare, quin possit agnosci, etiam apud duumviros, dicta l. fina. nec sequitur quod si hodie potest agnosci, ita olim poterat per quoscunque decerni: Hoc est verum. vel potest dici, quod licet possit cognosci apud minores iudices, non propterea sequitur, quòd sit iurisdictionis, imò imperij. Nam etiam causæ meri imperij per minores iudices expediuntur, vt agnitio bonorum & similia, & nihilominus sunt meri imperij, vt infrà ead. l. imperium. Dicemus, vel dicendum est secundum Iacob. de Aren. quod in dicta l. fin. loquitur de agnitione. Decretum autem de agnitione fit per duum uiros, & sic bonorum possess. quæ ipso facto determinatur, est missi imperij, secundum eum. Quintò quæritur, nunquid secundum exemplum huius legis, scilicet, in possess. † mittere, sit missi imperij? Videtur
8 quod sic, vt infrà ead. l. iubere. & infrà ad Municipa. l. ea quæ. §. magistratibus. Econtrà videtur quod non, vt suprà de officio eius, cui mandata est iurisdictio. l. cognitio. §. vt possess. Solut. gloss. distinguit: aut nos loquimur de missione in possess. re ipsa, & ipso facto: & tunc videtur quòd est missi imperij, vt in prælegata lege: aut nos loquimur de pronunciatione, quam iudex facit de mittendo, quæ requirit causæ cognitionem, & non sunt delegabilia, vt infrà de regulis iuris. l. omnia. ergò non sunt iurisdictionis, etiam sic pronunciando, demittendo, quod non potest esse de iurisdictione. Propter hoc quidam subdistinguunt, cùm nos loquimur de pronunciatione, aut intelligimus de pronunciatione, quæ requirit plenam causę cognitionem, & tunc est iurisdictionis. Sed Petr. credit indistinctè, quod ipsa pronunciatio cum causæ cognitione, vel sine ea non sit imperij: imò iurisdictionis, & sic poterit delegari, & fiet executio per ordinem, vt infrà de re iudic. l. à diuo Pio, in princ. Istud credo verum. De hoc plenius dicam infrà eod. l. iubere cauere. Sic ergò collige ex præmissis, quod aliud est in possess. mittere, aliud pronunciare de mittendo. Item, aliud est restituere, & aliud pronunciare de restituendo, vt no. C. vbi & apud quem. l. vltim. Idem aliud est liberare, & aliud pronunciare de liberando, vt C. si aduers. plu. l. 1. & hæc omnia sunt arg. quod licet potestas municipalis ex vigore statuti non possit vltimo mense sui regiminis aliquem extrahere de bãno, poterit tamen pronunciare de extrahendo, & successor mandabit sententiam executioni, secundũ
9 Iac. de Rau. Sextò quæritur, † nunquid tertium exemplum huius l. scil. tutoris datio sit missi imperij? Videtur quod sic, vt inf. de tu. l. mut. §. tutoris. & de tu. & cu. da. ab his. l. nec mandante. Econtrà videtur quod sit iurisdictionis, & competat iure magistratus, vt suprà de officio proconsu. l. pen. & infrà de curatori. datis ab his. l. ius dandi. & instit. de actio. tuto. §. nos autem. Sed distinguendum est: aut facultates pupilli sunt infr. quingentos aureos, & tunc competit iure magistratus, vt d. §. nos autem: aut sunt suprà quingentos aureos, & tunc est missi imperij, vt dicto §. tuto. & ibi not. Iaco. Bal. de Bonon. indistinctè dicit, quod tutoris datio est missi imperij, & respondent ad §. nos autem, quod verum est, quod magistratus possunt dare tutorem, si facultates pupillorum sunt infrà quingentos aureos, præsente tamen Antistite: & si nõ potest Magistratus solus. & ideò non competit iure magistratus. Nam ea, quæ propriè competunt magistratui, expediuntur per eum solum: ergò, etc. Præterea per §. nos autem. Alij dicunt, quod non est missi imperij, nec iurisdictionis, sed competit quibusdam ex commissione l. vt dixi suprà de officio eius, cui mand. est iurisdictio. l. in secunda opinio. Sed ista lege cauetur contrarium, quæ dicit, quod tutoris datio pertinet ad officium iudicis ex officio suo, & ex potestate quam habet ex officio sibi collato. Ac simpliciter loquitur de iis dicente. ergò, &c. Septimò quæ-
10 ritur † de quarto & vltimo exemplo huius legis, scili-

cet, de iudicis datione, vtrùm sit imperij vel iurisdictionis. Sed expeditum est, de iurisdictione strictè sumpta, vt infrà eadem lege, imperium. in fin. Octauo quæritur, dictum est suprà proximè, † quod tutoris datio potest delegari, si facultates pupilli sint infrà quingentos aureos, secundum vnam lecturam. Sed hoc est fauore pupillorum, vt in bonorum possess. competente pupillo, an sit idem in similibus, quæ sunt meri imperij? Videtur quod sic, quia eadem est ratio: ergò, &c. vt infrà ad legem Aquiliam. l. illud, cum similibus. Videtur contrà. Nam & contrà rationem, & c. vt suprà de legi. l. quod non ratione. Solutio. dicendum est, quod non sit idem in alijs casibus. Non obstat l. illud, quod non est eadem ratio. Nam carere tutoribus maius est periculum, & ideò cautius est agendum, vt eadem. l. i. §. sed & si quis. Nonò quæritur, quia ista lex dicit, quod
12 iudicis officium est latissimum. Nam & bonorum possessio. dare potest, nunquid decernere habeat necesse? Videtur quod non, quia hic est verbum, potest, quod non est necessarium: imò voluntarium. Nam non quicquid iudicis potestati committitur, necessitati subijcit, vt sup. de officio præsidis. l. fœpè, & inf. de iudicijs. l. non quicquid. Econtrà videtur, quod habeat necesse. quod sic probo: quia lex dicit, quòd cui bonorum possess. delata est, ius habet, vt infrà de succesio. edicto. l. prima. §. qui semel. Si ius habet, non est sibi detrahendum: quia nemo ius suum, &c. vt suprà de ijs, qui sunt sui, vel alienis iuris. l. secunda. Ergò ne iudex detrahat iu-
13 ri alterius, necesse habet decernere. † Præterea, in integrum restitutio conceditur officio iudicis, vt infrà de minoribus. l. quod si minor. §. vltimo. & infrà ex quibus causis maior. l. si quis. & potest appellari, vt iudex decernat, vt C. si sæpius in integrum restitut. postul. l. fin. Ergò habet necesse. Præterea hoc probatur ex diffinitione iurisdictionis. Nam iurisdictio est potestas de populo introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ. Ergò, &c. vt dicetur infrà eodem l. imperium. & ista est veritas. Non obstat, quod hic dicitur, potest. Nam debet legi supplendo, & necesse habent per iura prædicta. Decimò quæritur, dixi-
14 mus quod † iudex habet necesse mittere in possessionem: sed nunquid habet necesse hoc cõmittere nuncio, vt nuncio curiæ. Videtur quod non: quia hoc competit maioribus. Econtrà, videtur quod sic, videmus fieri de consuetudine, quod iudices dant nuncium, vt aliquem mittat in possessionem, in ijs, quæ sunt mittendis. Solut. dicendum, quod nuncio vt nuncio potest committere, infrà vt in poss. leg. I. is cui. §. missus. Non ob. quod competit maioribus. Nam ipse videtur facere, nõ nuncius, vt inf. de constit. pecu. l. qui autem. §. vltimo. & l. seq. Sed nunquid parti posset committere? De hoc dicemus infr. eod. l. iubere. Expediti sumus de textu & gloss. veniamus ad alia, quæ suprà pollicitus sum. Vn-
15 decimo loco, quia hæc l. loquitur † de officio iudicis, quæritur nunquid officium iudicis & iurisdictio sint idem? Videtur quod sic: quia vbi diffinitiones sunt eædem, & diffinita debent esse eadem. Sunt autem diffinitiones iurisdictionis & officij eædem: ergò, &c. Nam iurisdictio est potestas legitima, de iure publico permissa. Econtrà videtur quod non, quia copulatiuè proponuntur, vt patet per exempla, de officio & potestate iud. deleg. sed copula cadit inter diuersa, vt C. per quas perso. nobis acqui. leg. fin. & inf. de iur. & fac. igno. in Rubric. Ergò diuersa sunt, quid dicemus? Dico secundum Iac. de Ra. & Pet. quod iudicis officium & iurisdictio differunt inter se, sicut obligatio & actio, & sicut iustitia & ius, vt dixi sup. de iustitia & iur. l. i. in princ. Nam iurisdictio & potestas publicæ personę competens, officium est exercitium ipsius potestatis. Ideoq; dicit l. officium consulis est, præbere authoritatem manumittentibus. non dicit, posse præbere: quia est iurisdictio, vt supr. de
16 officio consul. vna. Duodecimo quæritur, nunquid officium iudicis † & actio sint idem, & si non sunt idem, in quo differunt? Antiqua controuersia est inter Mart. Iac. & Io. vt not. insti. de act. in princ. Dixit enim Mart. quod iudicis officium est actio. Probatur sic, quia actionis verbo, &c. vt inf. de actio. & obl. l. & actionis verbo. Item qui petit, officium persequitur, vt ff. de verb. sign. l. pecuniæ. §. persequutionis. & actio est ius prosequendi, &c. Ergò si causa diffinitionis verbo conueniat offi-
17 cio, per consequens & diffinitio. Præterea † cautio damni infecti officio iudicis petitur, vt infrà de damn. infect. l. i. & l. 4. & istud officium iudicis appellatur actio,
18 vt inf. de dam. infect. l. inquilino. † Præterea restitutio minoris iudicis offic. petitur, vt l. quod si minor. §. vlti. & tamen alia. l. dicit, quod in causæ cognitione versatur aliàs talis actio, vt e. ti. l. in causæ, in prin. Per quod
19 implicare videtur, quod officiũ sit actio, quia ista † dictio, alia, est implicatiua, vt inf. de reb. dub. l. quidam. Præterea fideicommissarius compellit hæredem adire hæreditatem per officium iudicis, vt inf. ad Trebell. l. si res aliena. §. seruus. alia l. dicit, quod fideicommiss. non est opus alia actione: ergò patet, quod officium iudicis
20 est actio, cùm dictio, alia. sit implicatiua, vt supr. proxi. probatum est. Econtrà dicit Iac. quod officiũ iudicis ad instar actionis proponitur, vt inf. de act. & obli. l. actionis. Sed † nil est, quod sit illud, cui est simile, inf. depo. l. quod Nerua. Præterea l. dicit, quod officium iudicis in locum exceptionis proponitur, vt infr. de pet. hæred. l. planè. Ergò non est idem quod exceptio, & qua ratione officium, quod datur loco exceptionis, nõ est exceptio, eadem ratione officium, quod datur loco actionis, non est actio, sed est quædam extraordinaria persequutio à iure ordinario, per quutione distincta. Sed hodie procedit per actionem, vt inf. de verb. signific. l. fi pecuniæ. §. persequutionis. Præterea videtur casus, quia l. dicit, quod restitutio minoris iudicis offici. petitur, & nulla propriè actio proficiscatur ex illo edicto: ergò, &c. vt de minor. l. quod si minor. §. vlt. Præterea offic. iudi. est factum: actio est ius: ergò non sunt idem, vt patet instit. de actio. in princ. vbi verbum illud, ius. ponitur in diffinitione actionis, ad differentiam iudicis offici, & vtrunq; est ius incorporale, vt nota. plenè per eum, in institut. de actio. in princ. Quid dicemus? Dicunt quidam Moderni: aut nos quærimus, nunquid offic. iud. sit actio, prout latissimè actio de signatur. & dicendum est, quod sic, vt dicta l. actionis, & sic potest tollerari opin. Mart. aut quærimus, nunquid sit actio, prout actio propriùs sumitur? Et dicendum est, quod non, & ita intelligit lo. secundum eos. Sed Dy. videtur sentire, quod qualitercunq; sumatur actio, siue strictè, siue largè, siue largissimè, nulla prædictarum significationũ iudi. offi. est actio. Nam dicta l. actionis, dicit contineri officio iudic. sub actione, ideò quia ad instar & similitudinem habet cum actionibus. Vnde cùm nihil est id, cui est simile, vt sup. sequitur, quod officiũ iudicis non sit actio, sed habeat cum actione quædam similia, negari non potest, quod est verum, propriè loquendo: sed improprie & largissimè non. L. præalleg. actionis verbo, dicit contrarium, sub verbo actionis, vt non sint eædem, quæ similitudinem habent. Non est ergò officium iudicis idem quod actio, secundum Ioan. & ista est veritas. Ad contraria patet responsio. Primò ad l. actionis verbo, non est responsio, propter quod dicit, instar ad §. persequutionis respondeo, quod persequutio est generale nomen, pertinens tàm ad actionem, quàm ad officium: & ideò non sequitur, prosequor: ergò ago. Sed econtrà, ego ago: ergò prosequor. Vnde sequitur, sicut cùm dicimus, homo cæcutit: ergò animal, & non econtrà, animal cadit: ergò homo. Ad tertium respondetur, sicut ad primum. Ad l. in causæ, respondetur, quod dictio, alia, non implicat in casu isto. & est ratio, quia si implicaret, iam esset implicatum contrarium iuri: Ergò vt concordemus iura iuribus, dicendum est, quod implicat, sicut & aliàs non ponitur implicatiuè, vt not. gloss. quæ est infrà de procura. l. non solum. §. quæritur. & sic respondetur ad l. i. Ad l. quod si minor, in fi. respondetur, quod ibi dicitur, nulla propria. exponi debet, id est, nihil proprium quod sit actio. & tunc est casus, pro opi. gl. sc. q; officium non sit actio, secundũ Dyn. Iuxta hoc videre oportet, ex quo of-

21 quo officium iudi. & actio non sunt idem. † quid differunt? Respon. quod differunt penes natiuitatem. Item penes propositionem in iudicio. Penes natiuitatem dicunt, quia certum est, quòd actio habet maiorem obligationem, vt inf. de procu. l. licet. §. ea obligatio. Sed officium iudicis nõ, & semper loquimur de officio, quod in defectum loco actionis proponitur, vt infr. de annu. leg. l. quintus, in ver. Pomponius. siue loquimur de officio quod actioni deseruit, vt inf. de act. emp. l. qui per collusionem. §. vltimò. & hic sequuntur duo. Primò, quòd in ijs quæ veniunt iudi. officio non contrahitur mora per interpellationem, vt inf. de dam. infec. l. cum postulassem. secundum est, quòd officium iudicis misericorditer implorari debet: quia ex quo nõ habet maiorem obligationem, iudex non habet necesse tale officiũ reddere, si placet. Sed illud misericorditer exercet, vt patet de iudi. l. non quicquid, quòd est verum. Circa
23 hoc dico, quòd est duplex officium. Vnum est quod resident in personam iudicis. Aliud quod resident in personam litigãtis. Primùm quod resident in personam iudicis, est in voluntate sua, & illud est misericorditer implorandum, vt dicta l. non quicquid, de iudi. cum simi. & extrà, de fide instru. cum ioannes. Aliud quod resident in persona partis litigantis, non est misericorditer implorandum, licet Placen. hoc dixerit, & gl. item not. inf. de actio. super Rubrica. & ita dixit etiam Roff. sed hoc non est verum. imò sicut iudex habet necesse ius reddere super actione: ita super isto officio. Nam hic versatur quædam æquitas, quam derogare non debet. Pro hoc est, quia iudicis officiũ valet instar actionis, vt sup. dixi. Vnde super actione ius reddit, sic & super officio, Item quod illud quod operatur actio, vbi obligatio subest, comparatur officio, vbi obligatio non subest, vt inf. de extraor. cogni. l. prim. & quasi per totam l. Præterea (sicut suprà in nona quæstione dixi) aliquis habet ius in eo, super quo officium implloratur, vt inf. de suc. edi. l. i. nemini ius suum denegari debet, vt sup. de ijs qui sunt sui, vel alie. iur. l. 2. imò si denegaretur officium, potest appellari, vt C. sen. rescin. non pos. l. 2. Non ergò
22 valet opi. Placen. dicentis, † quòd iudex non habet necesse reddere ius. tamen si reddit, gratiam facit: & si non reddit, est iniuriosum, arg. inf. de aqua. quoti. & ẽsti. l. i. §. penulti. Istud non potest esse, quod liberalitas non est: nisi ex spontanea voluntate, vt infrà de adi. lega. l. rem legatam. Ergò cum iudex habet necesse, tunc non dicitur facere gratiam. Nec ille §. vltimus dicit, quòd sit gratia: imò dicit q; est debiti solutio, vt gloss. ibi supplet. Pro cuius intellectu sciendum est, quod prædium inferius constitutum, debet superiore recipere beneficium, & commodũ pinguedinis, lucrationis causa: quod beneficium compensat aliud incommodum, quod habet ex aqua superabundanti, ad quam recipiendam tenetur, vt inf. de aqua plu. arce. l. i. §. fi. circa finẽ l. Modo dicit ille §. quòd pro quadam villa, seu loco inferiori sitienti aquam, dominus impetrauit à Principe, vt concederet ei aquam posse ducere ex superiori, quam non poterat sine permissu Principis ducere, cum locus superior vnde aqua ducitur, esset publicus: deinde moritur dominus, qui impetrauit, nunquid transfertur in alium? Dicit ille §. q; non transit ad successorẽ impetratio, sed potest successor impetrare. & si non concedit, iniuriosum est. Nam ex natura loci dat impetrans suis prædijs aquam debitam: & sic Princeps concedendo potius soluit debitum, quam beneficium faciat. Hoc dicit ille §. si benè aduertatur. Non ergò potest dici aliquo iure, q; iudicis officium resideat in personalitigantis, misericorditer & gratiosè impetretur, imò necesse iudex habet reddere. Modò habemus vnam differentiam inter actionem & ius, quæ est penes natiuitatẽ, ex qua resultat alia, scilicet, q; mora non contrahitur per interpellationem, vbi est necessariũ officium iudicis. Secunda differentia est penes modũ, q; ponendi in iudicio. Nã actio & officiũ decernuntur per applicationẽ causæ, petendi ad conclusionẽ: quia in iudicis officio nõ applicatur cau. petẽdi, vt parti cõcludatur. Verbi gratia, minor volens petere in integrum restitutionem per officium iudicis, sic dicit: Dico quod contraxi cum Titio, sum minor & læsus: quare domine iudex peto, quòd restituatis me in integrum. Hoc concluditur iudici. Sed vbi quis vult petere per actionem, dixit sic: Dico quòd contraxi cum Titio: vendendo sibi talem fundum pro decem, & sibi tradidi: & ipse non soluit prædicta decem, quare ago cõtra ipsum, vt mihi soluat prædicta decem, petens quòd ipsum ad soluendum compellatis. Hic concludit parti vt soluat, & implorat officium iudicis, vt compellat. Ex horum etiam differentia sequitur, quòd officio iudicis non fit conclusio parti vt iudici, quod non contrahat moram, etiam factam per interpellationem parti, vt dicta l. i. per conclusionem. §. vltimò, & dicta l. cum postulassem. Decimotertiò quæritur, quot sunt species officij iudicis? Gloss. quæ est insti-
24 tu. de actioni. §. prætereà dicit, quòd † tres sunt species. Quidam moderni ponunt in literis plures. Sed ego dico, quòd officium iudicis quoddam est residens in ipso iudice. Quoddam est residens in persona partis. In iudice residet quoddam officium, vt malis hominibus purget Prouinciam. Nam ad eius officium hoc spectat per viam inquisitionis, vt suprà de officio præfect. verb. l. i. §. cura carnis. Quoddam aliud officium est, quòd in parte residet, & valet, vt læsus restituatur, vt bono. possess. detur, vt salaria constituantur, & his similia, vt hic. & infrà de minori. l. quòd si minor. §. vltimò. & infrà quibus ex causis maio. l. si quis sit stipulatus. & infrà de succes. edict. l. i. §. qui semel. & infrà de va. & extraordina. cog. l. i. quasi per totam l. Et per hanc distinctionem officij seruatur secundum Docto. quædam gloss. quæ aliàs videtur sibi contradicere. Nam dicit quædam gloss. quòd aliquis, nec ure actionis, nec offic. iudic. potest aliquem compellere, iudicare furem. tamen eadem gloss. dicit, quod iudex officio suo potest cogere aliquem ad iudicandum furem: aut ergò illa gloss. sibi contradicit, aut intelligit, quòd iudex ex officio in persona sua residente potest. Sed priuatus ex officio iudice residente in persona sua, non potest. & isto modo saluatur gloss. Ista habemus infrà de conditio. ob causam. l. dem. §. vltimò. De isto tali officio, quod in ipso iudice residet, nihil ad rhombum. Ad præsens videamus de alio. Dico quod est quoddam offic. iudi. quod in persona partis residet, & istud subdistinguitur. Nam quoddam est nobile, quoddam mercenarium: quæ verba licet non reperiantur in iure, tamen materialiter sunt inuenta. Nam officium nobile est, quod non deseruit. Mercenarium quòd deseruit. Possumus dicere, quòd hæc inuentio materialis processit à simili: quia illud cui seruitur, est nobile. Illud quod seruit est mercenarium. Sic dicimus de actione pedissequæ quæ dicitur sic, quia deseruit, vt suprà in proœmio. ff. §. hæc autem actiones, & C. de vete. iure. enu. l. 2. §. in tertia. Nomina enim debent esse consonantia rebus, vt C. de ser. l. à nullo, & instit. de dona. §. est & aliud. Officium ergo nobile est,
24 quod per se stat: † & istud subdiuiditur. Nam aliud loco actionis, aliud loco exceptionis. Aliud loco actionis, siue denunciationis proponitur. Istud officium est quod proponitur loco actionis: quandóque proponitur loco deficientiæ, & habet vicem actionis, sicut officium quo petitur restitutio in integrum. Illud enim competit loco deficientis, vt de minor. l. quòd si minor. §. fin. Item illud officium habet vicem actionis, quod quamuis per illud concludatur iudici, vt dictum est suprà, per ipsum tamen petitur aliquid dari vel fieri à parte, sicut aliàs fit in actione, vt infrà de minor. per totum. & infrà de var. & extraordina. cog. l. i. §. in honorarijs. & §. final. quandóque proponitur loco deficientis actionis, & non habet vicem actionis, sicut officium illud, per quod petitur bonor. possessio. decerni à Prætore. Tale enim officium loco deficientis actionis proponitur. Item non habet vicem actionis: quia per ipsum non petitur aliud à parte dari vel fieri, vt in hac l. & de succes. edict. l. i. §. decretalis. quandóque proponitur loco

actionis non deficientis, imò competentis & vice actionis, sicut est officium iudicis, quod competit cum actione præiudiciali, vt inf. de rei vendica. l. 1. §. per hanc. & infr. de li. ho. ex. l. 3. Aliud autem est officium quod competit loco exceptionis, vt inf. de peti. hæred. l. plane. quo casu aduertere debet bonus aduocatus, qualiter proponat: Nam si diceret, excipio. succumberet. Sed debet officium loco exceptionis proponere. Item est aliud officium nobile, quod competit loco actionis, vt patet sup. de offcio præfect. vrb. l. 1. §. penul. & C. de accusa. l. ea quidem. & inf. de suspect. tuto. l. 3. §. præterea, cum simili. Officium iudicis mercenarium subdistinguitur. quoddam est quod non auget ad condemnationem, & quoddam est quod auget. Illud quod non auget ad condemnationem, est illud, per quod pars citatur, per quod lis contestatur, per quod periturum testium productio, per quę de causa iudex cognoscit & iudicat, vt C. de Episcop. & cleri. Auth. generaliter, & de æd. edict. l. qui accusare. & de officio præsid. l. illicitas. §. veritas, & infrà de testibus. l. prima. & in Authentic. de legibus. §. omne. Illud quod non auget ad condemnationem subdiuiditur: quia quoddam est, quod habet ortum ex lite. verbi gratia, quòd contumax condemnetur ad expenden. C. de iudicijs. l. sancimus. & de fructi, & lit. expensis. l. terminato. Quoddam est, quod habet ortum ex ipsa re in lite deducta: & istud est duplex. Nam quoddam est, quod auget secundum naturam rei, vt in iudicijs bonæfidei, vt inf. de neg. ge. l. quia tandem. Quoddam est quod auget vltra, vel sup. naturam, arbitrio iudicis, vt instit. de actio. §. prætereà. & infr. de eo. quod cer. lo. l. 1. & 3. §. nunc de officio, secundum Pet. Vel possumus per alia verba dicere secundum Dy. quod officium iudicis mercenarium, quoddam est litis ordinatorium, quoddam est litis decisorium. Litis ordinatorium est illud, quod deseruit actioni litem ordinando, vt in concedendo citationes, faciendo libellos, & aliquas dilationes tribuendo, vt dicta Auth. generaliter, cum simi. Officium mercenarium litis decisorium, est illud, quod deseruit actioni in cognoscendo de causa, & iudicando, & istud subdiuiditur: quia quoddá est commune, quoddam speciale. Commune iudicis officium est, quod consistit in decidendo litem, & est officium, quod habet iudex competens indifferenter, circa quamlibet actionem cognoscendo & iudicando, ita quod quatenus actor probat intentionem suam, condemnet reum. quatenus non probat, absoluat, vt dicta l. illicitas. §. veritas. & dicta l. qui accusare. Speciale iudi. offi. est mercenarium. litis decisorium est illud. quod habet iudex, non diffiniendo circa quamlibet actionem, sed quod specialiter eminet circa quasdam actiones, confistentes in plus vel minus condemnando, quantum sit illud, ad quod competit actio, circa quam exercetur officium illud, quod speciale subdistinguitur: quia quoddam est substatiale, quod prouenit ex natura actionis, cui deseruit: quoddam accidentale, quod est sup. naturam actionis. Officium substantiale est, quod specialiter eminet in actionibus bonæfidei, in quibus actionibus propter eminentem bonam fidem, quæ in eis exuberat, iudex competens potest condemnare reum, vltra illud, de quo fuit actum & cognitũ, sicut in vsuris, fructibus, & interesse, vt dicta l. quia tantundem. Officium autem iudi. mercenarium litis decisorium accidentale quoddam est sup. naturam actionis cui deseruit: & est officium illud, quod eminet in quibusdam actionibus stricti iuris, propter aliquod extrinsecus accidens, per quod quidem officium iudex potest, vel in plus, vel in minus condemnare reum. quam sit illud ad quod competit actio cui deseruit, vt in actionibus arbitrarijs, quæ sic denominantur propter arbitrium, siue officium iudicis quod exercet in ijs, contra regulas stricti iuris, vt plenè dicetur infr. de eo quod cer. loco. l. 2. §. nunc de officio, vbi hæc materia proprius & largiſsimè explicabitur Deo dante, cùm ibi erimus. Deci-
25 moquartò † quęritur, nunquid iudex competens officium suum exercere possit & debeat sine interpellatione, vel aliqua postulatione partis? Videtur quod sic, vt supra de offi. procon. l. nec quicquam. §. aduocatos. ibi si nemo. de offi. præsi. l. congruit. & de offi. præfect. vr. l. 1. §. cura carnis. & infr. de postula. l. quos prohibet. & dicta l. nec quicquam. §. sed & si quis. & inf. de libel. dimiſ. l. 1. & C. de app. l. eos. §. fi. & in Auth. de testi. §. scimus. Econtrà videtur q̃ non, vt inf. de dam. infec. l. 4. §. hoc autē iudiciū. & de magi. conuen. l. 1. §. magi. Sol. distinguendum est inter hæc officia iudicis. Nā quoddā est officiū iudicis, q̃ resident in persona iudicis, vt est purgare prouinciam malis hominibus, vt prohibiti postulare non postulent, vt bonæ carnes iusto pretio vendantur, & ijs similia. Quoddam est officium iudicis quod resident in persona partis litigantis, vt est dare aduocatum, dare tutorem, facere causam. de dam. infect. & ijs similia, vt in quæstione præsenti. Aut quæritur de officio iudicis residente in persona iudicis: & tunc illud impeditur sine aliqua partis postulatione, vel interpellatione. Si autem quæritur de officio iudicis, residentis in persona partis litigantis, hîc subdistingue: aut residet in persona talis, qui non posset, nec sciret officium iudicis petere. aut residet in persona talis, qui posset & sciret illud implorare. Si residet in persona partis, quæ non posset, nec sciret illud implorare, refert: aut hoc est notorium iudici, aut non. Si est notorium iudici, vt quia pupillus, vel furiosus, vel debilis persona, tunc causa pietatis iudex competens debet impendere officium, sine aliqua postulatione, vt dicto §. aduocatos. Si non est hoc notorium iudici. vt quia pupillus est in prouincia, tunc sine ſtipulatione non facit: quia non potest diuinare, vt dicto §. magistratibus. Si autem residet officium in persona talis, qui posset & sciret implorare illud, tunc refert: aut officium quod impendendum est, respicit solum ad vtilitatem partis: aut respicit ad vtilitarem partis & iudicis, si respicit solum vtilitaté partis, tunc non debet impendi sine postulatione, vt dicto l. 4. §. hoc autem iudicium, cum si. Si verò respicit ad vtilitaté partis & iudicis, & tunc etiam sine postulatione præstatur, vt dicta l. vna infr. de libel. dimiſ. secundum Pet. Ex prædictis tollitur determinatio illius quæstionis, qua quęritur, vtrum iudex debeat condemnare victum victori in expensis sine partis petitione. † Deci-
26 moquintò quæritur, vtrum officium iudicis habeat proponi in libello? Videtur quod sic, quia generaliter dicitur, offeratur, &c. vt Auth. offeratur. ergò generaliter intelligendum est, vt infr. de publi. ac. l. de precio. & videtur contra. Nam lites non debent ex libris oriri: Ergò, &c. vt C. de fruc. & lit. expen. l. terminato. pro hoc facit, C. de naufra, lib. 11. l. de submersis. Quid dicemus? p'. nostrę variant. Dicunt enim aliquando, quod officio iudicis datur, vt no. inf. de interro. actio. in Rubrica. Sed alibi videntur dicere, quod hodie fit dandus libellus, per dictam Auth. offeratur, vt no. in dicta l. de submersis. tu dicas quòd aut quæritur de nobili officio iudicis, aut de offi. iudic. mercenario. Si de nobili officio quæritur, tunc eodem modo habet proponi sicut actio, Nam tunc loco actionis datur, & sicut actio proponendum est, arg. instit. de actio, §. fuerat, & arg. inf. de accusa. l. libellorum. Vel dicamus, q̃ aut loquimur de offi. nobili, quod habet vicem actionis, vt quando aliud petitur dari vel fieri à parte, & tũc dandus est libellus: aut loquimur de offic. nobili, quod non habet vicem act. vt quando aliquid à parte non petitur, & tunc non datur libellus. & hoc est quod solet dici. Aut implorator offic. iudi. aliquo contradicente, aut nullo contradicente, vt solet not. C. de edict. diui Adri. tollen. l. vlti. circa princip. & glos. hoc sentit. infr. quis ord. in bo. possi. §. dies. l. 2. Secundo casu, quando quęritur de officio mercenario, tunc refert: Aut quæritur de illo quod auget condemnationem, aut de illo quod non auget. & quid sit vnum, & quid aliud, suprà dixi in quęstione decima-tertia. Si quæritur de illo officio iudicis mercenario q̃ non auget, tunc non est dubium, quòd illud postulatur sine libello, & sine scriptura. Si autem quæritur de illo, quod auget condemnationem, tunc refert. aut quæritur de

tur de tali officio, quod habet ortum ex ipsa lite, vel occasione litis. verbi gratia, q̃ condemnetur pars contumax, vel victa, ad sumptus litis: tunc istud officium non habet in libello proponi. & est ratio: quia lites ex litibus non debent oriri, vt dicta l. determinato. Si autem quæritur de officio iudicis, à quo condemnationis augmentatio habet ortum ex ipsa re vel mora, verbi gratia, vt fructus, vt vsuræ præstentur, & his similia, quæ veniunt ante litis contestationem, aut post. Primo casu oportet quod detur libellus, vt inf. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum. Vbi dicitur, quod ea quæ ante litis contesta. accidunt, non valde pertinent ad officium iudi. & hoc ideò, quia debent exprimi in libello. Si quæritur de his quæ veniunt post litis contesta. tunc non debet dari libellus, vt dicto §. item sciendũ. & not. in glo. inf. de dam. infect. l. si quis missum. §. vlti. Decimosextò & vltimò quæritur, nunquid super offi. iudi. litis contestatio requiratur? Videtur quod non, quia litis cõtesta. est similis cum aduersario accusatio: sed in officio iudicis non concluditur parti, sed iudici, vt sup. dixi: ergò, &c. Prætereà pro hoc facit inf. de minori. l. in causæ. l. 1. §. causa enim cognita, & C. si se ab hæredi. absti. in Authen. si omnes. Econtra videtur q̃ sic, vt inf. de minori. l. Papinianus. §. fin. Videtur omissis opi. aliorum dicendum, quòd aut est officium iudicis mercenarium: & tunc planum est quod non contestatur lis super, & quia illud verum, deseruiendo non principaliter. Aut quæritur de officio nobili, quod per sestat, tunc refert: aut quæritur de officio nobili, quod proponitur loco actionis, vel accusationis: & tunc subdistinguitur, vel illud implorando arguitur factum partis: & tunc lis contestabitur aut non: & tunc non opus est litis contest. vt dicta Authen. si omnes. Non obst. prælleg. §. causa enim cognita. quia quod ibi dicitur, vel si per contumaciam, &c. subaudi, est lis iam contestata, vt dicta l. Papinia. §. fin. Expediti sumus de hac lege, & est materia vtilissima.

SVMMARIA.

1 *Imperium merum quid sit, & quid mistum? & nu. 15. & 18.*
2 *Imperium merum consistit in gladij potestate.*
3 *Potestatis nomen capitur pro imperio.*
4 *Imperium mistum dicitur ex duobus.*
5 *Iurisdictio an sit delegabilis?*
6 *Gladius materialis quid sit, & quid ciuilis?*
7 *Delegari an possint ea, quæ sunt iurisdictionis?*
8 *Iurisdictionis diffinitio.*
9 *Munus iudicandi est munus publicum.*
10 *Iudicare est ius dicere.*
11 *Iurisdictio qualiter diuidatur?*
12 *Imperium simpliciter sumptum quid sit?*
13 *Diffinitio speciei debet dari per differentias sui generis.*
14 *Causæ imperij an possint delegari?*
16 *Membri abscisio vtrum sit capitale crimen?*
17 *Causæ leuium criminum expotestate iudicis dependent.*
19 *Imperium quare dicatur merum, & quare mistum?*
20 *Et quibus iudicibus competat?*
21 *Consules sunt illustres.*
22 *Delegari an possint causæ meri & misti imperij?*
23 *Causæ iurisdictionis an possint delegari?*
24 *Delegari potest omnis causa pecuniaria.*

IMPERIVM. Circa lecturam huius legis tenebo ordinem consuetum. Nam primò diuidam literam, casum ponam, & literalia expediam. Secundò, signabo quædam contraria. Tertiò & vltimò quæram ad declarandam materiam huius legis. ¶ Respondeo ad primum. Lex ista secundum quosdam antiquos, diuiditur in quatuor partes. In prima parte iurisc on. diuidit imperium. In secunda parte ponit diffinitionem meri. In tertia ponit diffinitionem misti imperij. In quarta incidenter dat diffinitionem iurisdictionis: Sed iste modus & intellectus non placuit Irne. quia, secundum eum l. ista non ponit diffinitionem prædictorum, sed generis prædicationem, & exempla de quibus prædicantur, scilicet, merum & mistum, & consequenter adiecit exemplum iurisdictionis. Diuiditur ergò lex ista secundum Irne. in duas partes. In prima parte ponit diuisionem imperij. Secundò subiungit exempla membrorum, & ad exemplum iurisdictionis incidenter Iac. de Ra. primam lecturam sequitur: quia secundum eum l. ista ponit diffinitionem meri & misti imperij, sed diffinitionem iurisdictionis non ponit. Vt de secundum eum lex ista primò diuidit imperium in duo membra, scilicet, in merum & mistum. Secundò illa duo membra diffinit sigillatim. Primò diffiniendo,
1 merum † imperium est, habere gladij potestatem, &c. Secundò diffiniendo mistum imperium, subijciendo exemplum, dicens, quod mistum imperium est, cui iurisdictio inest, & subijcit exemplum, quod in danda bo. possessionis. Vltimò adiecit de iurisdictione, non diffiniendo, sed potius exemplificando. Mihi magis placet sequi lectu. Irne. in hoc, scilicet, quod hæc l. non diffinitiones, sed exempla membrorum in diuisione positorum inducat, & lego l. nostram, vt contineat duo dicta. Primum dictum loquitur de iurisdictione ibi, iurisdictio est, &c. Primum subdiuiditur: quia primò diuidit imperium. Secundò exemplificat membra diuisionis. Casus est facilis, qui ponendus est, vt litera iacet. Hic iurisc on. tractaturus de iurisdictione iudicis per suas species, diuidit iurisdictionem in duas species, in imperium & in iurisdictionem. Imperium autem diuidit, dicens, quod imperium aut merum est: aut mistum. Merum imperium est, vt in tex. patet. Litera sic exponi debet, imperium scilicet magnum. Nam imperium aliud magnum, aliud modicum, vt inf. dicam. & merum sic dictum est, quia demptum à commodo pecuniario principaliter. Mistũ sic dictum est, quia capit ab imperio & à iurisdictione, vt inf. dicetur. merum imperium, id est, de mero imperio est, habere gladij potesta. & sic aduerte, q̃ glo. ponit lect. illorũ, secundum quosdã, qui non ponunt hîc diffinitiones membrorũ, sed exẽpla. & secundum alios expone, ꝓpriè, vt stat litera, habere gladij potestatẽ, improprièloquitur, sed expone, id est, potestas gladij, secundum illos qui dicunt, hîc poni diffinitionem, & dic gladij naturalis vel ciuilis, animaduertendum. expone, vt in gl. pro quo facit. C. de sac. sanc. Eccle. l. sancimus. §. fin. in facinorosos, id est, facinus committentes. fic lanificus, id est, lanam faciens, vt inf. de vsu & ha. l. plenum, in fi. mistũ imperiũ, id est, de misto imperio, secundum quosdã, qui dicunt, exemplum non diffinitionẽ. secundum alios propriè stat litera, cui etiam iurisdict. id est æqualitas causæ quæ iurisdict. est. iurisdictio, id est, de iurisdict. secundum Irne. quia hîc non ponitur diffinitio iurisdict. sed exemplum, & certè nullo colore potest persuadi, quod hîc detur diffinitio iurisdict. iudi. dãdi subiecit & Iac. de Ra. quasi dicat, nõ solùm enim pecuniariæ causæ cognoscendæ, sed etiam iudicis dandi licẽtia. Not. ex l. ista. Primò, quod imperium est vna species iurisdictionis largè sumptæ, & iurisdictio strictè sumpta est alia species, hoc planè infrà videbimus. Secundò no. quod imperium subdiuiditur,
2 nã aliud merum, aliud mistum. Tertiò no. quòd † merum imperium consistit in gladij potestate. Quartò no. quòd animaduersio iudicis debet esse aduersus facinorosos homines, vt metu pœnarum, &c. vt sup. de iusti.
3 & iur. in princip. Quintò no. quòd nomen † potestatis accipitur pro imperio. & potes hîc, si vis dicere, quòd nomen potestatis in iure nostro sumitur multis modis, vt infr. de verbo. signifi. l. potestatis. Sextò no. quòd
4 mistum imperium dicitur, quòd † ex duobus est mistum, id est, ex imperio & iurisdict. vt patet hîc, cum dicit, cui etiam, &c. Septimò & vltimò no. quòd iurisdictio, prout sumitur vt species, est res delegabilis, vt inf.
3 ad Muni. l. ea quæ, & quia ille qui habet † iurisdict. delegat eã, sequitur q̃ qui non habet, non delegat: quia non potest facere iudicẽ qui nõ est, ar. C. de hæreti. & Ma. l. 2. imò expediti sumus de primo. Veniamus ad secũdum.

Ad l.

HAYMAN MIKOBA

Ad l. istam op. dicit hîc quod merum imperium est gladij potestas, vel consistit in gladij potestate. Sed contra: quia imò consistit in alio, vt patet in deportatione, q̃ est meri imperij, vt inf. de pœn. l. capitaliũ. & inf. de bo. posſ. l. edicto. §. 1. Sol. duplex est gladius, materialis, scilicet, & ciuilis. † Materialis gladius est ferreus, vt spata, qua vtuntur Reges & nobiles, vel spicula, quibus vtuntur populi nostræ tempestatis. Gladius ciuilis est sententia iudicis, per gladium quendam materialem, quo adimitur vita naturalis, quòd ad essentiam corporis est, per ciuilem adimitur vita ciuilis, quantum ad statum ciuitatis. Et de vtroq; loquitur hîc, & propterea ego exposui in litera, gladij, scilicet, materialis vel ciuilis. Secundò oppo. dicitur hîc q̃ iurisdictio est iudi. dandi licentia: ergò iurisdictio est delegabilis. Sed contra C. de iudi. l. à iudice. Ad tollendum istud contrarium dicit gl. q̃ quædam est iurisdictio vniuersalis, quædam est iurisdictio in specie, quæ habet iurisdictionem vniuersalem: delegare potest, qui habet iurisdictionem in specie, sed delegatus non potest subdelegare. Ista solutio nihil valet: quia quod iuris est de toto quo ad totum, & de parte quòd ad partem, vt inf. de rei vendi. l. quæ de tota, & inf. de vsur. l. quæsit. Vel dicendum est secundo modo, q̃ quædam est iurisdictio delegata, vt ordinaria, & de ista loquitur hîc. quædam est iurisdictio delegata, & de ista intelligitur cõtrarium. Ista solutio etiam non procedit, quia non est iurisdictio delegata, vt infr. circa dictionem iurisdictio, videbimus. tu dicas secundum Pet. q̃ iurisdictio propter sui potentiam & virtutem de legabilis est. Et ita vult hîc dicere, q̃ ea quæ sunt inrisd. non sunt impedita propter se, quin delegari possint. Quandoq; tamen iurisdictio non propter impedimentum sui, sed propter impedimentum eius ministri non potest delegari, sicut procurator in quacunq; causa potest constitui, vt inf. de procu. l. 1. §. vsus. tamen procurator ad aliquam causam ante litis contesta. non potest constituere procuratorem, vt C. de procur. l. neq; tutores. & l. quod quis, quod non est propter defectum causæ, sed procuratoris. Tertiò opp. & videtur. q̃ † ea quæ sunt iurisdictionis, non possint delegari. quod sic ostenditur. Causæ pecuniariæ sunt iurisdic. sed constat quòd causæ pecuniariæ, quæ excedunt summam 300. aureo. sunt iurisdict. quia consistunt in his quæ sunt simpliciter de iurisdict. & tamen quia non competunt iure magistratus, vt in Auth. de defen. ciui. §. & iudicare, non possunt delegari, vt sup. de offic. eius cui man. est iurisd. l. §. quæ verò. Sol. variis modis. Primò respondet gl. quæ est hîc per interemptionem, videlicet negando, q̃ causæ excedentes 300. aureos sunt iurisdict. imò sunt misti imperij, quia continentur sub secundo genere, siue gradu iurisdict. & ideò non delegantur, ita no. hîc Azo. Sed contra hoc instatur, Causæ misti imperij non delegantur, nisi in casu absentiæ. Istæ possunt delegari propter multitudinẽ occupationũ, vt C. de peda. iudi. l. placet. Ergò non sunt misti imperij. Propter hoc turbatur spiritus Azo. Quidam moderni volentes eum defendere, dicunt, q̃ sunt misti imperij, cum degenerauerint: quia facilius, quam aliæ delegantur. & ratio huius degenerationis est, quia trahũt originẽ à causa pecuniaria. Istud subterfugiũ parũ valet, quia sic potest dici de alijs: quia in singulis causis misti imperij versatur pecuniarium commodum. Quid dicemus? Dico secundum Pet, quòd causæ nedum 300. aureo. secundum vsum mercatorũ, sunt iurisd. & possunt delegari, vt dicta l. placet. quia regulariter omnes causæ pecuniariæ delegari possunt, vt C. de iudi. Auth. &c. Non ob. q̃ dicitur, quòd non competũt iure magistratus: ergò non sunt delegabiles, quia hoc non sequitur. Sed contra benè sequitur: non sunt delegabiles, ergò non sunt de iure magistratus. Sic intelligit dictum §. & iudicare. & dictum §. qui verò. secundum eum, & de hoc infr. videbimus in prosequutione materiæ. Expediti sumus de secundo, veniamus ad tertium, scilicet, ad declarandum materiam huius l. quærendo: & quia l. ista tractat de iurisd. diuidendo eam in suas species. Primò quærò, quid sit iurisdictio? Respondeo aut quæro Etymologiam vocabuli, aut diffinitionem: Si etymologiã, dicendum est, q̃ iurisdictio est iuris potestas. Dictio enim est potestas, vt patet in instit. in proœmio. & C. de li. l. 2. & in Authen. de non eli. in fin. Ergò iurisdictio est iuris potestas, sicut possessio est pedum positio, vt inf. de acquir. posses. l. 1. in princ. Mutuum quòd de meo tuũ fit, vt infr. si certum peta. l. 2. §. appellata. Si autem quæritur de diffinitione, tunc licet iurisdictio non reperiatur. l. descripta per Docto. tamen materialiter sic describitur, & benè: † Iurisdictio est potestas legitima, de publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ: Sic describitur per glos. quæ est sup. eodem l. 1. & probatur sic: primum quòd sit legitima potestas, infr. de verb. sig. l. potestatis. Sequitur de publico, &c. hic proba. quod est à iure publico, nam parum valeret, iura esse in ciuitate, vbi non esset qui iura redderet. vt sup. de ori. iuris. l. 2. §. post originem. Prætereà munus iudicandi † est munus publicum: Ergò, &c. inf. de mune. & hono. l. munerum. §. iudicandi. Item lex dicit, quòd ius publicum in sacris sacerdotibus & magistratibus consistit. Ergo, &c. vt sup. de Iustitia & iure. l. 1. §. huius. sequitur, cum necessitate iuris dicendi. hoc probatur tam in suscipiendo, quàm in procedendo, etiam suscipiendo est necessitas, siue sit ordinaria iurisdictio, siue delegata. Nam quis compellitur ad ordinariam iurisdictionem suscipiendam, vt inf. de mu. & ho. l. fi. §. iudicandi. Item ad delegatam, vt C. de aduo. diuer. iudic. l. sancimus. §. fin. & qui satisf. cogan. l. arbitro. Item in procedendo est necessitas, vt in Authen. vt iudi. non expe. sa. iu. circa prin. sequitur iuris dicendi: quia † iudicare est ius dicere, vt sup. de iust. & iure. l. penult. Sequitur, & æquitatis statuendæ. Nam iudex æquitatem debet habere præoculis, quam proferre debet, vt inf. de eo quod cer. lo. l. quod si Ephe. §. fi. & C. de iudi. l. placuit. quæritur, qualiter iurisdictio diuiditur? † Ad hoc dicunt quidam, quòd iurisdictio diuiditur in genere. Nam alia est voluntaria, alia contentiosa. Item alia est ordinaria, alia delegata. Item diuiditur in species: Nam aliud est merum, aliud est mistum imperium. Alia est iurisdictio stricte sumpta, alia modica coertio. Videamus de singulis. Iurisdictio alia est voluntaria, vt illa inter volentes, sicut in manumissionibus & emancipationibus, & si. vt sup. de offi. procon. l. 2. & sup. de adop. l. non potest. alia est contentiosa, vt illa quæ redditur tam inter cõcedentes, vt inf. de ver. obli. l. inter stip. §. 1. Alia diuisio iurisd. est, alia ordinaria, alia delegata, vt probatur. C. de offi. rect. Pro. l. qui ordinariam, & C. de interd. l. eos ordinaria delegata. Probatur, quia de ea fit mentio. sup. tit. 2. l. 1. §. vlt. & C. de iudic. l. à iudice. secundum quosdam dico, quòd ista diuisio non procedit: quia iurisdictio ordinaria & delegata non differunt penes speciem: imò eadem est iurisdictio delegata & ordinaria, cum delegata iurisdictio sit in delegãte, & non in eo cui delegatur. quia delegatus nullam habet propriam iurisdictionem, sed exercitium actionis alienæ, vt inf. de procu. l. 1. Imò plus habet procurator: quia post lit. conte. efficitur dñs litis. vt C. de procu. l. neq;. Sed iudex non, vt inf. de iudi. l. iudiciũ soluitur. Benè dicit l. q̃ delegati habent notitiam, non iurisdictionem, vt inf. de re iudi. l. ait Prætor. Et ideò diuisio est malè data, secundum Iac. de Ra. & Pe. etiam. Est & alia diuisio iurisdictionis in quatuor species, secundum glo. Nam quædam est merum imperium, quædam mistum, quædam iurisdictio stricte sumpta, quædam est modica coertio, siue modicum imperium. De tribus speciebus probatur per hanc l. De quarta probatur, sup. tit. 2. l. vlti. Ista diuisio non placet quibusdã modernioribus, neq; mihi: quia merum & mistum imperium non possunt esse duæ species immediate iurisdictionis, quæ diuiditur in duas species, scilicet, in merum & mistum imperium, vt hac l. patet. Ergò imperium merum vel mistum non est æquè immediatè species iurisdictionis. Debet ergò ista diuisio dari per duas species tantũ, & hoc modo iurisdictio potest esse genus. Alia est imperium simpliciter sumptum, alia est iurisdictio stricte sumpta, secundum

cundum Pe. Probatio: sicut homo potest appellari animal, sic imperium potest appellari iurisdictio. quia est eius species, & idem. l. appellat. sup. tit. 2. l. 1. §. vlti. Item quod diuidatur in iurisdict. stricte sumptam, probatur per hanc l. quia subscribit, vel ponit hic in fi. accipiendo iurisdict. stricte. sic adoptatio diuiditur in arrogationem, & tamen in adoptionem in specie, vt sup. de adoptio. l. 1. §. in duas. Tertiò iuxta hoc quæro, quid est imperium † simpliciter sumptum? & quid est iurisdictio stricte accepta? & aduertendum, quod ex hoc pendet l. & Prophetæ. Respondent quidam, imperium est legitima potestas, de iure publico introducta, consistens in ijs, quæ sunt infimæ iurisdictionis. Istæ diffinitiones non placent, propter incertitudinem & obscuritatem. Nam quę sit maxima, quæ media, quæ infima, incertiora sunt primis. Alij dicunt, quod imperium est legitima potestas, &c. consistens in ijs quæ iure magistratus competunt, vt d. l. 1. §. quia verò. istorum opi. non est vera. Nã multæ sunt causæ imperij, quæ iure magistratus cõpetunt, vt causæ leuium criminum, vt in Authentic. de defen. ciui. §. audient. Item quædam sunt causæ iurisdictionis, quæ non competunt iur. magistratus, vt causæ pecuniariæ quæ 300. aur. transcendunt, vt dicto §. iudicare. Mihi videtur dicendum cum Pe. quòd imperium est legitima potestas, de iure publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ, consistens in ijs, quæ ex potestate iudicis & authoritate dependent. Iurisdictio est legitima potestas, de iure publico introducta, cum necessitate, &c. vt sup. consistens in ijs causis, quæ ratione obligationis vel pleni iuris, quod ex parte agentis residens consistit, aliquid applicando parti. modo probemus singula verba vtriusq; diffinitionis. Primo, quod imperium est legitima potestas, consistens, &c probatur. Diffinitio † speciei debet dari per differentias sui generis: quia ea quæ sunt generis, competunt cuilibet speciei. sed ista sunt iurisdictionis in genere: ergò, &c. verum est ergò in diffinitione imperij, quod est eius species resumpta diffinitione iurisdictionis, & subiuncta differẽtia specificata ista, scilicet, consistens in ijs quæ ex potestate & officio iudicis dependent, quod probatur sic. l. cauetur, † quod causæ imperij non possunt delegari, vt sup. tit. 2. l. 1. §. Sed alia l. cauetur, quod ea quæ ex iudicis officio dependent, delegari non possunt: ergò, &c. vt C. de peda. iudi. l. placet. §. quòd non ita. Prætereà l. ea. dicit, quod ea quę magis sunt imperij quàm iurisdictionis, non possunt delegari, vt infr. ad Muni. l. ea quæ. Sed alia l. dicit, quod ea quę ex iudicis authoritate dependent, non competunt magistratui. Ergò sunt imperij, vt in Authen. de defen. ciui. §. nõ enim ph beat. Item q̃ iurisdictio est legitima potestas, &c. probatur. Ista est diffinitio iurisdict. in genere. Ergò competit eius speciei, vt dictum est, & sequitur in diffinitione, consistens, in ijs quæ ratione obligationis, &c: quia de talibus cognoscunt magistratus, &c. non de ijs quæ ex potestate iudicis dependent, vt dicto §. non enim prohibeat. sequitur, aliquid applicando parti, non quòd aliquid applicetur parti, quod pertinet ad iurisdictionem stricte sumptam. & hoc capit à iurisdictione mistì imperij, vt inf. videbimus. Prætereà quod ita accipiatur imperium simpliciter, & iurisdictio stricte, demonstratur per Azo. ex significatione verborum, imperare, & ius dicere. Imperare enim est propriè, quãdo iudex ex sua potestate, & ex suo officio supplendo ius agentis, quodammodo simplenè iure, procedens ex quadam æquitate, iniungit aduersario vt aliquid faciat, parti aduersæ rediat. Ius dicere est, quando iudex ex iure vel obligatione prosequente aduersario suo obligato iniungit, vt satisfaciat obligationi. hoc modo est imperare condemnando. Sed ius dicere, potius declarando ius agentis, sicut à simili ostendo, vbi ius dicit, quod creditor vendit pignus sibi obligatum ex pacto, vel leg. ipse non venderet, sed magis declarare dicitur. debitorem vendere, qui ad hoc faciendum tenebatur. Sic & vbi iudex rem captam pignori ob rem iudicatam iubet distrahere, non ipse videtur vendere, sed declarare ipsum debitorem hoc facere, vt inf. de diuer. & temp. præscrip. l. de accessionibus. §. vlti. & de euic. l. si plus. §. 1. & solet no. de reg. iur. l. id quod nostrum est, ita est hîc. Nam vbi est ius plenum & sufficiens, iudex ex potestate & ex officio suo non videtur facere, sed potius declarare, creditorem tale ius habere: & hoc faciendo ius dicit. Vbi verò ius non est de se sufficiens, tunc iudex ex officio suo & potestate, videtur supplere, & supplendo dicitur imperare. Ergo ponere imperium inter ius seu sufficientem obligationem ex vna parte, & ius semiplenum, quòd completur à iudi. potestate, est ponere imperium, simpliciter sumptum, à iurisdictione stricte accepta, est dicere, & iudicare causas quæ ratione obligationis seu iuris, & plenè in persona actoris residentis non procedunt. Sed magis agitur of sic. iudic. esse imperij simpliciter, & causas quæ procedunt ex pleno iure, vel obligatione residente in persona actoris, esse iurisdictionis stricte acceptæ. Quarto loco quærendum est, qualiter imperium simpliciter sumptum diuidatur? Dicunt quidam, quòd diuiditur sic: quia aliud merum, aliud mistum, vt hîc. Ista diuisio non est bona, quia reperiunt imperium quod est modicum, vt sup. tit. 2. l. vlti. ergò aliud est magnum, & ideò dico secundum Pet. quod imperium quoddam est magnum, quoddam modicum. Magnum imperium est legitima potestas de iure publico introducta, cum necessitate iuris dicendi & æquitatis statuendæ, consistens in ijs causis, quæ ex potestate, vel nobili officio iudi. dependent, vt sup. proxi. probatum est. Modicum imperium est legitima potestas, & cap. cõsistens in ijs quæ ex potestate, vel iudi. offi. iure dependent. Vnde dicit l. quod iudex quantumcunq; pusillus, ex quo iurisdictionem habet, modicum imperium exercet contra impedientes suam iurisdictionem. quam debet pœnali iudicio defendere, vt dicta l. vlti. sup. tit. 2. & infr. si quis ius di. l. vnica, in princ. Imperium verò magnũ subdiuiditur, quia aliud merum, aliud mistum. & hac l. cuius materiam modò propriè attingimus. Quinto ergo loco iuxta præmissa quæritur quid est merum † imperium? Ad hoc dicunt quidam Doct. tam antiqui, quam moderni, quod merum imperium est legitima potestas, &c. consistens in ijs causis, quæ adimunt vitam hominis, vel eius membrũ. Hoc probatur hac l. quæ dicit, q̃ merũ imperiũ est, habere gladij potestatẽ, ad animaduertendũ in facinorosos homines: hoc est capitaliter aliquẽ punire naturaliter, vel ciuiliter. Nã (sicut dixi) gladius alius est materialis, alius est ciuilis: & de vtroq; hîc loquitur. Sic de vtraq; vita intelligitur, siue adimatur vita naturalis siue ciuilis, & quod adoptatio ciuilis vitæ sit de mero imperio, probatur sup. tit. 2. l. 1. §. huius rei. Item de mero imperio est membri mutilatio hodie de iure nouo, vt in Authen. de coll. §. iubemus. Sed de iure isto non reperiebatur talis pœna: quia homo aut in totum occidebatur, aut in totũ reseruãbatur in integrũ, ne fieret inutilis, & panis deuastator, vt vulgò dicit, & ideo iura antiqua dũ capitalia crimina distinguebant, nihil de membrorum mutilatione dixerunt, & meritò, vt C. de testa. l. iubemus. Iura tamen noua & nouissima benè introduxerunt membrorum mutilationem, vt patet, C. de ser. fug. l. 2. & Auth. ibi posita. quod est capitale iudicium hodie, & consistit in mero imperio. vt dict. §. iubemus. & hoc considerans glos. hic signata, dixit esse animaduertẽdum in animatum corpus, totũ vel partem. Expeditum est ergo illud dubiũ, vtrũ membri absciss[illegible] † sit capitale crimen? de quo dixi. C. de transac. l. transigere. Ista diffinitio non est bona, quia multæ sunt causæ meri imperij, non tamen adimunt vitam ciuilem, vel corporalẽ. Habent coertionẽ, vt atrox verberatio, sup. de offi. procon. l. fi qui aliter est. §. sub. l. meminisse. Item causæ † leuium criminum, quæ sunt meri, cum ex potestate iudicis dependeant, vt in Auth. de defen. ciui. §. audiet, & sup. dixi. nec tamen adimunt vitam. Quid ergo dicemus? Certè videtur dicendum, quod merum imperiũ est legitima potestas, à iure publico introducta, cũ necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ, consistens

consistens in ijs causis, quæ ex potestate, officio, & authoritate iudicis dependent, nihil applicando parti principaliter probat, Merum imperiũ est legitima potestas, &c. hîc apparet, quia ista sunt iurisdict. in genere: Ergò competunt cuilibet in specie, vt sup. dictũ est. Sequitur consistens in ijs causis, &c. hoc probatur, quia imperare, principium est semiplenum ius agentis, ex officio iudicis supplere, & in his causis consistit merũ imperiũ, vt sup. dixi, & statim dicã. sequitur, nihil applicando, &c. hîc probetur per exẽpla hîc posita. Nam hæc lex dicit, q merũ imperiũ consistit in gladij potestate, ad animaduertendũ in facinorosos homines, &c. ista animaduersio facinorosorũ hominũ expeditur ex officio iudicis nobili, & ex sua potestate, nõ applicando parti aliquid: quia cũ aliquis accusat quẽde homicidio, non facit, vt aliquid sibi applicetur, nec accusatio procedit ex parte priuati, propter plenum ius accusantis: sed iudex supplet ius eius. Quod autem istud ius non sit plenũ, probatur: quia ista est accusatio popularis, & lex dicit, q in popularibus iuribus non constituitur procurator, quia nõ habet ius plenũ, vt infr. de procu. l. licet. Hinc est q lex dicit, q quæstio facti ex potestate iudicis dependet, sed pœnæ impositio, non. vt inf. ad Turpil. l. i. §. calumniatoribus, & inf. ad Munici. l. ordine. Sequitur, principaliter, hoc probatur q ille qui agit causam meri imperij, nihil intendit sibi dari principaliter, sed petit pronuntiari contra delinquentẽ, q iudex puniat eum. Hîc principaliter intendit: verum est, q per quandã consequentiam, quandoq; lucrũ alijs accedit cũ fisco, vt inf. de bo. dam. l. pe. quam priuatis, vt C. de rap. vir. l. vna. sicut dicit l. q vsuræ nõ veniunt propter lucrũ petentium, sed propter negligentiã non soluentiũ: hoc verum est principaliter, tamen per quandã consequentiã lucrum sentitur, vt inf. de vsu. l. cum quidã. §. si pupillo. secundũ Pet. Sextò quæritur iuxta præmissa, † quid sit mistũ imperium? Respondent etiam Doct. mistũ imperium est potestas, per quã exemplificantur ea quæ sunt in iurisdict. media. Ista descriptio reprobatur: quia incerta & obscura, sup. circa merũ imperiũ dixi. Alij Doct. dicunt, quòd mistum imperium est legitima potestas, &c. consistens in his causis, quæ non admunt vitam hominis, vel eius partẽ. Probatio: q sit legitima potestas, sup. probatum est. Sequitur, consistens in his causis, &c. quia per hoc differt à mero imperio. Ista descriptio est nulla, vt infr. patebit. Dicendum est ergò, secundũ Pet. q mistũ imperium est legitima potestas de iure publico, &c. cõsistens in his causis, quæ ex potestate vel nobili officio iudicis dependẽt, aliquid applicandũ parti: & per istũ modum, non per alium differt à mero imperio. Probatio, q sit legitima potestas, probatur, vt sup. sequitur. Cõsistens in ijs causis, &c. patet in exemplo hîc posito, q in dando bo. pos. consistit: quia bo. pos. & similes dependẽt ex potestate iudi. & officio nobili. Nam non petitur iure obligationis, sed ex nobili officio, vt dixi sup. l. i. Septimò
19 loco, visis † descriptionibus sup radictis, quærendũ est, quare dicatur merũ imperiũ? Hic possent multa dici, quidam dicunt, q dicitur merũ imperiũ: quia meram pœnam imponit, quia in capitalibus iudicijs finalem trahunt secum executionẽ, vt inf. de pœn. l. qui vltimò. & l. quod ad statũ. Alij dicunt, & istud est verius, q merum imperiũ dicitur, quia deputatũ non est ad commodum pecuniariũ principaliter. Nã in causis meri imperij non intenditur principaliter, vt aliquid applicetur parti, licet secundariò quandoq; benè, ac lucrũ, vt sup. circa eius descriptionẽ plenius diximus. Octauò quæritur quare dicitur mistum imperiũ? Dicunt Doct. quòd habet imperiũ, & cum hoc iurisdi. annexã. Nã dicit hęc lex, cui iurisdictio est, &c. non tanquam genus in specie. sed tanquam vnũ genus compositum ex duobus. Dicitur ergò mistũ, quia miscetur cũ iurisdictione, sed pro Deo, quæ mistio est ista? Dicunt Doct. mistio, hoc est, q capit ab imperio mero, vt non delegetur, vt sup. tit. 1. l. 1. in prin. & à iurisdictione capit, q constat in commodo pecuniario, nec adimit vitam, vt inf. de iur. & re. l. relegatorum. §. eo. ergò mistum imperiũ non capit à iurisdictione, q constat in pecuniario cõmodo. Item iurisdictio strictè sumpta, cõsistit in leuibus criminibus, quorum causæ iure magistratus competunt, vt in §. & iudicare. vt in Authen. de defen. ciuita. Item cõsistit in ciuilibus causis. Ergo si dicis, q mistum imperiũ capit à iurisdictione, q cõsistat in pecuniario commodo, tu non dicis verum, q capiat à iurisdictione: imò capit à parte iurisdictionis, quia iurisdictio pro ea parte, qua consistit in leuibus criminibus, non consistit in pecuniario cõmodo. Itẽ dicũt, quòd capit à mero imperio, quòd non delegetur. Istud est falsum: quia causa meri imperij delegatur in casu absentiæ, vt sup. tit. 2. l. 1. §. huius rei. Ergò non capit ab ipso mero imperio. Quid dicemus? Timore huius opp. dicunt quidam Doct. q mistum dicitur per abnegationem, siue priuationem. Capit enim ab imperio, quod non consistit in ijs, quæ sunt iurisdictionis, & à iurisdictione capit, quod nõ consistit in ijs causis quæ adimunt vitã. Sed istud non procedit: Nam vt dicatur aliquid mistũ, est per positionẽ, non per priuationem. quis enim (nisi fortè Diabolus) faceret mistionem de nihilo? Dicendum est ergò, quòd capit ab imperio, quod consistat in ijs causis quæ dependent ex potestate & nobili officio iudicis, qui à iurisdictione capit, quod aliquod applicet agenti, vt in exemplo hîc posito, scilicet, in bo. pos. quæ imploratur officio iudicis nobili, vt sup. eo. l. i. & applicat agenti emolumentũ bonorũ, vt sup. dixi. & sic dicitur mistũ per positionem, non per abnegationẽ, & sic debet intelligi hæc lex, quicquid alij dicant, secundum Pet. Nonò quæritur, quibus iudicibus
20 † competit merum & mistũ imperiũ. Et vt hæc quæstio apertius explicetur, dicendum est, quòd sunt ordines magistratuum aliqui illustres clarissimi, & aliqui simplices magistratus. qui autẽ sunt aliqui, dixi sup. tit. 2. l. 2. Cum ergò quæritur, quibus iudicibus competat merum & mistum imperiũ? Respondendum est, quod competit omnibus qui sunt de quatuor prædictis ordinibus, quod probatur sic. Si illud quod minus videtur inesse, inest, & illud quod magis. Sed præfidi qui est clarissimus, cõpetit merum imperiũ: Ergò, &c. vt sup. de offi. præfi. l. illicitas. §. qui vniuersas. Hoc verum est, regulariter fallit, secũdum quosdã, in præfecto vigilum, & licet sit spectabilis, tamen non exercet merũ imperium, vt sup. de offi. præf. vi. l. i. §. i. Item fallit in consule,
21 qui † licet sit illustris, vt C. vbi sena. vel cla. l. quotiens, vt ibi no. in gl. non tamen exercet merũ imperium, imò voluntariã iurisdictionem tantũ, vt sup. de officio con. l. vna. Istæ exceptiones non sunt veræ. Prima exceptio quæ fit de præfect. vigilũ, est falsa: imò præfectus ille habet imperiũ merũ cognoscendo, cùm ipsa cognitio causarum meri imperij fit de ipso mero imperio, vt patet. quæ demandari nõ possunt nisi à proficiscente, vt sup. tit. 2. l. 1. §. i. licet exceptio sibi non competat, quæ præfecto verbis referuatur, ergò, &c. sic debet intelligi prædicta l. 2. §. i. & C. eo. tit. l. vna. Item secunda exceptio, quæ fit de consule, similiter est falsa. Nam consul habet merum imperium, vt patet infr. de appel. l. i. §. denique. & infrà de arbi. l. i. §. denique. & infr. de arbi. l. 3. §. fi. cum l. seq. vbi dicitur, quod consul est maior Prætore, sed Prætor habet merũ imperiũ. Ergo consul, licet occupatus circa latus Principis, minus frequenter illud exerceat, vt dixi sup. tit. 2. l. 2. Habent ergò prædicti quatuor ordines, merum & mistũ imperiũ, qui autẽ sunt simplices magistratus, habẽt ea tantum, quæ sunt iurisdictionis strictè sumptæ, vt sup. tit. 2. l. i. §. qui verò, & inf. ad Muni. l. ea quæ, & in Authen. de defen. ciui. §. non enim. Hoc verum est regulariter, fallit in quibusdã casibus, vbi simpliciter habent merum, itẽ mistum imperium, vt patet in leuibus criminibus, quæ pertinent ad merum imperium: quia ex potestate & iudicis officio non dependent, & nihilominus eorum cognitio cõpetit defensori, vt in Authen. de defen. ciui. §. audiant. Veruntamen non competit sibi iure magistratus, sed legislator considerans, quod in ciuitatibus plura crimina cõmittuntur, quorum omnium si cognitio tantum spectaret ad maiores iudices, nimis occuparentur, voluit quod ad minores

minores iudices vt defensores hoc spectaret, vt dicto §. audiant. & sic in casibus certis competit magistratui merum imperium. Item competit, vt in quibusdam casibus, iubere cauere, & posmit. ex causa damni infecti, quod magistratui competit: & ratio specialitatis est, q celeritatem desiderat, vt infr. de dam. infect. l. i. & l. 4. §. duas. Non tamen iure magistratus, sed ex speciali commissione, vt dicta l. 4. §. sed cum vicinum, vt plenius dicam infr. l. proxi. Item fallit in causa in integrum restit. quæ est imperij magis, quàm iurisd. vt infr. ad Muni. l. ea. §. i. tamen competit magistratui, fauore restitutionum, vt C. vbi & apud quem, l. vltima, & dixi sup. de procon. l. nec quidquam. §. vbi decretum. Item fallit in datione tutoris, quæ competit magistratui, dum facultates sunt inf. quingentos aureos. Non tamen iure magistratus, sed ex speciali commissione. quod patet: quia non solum magistratus, sed cum Antistite loci facit, secundum quosdam, vt insti. de Attil. tuto. §. sed hoc iure, de quo dixi sup. eod. l. i. dic vt ibi. Quartò quæritur, iuxta hoc, nos † vidimus quibus iudicibus competunt cau
22 † videre, quis possit dare merum imperium? De hoc dicemus infr. l. i. more. dic ergò de hoc, vt ibi.

SVMMARIA.

1 *Delegatus à principe habetur loco ordinarij.*
2 *Mittere in possessionem, an sit magis imperij quam iurisdictionis?*
3 *Iudex si pronunciat me mittendum in possessionem, & dat mihi licentiam intrandi: an possim per meipsum ingredi possessionem?*
4 *Magis aduerbium, quandoq; capitur electiuè, quandoq; comparatiuè.*
5 *Decretum secundum an interponatur in causa legatorum, & in alijs causis.*
6 *Stipulationes prætoriæ & iudiciales qualiter differant?*
7 *Cautio rati & iudicatum solui sunt Prætoriæ.*

CAVERE. Propter contraria dissoluenda gl. tangit hîc diuersas lecturas. Sed ego procedam in l. ista hoc ordine. Primò ponam veriorem lecturam, & literalia expediam. Secundò opponam, & in respondendo faciam mentionem de alijs lectu. Tertiò quæram. Quartò & vltimò inducam l. istam contra opinionem Ioan. Redeo ad primum. Lex ista secundum veriorem intellectum ponit talẽ casum. Titius in testamento suo reliquit mihi sub conditione vel die quoddã legatum. interim petebam ab hærede suo cautionem de legato præstando: Adueniente die vel conditione, quam mihi præstare recusat, volo adire competentem iudicem, & petere, quod iubeat ipsum hæredem cauere, & si non caueat quod mittat me in possessionẽ, dubitatur modò, nunquid istud, scilicet, iubere cauere prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, sit imperij vel iurisdictionis, vt sic sciatur, quis iudex sit adeundus? Ad hoc respondet iurisc on. quòd magis est imperij quam iurisdictio. h. d. ¶ Literam expone. iubere cauere, scilicet, de legato præstando, & in possess. mitten. ipso facto subaudi, si non pareat, magis est imperij quam iurisdictionis concor. inf. ad Muni. l. ea quæ. §. magistratibus. Expeditus sum de primo. Venio ad secundum. Ad l. istam secundum præmissum intellectum statim opp. hoc modo. hîc dicitur, quod iubere cauere, & in possessionem mittere, magis est imperij quam iurisdictionis. Contra hoc instatur, L. dicit, quod ea quæ sunt magis imperij quam iurisdictionis, non competunt iure magistratus, vt inf. ad Muni. l. ea quæ, & si non competunt iure magistratus, nõ possunt delegari, vt sup. tit. 2. l. i. §. qui verò. Sed istud delegatur. vt in Auth. de exhi. reis. §. si verò. col. 5. ergò, &c. Sol. pluribus modis vt in gl. vbi primo modo sol. q ibi nõ dicit per quẽ fiat missio. Vnde intellige per ordinarium, quia, principium est iura iuribus concordare, vt sup.
1 de inof. do. l. vna. Secũdo modo, q ibi loquitur in † delegato à principe, qui loco ordinarij habetur, vt C. de iudi. l. aiu. Tcc. ista solu. non procedit, quia de iure no-

pro etiam delegatus principis non exequitur, vt no. infrà de re iudi. l. à diuo pio. in princ. licet de iure canonico sic, vt ibi no. Tertio modo respondetur, quod ibi loquitur de missione in possessionem. ibi verò loquitur de sola pronunciatione, quæ competit delegato. & sic intelligitur illa §. si verò. vt ibi not. & hæc solu. est verior. Secundò opp. idem dicitur hic quod iubere cauere † & in possessionem mittere, magis est imperij quam iurisdictionis. Sed quæ imperij sunt, non possunt delegari, vt dicta l. ea quæ tamen l. dicit, quod ista delegari possunt, vt iup. tit. 21. l. cognitio. §. vt bo. pos. Ergò non est magis imperij, imò est iurisdictionis, vt sup. l. proxi. in fin. Sol. hæc lex potest intelligi duobus modis. Et aduertatis: quia hic tangit tex. huius l. quomodo potest intelligi hæc l. vt ista verba, scilicet, iubere cauere & in posses. mittere, sint duæ propositiones copulatę, & erit sensus talis: iubere cauere prætoria stipul. per se magis est imperij quam iurisdictionis. & ad contrarium respondetur hoc modo: iubere cauere est magis imperij, &c. hoc est verum, vbi proceditur ad coactionem. Sed iubere cauere stando in similibus missionibus est iurisdictio. vnde videtur hic intelligere de iussu coactiuo, vbi non statur in finibus iusionis. Hæc solut. licet secundum glos. quæ est hic, in dicto §. vt bo. poss. saluari possit: tamen non est de mente iuris contracti, vt hæc lex continet duas propositiones copulatas. Sed esset hic incongruitas, cùm dicatur in singulari, & deberet dicere, sunt vel debent hæc repeti. Litera est, sed scriptura non debet continere inconuenientiam, vt infrà de leg. 2. l. cum pater. §. cũ imperfecta. Verùm hæc lectura non placuit maioribus nostris. Secundo modo intelligitur hæc l. vt non contineat duas propositiones copulatas, sed vt contineat vnum subiectum copulatum, scilicet, iubere cauere. & in possessionem mittere, magis est imperij, &c. Ad contrarium respondetur, quod ibi loquitur, vbi iudex vult cauere, de in possessionem mittendo ex primo decreto: istud est iurisdictionis, vt ibi & hic loquitur in secundo decreto. Vnde iubere cauere, & in possessionem mittere ex secundo decreto, magis est imperij, &c. Concor. inf. de dam. infec. l. 4. §. si fortè. & ista solut. sequitur Odof. hîc, & in contrario. Sed huic solut. repugnat litera, quæ in dicto §. vt bonorum. Nam expressè loquitur ibi de secundo decreto, dum dicit, vel si cui damni infecti non caueatur vt possidere iubeatur: hoc enim pertinet ad secundum decretum, scilicet, iubere possidere vt patet, de dam. infec. l. si finita. §. sul. in fi. Prætereà aliud est possidere. aliud retinere, vt inf. de acqui. poss. l. 3. §. fin. Ergò cũ ibi dicatur possidere, intelligitur de possessione iuris, quæ est ex secundo decreto. Pet. verò dicit, quòd iubere cauere verbaliter & pronunciare de mittendo, si non caueatur, siue ex primo siue ex secundo decreto, est iurisdictionis, & competit delegato, vt in dicto §. bonorum. Sed re ipsa mittere, siue ex primo siue ex secundo decreto est imperij. & sic intelligit l. istam præalle. §. vt bonorum, quicquid dicant glos. hîc & alibi. Tertiò iuxta hoc oppo. nos dicimus, quod iubere cauere & in possessionem mittere realiter etiam ex primo decreto magis est imperij quam iurisdictio. & sic intelligimus hanc legem, sed contra hoc: quia lex dicit iubere cauere de dam. infect. & possessio. mittere ex primo decreto magistratui competit. Ergò est iurisdictionis. & sic oppo. de damno infecto. l. 4. §. duas. & §. sequen. Circa solut. huius contrarij sunt variæ opiniones nostrorum maiorum. Dicunt enim quidam Doctor. quòd circa prouisionem damni infecti quatuor sunt remedia. Primum est iubere cauere de damno infecto. secundum, si non caueatur, quod fiat missio. Tertium, q; si prætereà dominus velit cauere, q; remoueatur missus. Quartum est, quòd si perseuerat non cauendo, quod fiat missio ex secundo decreto. Duo prima dicunt, quod competunt curiliet magistratui. Alia duo sequentia, non competunt nisi maiori iudici, vt dicto §. duas. & §. sequen. Ad hanc l. quæ dicit, quod iubere cauere & in possess. mittere magis est imperij, respondent, quòd hîc loquitur, vbi iubere cauere & in posses. mittere magis ex alia causa, quam ex causa damni infecti: in qua causa est speciale propter celeritatem, vt ea. l. i. Nam dicunt, quod hęc lex in prima parte loquitur in cautione damni infecti. In secunda loquitur de missione ex alia causa. & hæc est secunda lectura, quam glos. imperij tangit, vt dicatur sic, iubere cauere ex causa infecti, & in possessio. mittere. ex alia causa, vt ex causa legatorum. Hoc totum magis est imperij quam iurisdictionis, & ratio est, quare non intelligatur tota in eadem causa: quia in causa damni infecti, totum competit iure magistratus, vt in dicto §. duas. Vnde falsum esset, quod totum istud esset magis imperij quàm iurisdictionis, & propterea sic diuidunt, vt prædixi. Ista lectura non est digna recitatione. Nam non continet hæc lex vnum subiectum copulatum: quia essent duo diuersa, siue esset componere ex duobus animalibus vnum animal, quod dicitur hypocentaurus. & propterea dicit hic iac. de R. a. timeo hic de vnico scrupulo. Quid ergò dicemus ad contrarium? Dicunt quidam, quod in causa damni infecti est speciale, quod iubere cauere, & in possessionem mittere, sit iurisdictio, vt dictum est. & sic legunt hanc legem, vt totum intelligatur in alia causa quam causa damni infecti. Istud non est verum, quod mittere in possessio. ex primo decreto in causa dam. infect. sit iurisdict. imò dicunt quidam, quod licet competat magistratui, est tamen imperij: quia non competit iure magistratus, sed speciali concessione prætoris mortui. & hoc tenet Dy. vt ab eo percepi in dicto §. duas. Alij, vt Pet. dicunt, quod in causa damni infecti sint 6. vel 7. Primum est iussus de cauendo. Secundum est, si non cauet, pronunciatio de mittendo in possessio. ex primo decreto. Tertium missio reipsa, si dominus resistat. Quartum est, si dominus paratus sit cauere, pronunciato de discedendo à possessione. Quintum, si non discedit, cogitur re ipsa vt discedat. Sextum est, si perseueret dominus in contumacia, de non cauendo pronunciato, siue iussus de possidendo iure dominij. Septimum est, si dominus possidere non permittat, cogetur de facto re ipsa expellendo eum per humeros. Ex iis omnibus præmissis, excipienda sunt illa, quæ inferunt corporis coertionem, & quæ non: vt illa quæ inferunt coertionem corporalem, dicamus esse imperij, cætera sunt iurisdictionis. & sic tria ex præmissis sunt imperij, videlicet mittere in re ipsa ex primo decreto. Item cogere personaliter, vt discedat missus de possessore, cautione præstita. Item cogere vt dominus permittat possidere, mittiiussum ex primo decreto ipso, personaliter extrahendo de re. Alia quæ sunt quatuor, sunt iurisdictiones. Quod est ergò speciale in causa damni infecti? Certè dicit Pet. quod est speciale istud solùm, quod magistratus absente Prætore mittat in possessionem re ipsa ex primo decreto. & ratio istius specialitatis est, quia res ista celeritatem desiderat, scilicet, vt non solùm, pronuncíet de cauendo & de mittendo, imò re ipsa mittat, & aliter succurritur missio. Nam missus domum reficere potest, & sumptus recuperare, & sic euadere damnum domus suæ, vt infrà de damno infecto. l. si finita. §. si iam. & §. sequen. Prætereà tutius est pignori agere, quam in personam incumbere. Sed missis in possess. constituitur pignus prætorium, ergò, &c. vt in stit. de obligatio. quæ ex quasi delict. & infrà de pigno. act. l. non est mirum. & ideò specialiter statutum est, quod ista missio competat magistratui, non iure magistratus, vt prædixi secundum Pe. imò tunc de iure cum maior iudex non est præsens, vt infrà de damno infecto. l. 4. §. si tam vicinum. Et ibi not. sed hoc non approbat Dy. imò dicit, quod magistratui competit ex speciali commissione Prætoris mortui, vel sit maior iudex præsens siue non, vt dicto §. duas. Veruntamen vbi maior iudex est præsens, non imputatur magistratui, si se non interponat. interponere tamen se posset, si vellet, secundum Dy. propter istam specialitatem: quia missio in causa damni infect. competit magistratui. Legunt Doctores moderni l. istam, vt totum istud, iubere cauere, & in possessionem mittere,

mittere, intelligatur in alia causa quam in causa dam. infec. Vel possumus intelligere totum istud, iubere, cauere, & in possessionem mittere. Et ad contrarium respondetur, quod verum est, quòd competit magistratui: tamen non videtur iure magistratus: & sic non est iurisdictionis, aut aliàs dicimus in leuibus criminibus, in quibus coertio competit magistratui, non iure magistratus, vt dixi sup. l. proxi. Ego tamẽ, vt euitarem istud contrariũ odiosum, posui casum, vt l. ista tota intelligitur in alia, quã in causa damni infecti. Ex prædictis vidimus varias opiniones antiquorum & modernorum. Nam dicunt quidam, quòd missus de cauendo, & missus de possidendo siue ex primo, siue ex secundo decreto, est iurisdictionis: & sic intelligunt suprà tit. 21. l. cognitio. §. vlti. & glos. ibi applaudet huic intellectui. & hoc tenet Pe. Alij dicunt, quod cognitio & missio re ipsa ex primo decreto est iurisdictionis. sed cognitio & missio re ipsa ex secundo decreto est imperij, & ita sentit gl. quod non approbat Pe. quia secundum eum non est iurisdictionis illud, vbi coertio corporalis est necessaria. Sic intelligit hîc, & lex ad Munici. l. ea quæ. & de pœn. l. si quis fortè. §. vlti. de reg. iur. l. nemo potest, in fi. Expediti sumus de secundo, veniamus ad tertium, scilicet, ad quæstiones. Primò quæro, si iudex pronunciat me
3 mittendum in possessionẽ, † & dat mihi licentiam intrandi, nunquid per me ipsum possum ingredi possessionem? Videtur quod non: quia est magis imperij quam iurisdictionis. ergò, &c. In hac quęstione dicit Pet. quod aut ibi non inuenio resistentem: & tunc possum ingredi securè, & nancisci possessionem, ex quo consensum suum habeo, quicunq; sit iudex vel magistratus: aut inuenio ibi resistentem: & tunc non possum intrare, sed ad maiorem iudicem vadam. qui compellet, vt infr. ad Muni. l. ea, quæ. §. magistratibus. & infr. de acqui. poss. l. permisceri. §. fi. Istud videtur periculosum, in possessionem intrare. vacua possessio non est. Pone enim, quod minor iudex sic pronunciat: nunquid poterit pars intrare & intrando te priuare possessione, qua non posset ipse minor iudex te priuare? Certè non, quia ille facit, ex cuius potestate fit, vt infr. quod cuiuscunq; vni. l. eorum. §. si decuriones. & de leg. 2. l. vnum ex familia, in princ. & C. de iudic. l. apertissimi. ergò, &c. Præterea etiam in maiori iudice est quæstio, vtrum hoc possit committere parti, vt per se vadat, & intret possessionem. vbi dixit Azo quod non. vt not. infr. de acquiren. poss. l. iustè. & inf. de reg. iur. l. non est singulis. Lotharius dixit quod sic, pro quo facit, infr. de ope. no. nunci. l. 1. §. nunciatio est ex hoc edicto, & l. si prius, & C. vt nemo li. si. iudi. autho. l. 1. & solu. matri. l. dote. vbi videtur casus. Quid dicemus? Certè in maiori iudice posset habere locum prædicta distinctio Pet. & sic intelligantur & distinguantur prædicta iura. Secundò quæro, qualiter
4 in l. ista accipiatur istud † aduerbium, magis, vtrum comparatiuè vel electiuè. Nam quandoq; accipitur electiuè vt tibi magis volo esse dives quam pauper. qualiter hîc accipitur? Tenet gl. quod hîc accipitur comparatiuè. Nam iubere cauere, & in possessionem mittere, partim habet ab imperio: quia imperium consistit in gladij potestate: & iurisdictio strictè sumpta, consistit in pecuniarijs, & ab eo imperio quod est prius principij, quod non possit delegari, & à iurisdictione capi, quod consistit in pecuniario commodo. Ergò capit quod est sui principale ab imperio, & à iurisdictione quod est modicum: ideò dicitur magis imperij quam iurisdictionis. Gl. affectat colligere mistum imperium, quia maiorem partem capit ab imperio, non quod hoc fuerit de mente huius l. Quid dicemus? Videtur dicere Pe. quod magis ponitur electiuè: Nam secundum eum hic intelligitur de missis in possessione ipso facto, quod respicit coertionem corporalem, & istud non potest dici mistum ex imperio & iurisdictione, imò est solùm imperij, vt infr. de reg. iur. l. nemo potest, & infrà de pœn. l. si quis fortè. §. fin. Tertiò quæritur, nos tractemus. sup. prà
5 de primo & secundo decreto. Sed † nunquid secundum decretum interponitur in causa legatorum & in aliis causis? Gl. dicit hîc quod non, & item dicit inf. de dam. infec. l. si finita. §. si plures. Alibi dicit quod sic, vt infr. vt in pos. leg. l. is cui, in princ. Videtur quod gl. hîc, & in dicto §. si plures, malè loquitur, vt dicam inf. si ex noxa cau. aga. l. 2. in fin. vbi materia primi & secundi decreti plenius explicabitur. Vltimò inducitur hæc lex ex contrario, ipse dicit, quod inter Prætorias & iudiciales stipulationes est differentia: quia
6 † Prętoriæ sunt, quę per solum iudicem ordinarium interponuntur. Iudiciales quia per quemlibet etiam delegatum, vt no. inf. de ver. obli. l. stipulationum aliæ, in principio. Vult dicere Io. quod Prætoriæ stipulationes sunt mistí imperij: iudiciales verò sunt iurisdictionis, & istam differentiam collige ex hac l. Sed contra Io. arguo. Ipse dicit, quod Prętorię stipulationes requirunt maiorem iudicem, vt hac
7 l. sed † cautio iudi. solui, & cautio rati sunt Prætoriæ, vt infr. de Præto. stipu. l. 1. ergo non possuut expediri nisi coram maiori iudice, quod est falsum. Ad hoc dicunt quidam, quod maiores iudices iubent, vt hîc. minores non iubent eas interponi, sed derogant iurisdictionem suam, tanquam non sit sufficiens iurisdictio. Ergò infr. de procu. l. mino. §. fi. & l. seq. Istud non placet, quia insus qui stat in suis finibus non est imperij, vt hîc not. vt sup. dixi. Io. respondet & dicit, quod Prætoriæ stipulationes non possunt expediri, nisi per maiores iudices: Verum est, ob hoc principaliter aditos. Vnde secũdum eum prætoriæ stipulationes quædam sunt, quæ interponuntur offi. iudic. ob hoc principaliter, vt cautio rati, vel iudi. aditi. Solutio, primæ non expediuntur per maiorem iudicem, secundæ sic. Puto enim Io. benè dixisse. Probatio: Certum est, quod cautio de debito soluendo, adueniente die, iudicialis est: & tamen ista non est Prætoria. Ergò sua diffinitio non est vera, argu. infr. de iudi. l. omnibus. Prætereà sicut ego dixi, iubere cauere stando in finibus missionis, non est imperij, imò iurisdict. Sed iubere cauere, & in possessionem mittere, re ipsa coercendo personam, est imperij. & sic l. ista non est pro reo, imò contra. Quæ est ergò differentia inter has stipulationes? Dic quod quatuor sunt diffinitiones stipulationum. Quædam enim est iudicialis. quædã Prętoria. quædam conuentionalis, quædam est stipulatio communis, vt dicta l. stipulationum aliæ. Redeo ad primum. Stipulatio iudicialis est, quę interponitur officio iudicis concesso, per legem factam ab alio, quàm à Prætore, vt est illa de qua loquitur præalleg. l. omnibus. Stipulatio Prætoria est, quæ interponitur officio iudicis, concesso per l. à Prætore introductam, vt est cautio, de qua loquitur inf. de damn. infect. l. 1. & l. Prætor. & inf. vt le. no. ca. per totum. Stipulatio conuentionalis est illa, de qua loquitur inf. de fideiuss. per totum. Stipulatio communis est illa, quæ est communis, tàm Prætoria quam iudicialis, vt sunt tres stipulationes, valet stipulatio de rato, & cautio rem pu. fal. fo. & cautio de euictione, vt no. insti. de di. stip. ad fi. verbi gratia: Cautio de rato communis est, quia quandoq; interponitur per l. Prætoris, vt quando procurator actori cogitur cauere de rato, vt inf. de proc. l. non solùm. §. quæ alieno. quandoq; interponitur per aliam, id est, quàm Prætoris, vt quando reus cauet de rato, vt dicta l. non solùm §. est & casus, & §. seq. & l. seq. Item cautio, rem pupilli saluam fore est communis, quia quandoq; interponitur per l. Prætoriam, vt quando tutor pupillo cauet, vel seruo suo, vel personæ publicæ, vt inf. rem pup. sal. fo. per totum. quandoq; interponitur per aliam legem, vt quando vnus tutor cauet alteri, vt solus administret, vt infr. de admi. tuto. l. 3. & insti. de satisda. tuto. §. 1. & 2. Similiter cautio de euictione est communis. Nam quandoq; præstatur per legem Prætoriam, vt quando venditur seruus, non cauetur de duplo. quandoq; præstatur per aliam legem, vt quando venditur alia res preciosa, vbi cauetur de duplo. & hoc statuit alius quàm Prætor, vt iurisconsultus, propter eandem rationem, vt infr. de euict. l. emptor. & sic est iudicialis & communis, & sic debet intelligi dicta l. stipulationum. aliàs inf. de verbor. obligationibus.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictionem iure suo habens, potest eam delegare: qui autem beneficio alieno, alij delegare non potest.*
2 *Mores maiorum seruare debemus.*
3 *Iure nostro quæ habemus, in his plus possumus, quàm in his quæ iure alieno habemus.*
4 *Mandatore mortuo, re integra expirat mandatum iurisdictionis: sicut aliarum rerum, & nu. 10.*
5 *Rex Romanorum habet iurisdictionem à populo Romano.*
6 *Voluntatem suam declarare verbis vel factis non refert.*
7 *Magistratus illustres habent iurisdictionem à principe, & eam delegare possunt.*
9 *Delegatus proconsulis iurisdictionē suā an delegare possit?*
10 *Confirmans dare videtur.*
11 *Seruitutem constituere non potest quis, nisi dominus, vel eius mandato,*
12 *Manumitti non potest seruus, nisi à domino, nec potest dominus committere vel mandare alicui vt manumittat.*
13 *Iudicandi actus ex commissione delegationis potest per alium explicari.*
14 *Delegatus an post litis contestationem possit alij delegare?*
15 *Procurator an post litis contestationem possit alium procuratorem constituere?*
16 *Causa si à Papa committatur duobus, vt de ea cognoscant, & si de ea non cognoscant, mandauit quod alij duo cognoscerent, si duo primi modicum ante annum sunt mortui, an statim alij duo poterunt cognoscere?*
17 *Promittere calendis, & ante calendas, qualiter differant?*
18 *Res quando dicatur integra?*
19 *Mandator si non sit mortuus, sed remotus, vtrum mandatum expiret?*
20 *Delegans si re integra moritur, delegato ignorante & procedente, an valeat processus?*
21 *Iurisdictio non quæritur alicui, nisi à tempore scientiæ.*
22 *Delegatus an transmittat causam ad suum successorem?*
23 *Iurisdict. residentem in suam personam, dare qui possint?*
24 *Iurisdictionem delegatam dare quis possit?*

MORE MAIORVM. Lex ista coniungitur cum lege se. & ideò in vtram lect. teneho ordinem consuetum. Primò diuidendo & ponendo casum, & expediendo literalia. Secundò signabo quædam contraria. Tertiò mouebo quasdam quæstiones. Et ad primum venio. Lex ista cum l. seq. diuiditur in tria dicta. Primò enim ponit duas regulas. Secundò subiungit rationē alterius regulæ. Tertiò infert ex præcedētibus. ¶ Casus patet in genere hoc modo. Iurisconsultus tractando de iurisdictione, intendit ostendere in hac lege, qui sunt illi, qui iurisdictionem demandare possunt, & qui non possunt. & hoc declarat per duas regulas, dicens, quod † illi demandare possunt iurisdictionem, 3 qui eam habent iure suo. Qui autem habent ex beneficio alieno, illi delegare non possunt, & hoc in primo. Ratio secundæ regulæ est: quia nec principaliter, &c. ex ijs infert rationem, si is qui, &c. Literam expone sicut in subsequentibus apparebit. † Nota primò ex lege ista, 2 quòd mos maiorum seruandus est. Concord. sup. tit. 2. l. 1. §. qui mandat argumen. & sup. de Iustitia & iure. l. penul. quod ita exaudiendum est, si mos prædictus fem per fuit fideliter obseruatus, vt C. de testamen. l. testamenta. Secundò not. quòd † plus possumus in ijs quæ 3 iure nostro, quàm iure alieno habemus. Concordat C. de procura. l. 19. & de dona. l. si quis. arg. 2. §. 1. & infr. de 4 ver. obli. l. si quis stipula. §. 1. & l. si quis arbitratu. † Tertiò nota, quod mandatore mortuo re integra, expirat mandatum iurisdictionis, sicut mandatum aliarum rerum, vt ff. mandati. l. inter causas. & C. eodem titu. l. mandatum, & insti. eodem §. rectè. Expeditus sum de primo, venio ad secundum. Ad legem istam oppo. dicitur hic in Rubrica regulæ, quòd qui alieno † beneficio 5 iurisdictionē habet, non potest eam demandare. Contra hoc: quia princeps Romanus habet iurisdictionem à beneficio alieno, id est, beneficio Romani populi, vt sup. de constitu. l. 1. & tamen delegat, vt C. de iudicijs. l. à iudice. ergò, &c. solu. dicit glossa. quòd hoc intelligitur, quando quis habet beneficio alieno, id est, hominis, sed princeps Romanus habet beneficio l. Hortensis, & sic nō ab homine, vt dicta l. 1. Ista solutio est quædam truffa. Nam qui habet à lege, per populum facta, à populo 6 habet: quid enim refert, vtrum populus † voluntatem suam declarauerit verbis an factis? Alij dicunt, quod hic loquitur, quando habet à homine immediatè, sed princeps non habet ab homine immediatè, sed mediante lege Hortensia, & sic magis à lege, quàm ab homine habet, considerata causa immediata. Ista solutio est truffa. Nam cum lex Hortensia fuerit rogata à populo, nemo sani capitis dubitat, quòd à populo habet, & sic à populo: Ergò habet beneficio alieno. Sic remanet opp. quid dicemus? Dico quòd hic loquitur de iurisdictione, quam quis habet iure, & in iure, residente in persona sua delegare potest. Sed qui habet beneficio alieno, iure residente in persona aliena, tunc non potest, vt suprà titu. 2. l. vlti. Loquitur ergò hic de beneficio alieno, id est iure alterius, residente in persona aliena, sed principis, licet habeat beneficio legis Hortensiæ seu populi, legem prædictam condentis: habet tamen iurisdictionem in persona sua residentem, & ideò demandat eam, vt dicta l. à iudice, & sic intelligit hic glossa. interlinearis, quæ dicit iure suo, id est, iure ordinario. Nam ordinaria iurisdictio est illa, quæ residet in persona mandantis, 7 melius ergò intelligit glossa. parua, quam magna. † Secundò oppo. ad idem. Dicitur hic, quòd qui alieno beneficio habet, non potest delegare. Contra, quia constat illustres magistratus iurisdictionem habere à principe, vt suprà de offic. præsi. l. prima. in princip. cum similibus. Et tamen iurisdictionem suam delegant, vt suprà titu. 2. l. 1. §. primo. Solutio. dicit glossa. qui habet beneficio alieno, scilicet hominis, non potest demandare. Ita loquitur hic. Sed qui habet beneficio legis, benè potest delegare, vt in contrario, & princeps non est homo, sed est lex animata in terris, vt in Authenti. de consulibus. §. penult. collat. 4. Ista responsio est deriſibilis, quia licet princeps sit lex animata: tamen est homo. Respondendum est ergò, vt in præcedenti contrario dixi, videlicet, quòd qui beneficio alieno habet iurisdictionem, id est, exercitium iurisdictionis alienæ, quæ residet in alio quàm in se, delegare non potest. Sic loquitur hic. Sed illustres & ordinarij magistratus iurisdictionem suam habent, residentem in se, & non in alio: & sic 8 delegat vt in contrario. Tertiò oppo. circa idem, dicitur hic, quòd qui alieno beneficio, &c. contra † delegatus proconsulis iurisdictionem habet beneficio proconsulis, vt de officio proconsulis. l. legati. & tamen delegat, vt eodem titulo. l. legatus. Secundum quod est ibi in litera affirmatiua soluitur pluribus modis. Vno modo dicit glossa, quòd delegatus proconsulis non habet exercitium iurisdictionis alienæ, residentis in alio, sed habet propriam iurisdictionem in se residentem, vt suprà titu. 2. l. cognitio. §. propriam, & sic delegare potest. Hæc solutio est falsa: quia contra prælle. l. Vel dicendum est, quòd ibi fuit delegatus ad vniuersitatem omnium causarum, & sic habet iurisdictionem in se residentem, non exercitium iurisdictionis: quia est vt ordinarius, & ideò potest delegare suam causam, vt infrà qui & à quo. l. prima in fin. quod autem legatus proconsulis sit delegatus ad vniuersitatem causarum, habetur suprà de offic. proconsl. l. solent. & l. si quid, aliàs est. §. sub. l. meminisse. Ista responsio non videtur vera, quia nulla l. cauetur quod delegatus ad vniuersitatem causarum possit delegare, & nos erubescimus loqui sine lege, vt in Authen. de trien. & se. l. consideremus. Præterea, sicut delegatus ad vniuersitatem, non delegat totam, sicut nec vnâ: quia quod iuris est de toto quò ad totum, & de parte quò ad partem, ergò, &c. arg. inf. de rei ven. l. quæ de tota. & inf. de vsur. l. qui sit. Non ob. prælle. l. quis & à quo appel. quia hoc nō dicit: imò

imò dicit, quòd quādo sunt duo iudices, quorū vnum, & idē est auditorij, vt est videre in Epist. & suo vicario tunc nō est appellādum ad iudicē, qui dedit vicarium, vt ad Episcopum, sed ad maiorē eius, id est, ad Archiepiscopum ita loquitur l. illa in fi. secundum Pe. & ideò non procedit prædicta sol. secundum eū, vel dicendum tertiò, quod in legato proconsulis sit speciale, & ratio specialitatis est: quia quodammodo reputatur iurisdi. sibi concessa à lege, quia nec reuocari potest inconsulto principe. ergò, &c. vt dicta l. solent. §. sicut. Istud non est verum, vt ibi no. Prætereà quod iurisdict. habeat à lege, non placet: imò habet à proconsule. cum lex dicat, cum legatus proconsulis nihil habeat proprium, vt d. l. legati. Quid dicemus? Dico quod legatus proconsulis habet exercitium iurisdictionis non demandatum. Verum est, si illud habet præter consentiam. At legatus proconsulis habet ex consentia, & dispositione legis mortuæ: quod idem est ac si ex consentia & dispositione legis viuæ, & ex dispositione principis, vt C. de iudi. l. à iudice. & hoc innuitur in l. seq. & quia nec principaliter, &c. quasi dicat, si ex consentia legis vel principis haberet, posset. & sic intelligas has leges secundum Pet.
9 † Quartò opp. dicitur hic, quod qui habet iurisdictionē à se, quia lex dat sibi, potest eam delegare. Sed delegatus quicunq; fit, & à quocunq;, videtur habere iurisdictionem à lege qui eam confirmat: & sic videtur dari, vt in Authen. de defen. ciui. §. interim, colla. 3. & infr. de ver. sig. l. obuenire. Ergò cum habeat à lege cōfirmante, videtur quòd possit delegare. Sed tamen lex dicit quod non potest, vt sup. tit. 2. l. vlt. & C. de iudi. l. à iudice. Sol. dicunt quidam, quòd lex non confirmat expressè, imò tacitè. vnde qui confirmat expressè, videtur dare. qui tacitè, non. Ista responsio est falsa: quia lex confirmat expressè, vt dicto §. 1. & ideò gloss. sol. aliter, & dicit, quod non est per omnia idem, confirmare, & dare. Ista solutio non est sufficiens, vt apparet. Quid dicemus de hoc? Moderni dicunt, quod refert, vtrum quis confirmet quod aliàs erat inutile, an confirmet quod aliàs erit vtile per se. Primo casu, qui confirmat, habetur pro dante: & sic intelligitur prælle. §. interim. vbi iurisdictio data erat inutilis, quia carebat exercitio, quod quidem per confirmationem datur, vt no. C. eo. l. priuatorum. Secundo casu verò habetur confirmans pro dante, & ideò in casu nostro non videtur habere à lege: & sic intelligitur secundum Pe. & inf. de ver. sig. l. obuenire. Vel dicit referre, vtrum illud quod confirmatur, pendeat ex mera & pura voluntate cōfirmantis necne, vt primo casu confirmans habeatur pro dante, vt patet C. de vet. iur. enu. l. 1. §. fin. omnia enim iura nostra meritò facimus, quia ex nobis, &c. Secundo casu non habetur p dante, vt infr. quando ap. fit. l. 1. §. solent. & secundum istam solu. videtur, q; hic habeatur à lege, cum ex pura voluntate l. pendeat. Sed hoc non est verū, quia etiam si non cōfirmaret datā iurisdict. valeret datio, ex quo erat apud dantem suo iure, ac vbi pendet ex sola voluntate confirmantis vel authorizantis, valeat necne, secus est. & ista solu. satis refidet in idem cum præcedenti, si quis benè aduertat. Quintò oppo. quod dicitur hic, quod si
10 mandans, † cuius beneficio quis habet iurisdict. re integra moriatur, reuocatur mandatum iurisdictionis. Sed contra. quia etiam vbi re integra remotio mandantis, vel mors fuerit, mandatum non reuocatur, & sic oppo. in Auth. vt nul. iud. §. & hoc verò iubemus, colla. 9. Solut. dicit glossa. quod ibi loquitur in casu conuerso, videlicet, quando moritur ille cui mandatur, & sic decessit ibi mandatarius vel delegatus, nō ipse mandans vel delegans, quo casu distinguitur: aut fuit mandatum sub nomine dignitatis, & tunc non reuocatur morte sua, vt ibi: aut sub nomine proprio, & tunc reuocatur, vt in cap. quoniam Abbas. extra de offi. deleg. de quo inferius dicemus. Et hāc solutionē sequitur Odof. sed ista solu. mendacium continet: Nam in prælleg. §. & hoc verò iubemus, non loquitur de morte, & de priuatione vtriusq;, tam mandantis quàm suscipientis mandatū, vt patet ibi circa prin. Sed ibi loquitur, quando suscipiēs mandatū quiescit ab administratione sua, vt patet circa finem, ibi, Si verò & præcepta cuiuslibet iudicis, &c. Loquitur quando præcipientes desinunt administrare, & sic de vtroq; loquitur: ergò ista solutio est falsa. Quid dicemus? Dicunt quidā, quod ibi loquitur, quando desinit administratio, re non integra, sed hic re integra, & sic expirat mandatum. Sed certè ista solutio etiam mendacium continet, quod ibi loquitur re integra, vt ibi patet, dum dicit, priusquam sumentur hæc aut præcipiente, &c. & C. de testa. l. consulta. & de do. l. in donationibus. quare omissis prædictis solutionibus, videtur dicendum, quod hic loquitur de mandato iurisdictio. ibi loquitur de præcepto. Vnde refert: aut iudex mandat iurisdictionem suam per modum mandati & cōmissionis, & tunc habet locum quod ibi dicitur: aut si mandat iurisdictionem non per modum commissum, sed tanquā maior iudex, facit præceptum minori: & tunc habet locum quod ibi dicitur. Nam minor iudex non habet imperium, vt in §. audient. in Authen. de defen. ci. Modò ita est, quod si minor iudex capit delinquentem, & maior iudex præcepit ei vt liberet captum: tunc si quid percipiat princeps, licet iudex cui præcipit, administratione sua quiescat: nihilominus si successor accepit præceptum, & si quidem respicit vtilitatem priuatam, exequatur. Si verò respicit publicā, tunc rescribat, & expectet secundam iussionem. Si verò sit alius iudex maior, tunc licet præcipiens iudex desinat administrare: nihilominus tamen ille cui præcepit, susceperit mandatū. si quidem sit verū, exequitur illud, vel spernit tanquam nullum. Ista loquitur præalle. §. & hoc vero iubemus. & sic debet intelligi. & hanc solutionem tangit hic glo. & eā sequitur Pe. tanquā veriorē, & multi magistri nostri tangunt, vt no. Spe. de offi. dele. §. restat. vers. sed valet. Sextò op. & ista erit vltima oppo. videtur hic, quod mortuo mandatore expirat mandatum, etiam in reliquis causis. Sed contra: quia si mandat aliquis sibi sepulchrū fieri, licet moriatur, non reuocatur mandatum. & sic op. inf. man. l. si verò. §. vlt. Sol. ibi erat explendū mandatū post mortē, hic nō, sed solutio videtur tolli per l. si defunctus. inf. de procur. vbi dicitur, quod si reus vocatus ad iudicium misit procuratorem, & satisdedit pro eo de iudicato. licet re integra moriatur, ppter hoc nō reuocatur mandatum. Sed dicas, q; ibi est illud ideò, quia illud q; deducebatur in mandato, expediebat fieri mandatori & hæredibus eius: aliàs incidissent in pœnam. & sic verisimile est, q; defunctus moriens, officiū durare voluerit. Cū ergò quæritur, an morte mandatorū expiret mandatum? Dic q; aut illud quod erat in mandato collatū, expediebat fieri mandatoribus, & suis hæredibus propter euitationē pœnæ: & tunc non reuocatur, vt dicta l. si defunctus. & ibi dicetur. aut nō expediebat propterea fieri, & tūc refert: aut illud quod deducitur in mādatum, explendum est post mortē ex cōscientia mandatoris, aut ex facti accidētia: Primo casu nō reuocatur mandatū per mortē, vt dicta l. si verò. §. vlt. & l. seq. secundo casu reuocatur, vt inf. de solut. l. vlti. & de hoc plenius dicemus infr. mandati. l. cùm mandassem. & dixi. C. de man. l. mandatum, in lec. dic vt ibi. Expediti sumus de secundo. Veniamus ad tertium, scilicet, ad quæstiones. Primò quæro, hic dicitur, quod qui habet iurisdictionem non iure suo, vt delegatus, non potest eam delegare. Sed ponamus q; quidā ordinarius delegat causam, & dat potestatē delegato, vt possit delegare: nunquid potest? Videtur q; sic. Probatio. Sicut non potest delegare, qui iure proprio habet iurisdi. sic non potest constituere seruitutē, nisi qui est
11 dominus, sed cùm † mandato domini possit quis constituere, vt inf. de ser. ru. prædi. l. cùm essent. §. per plurimum prædia, ergo, &c. Econtrà videtur quod verè probatur hic, quod dicitur, quod non potest delegare nisi qui iure proprio habet, nec possit seruū manumittere quis,
12 nisi dominus, † vt in stit. de libe. §. multis. Sed dominus non potest committere vel mandare alicui vt manumittat, vt C. de ma. vin. l. nec mulierē. Ergò idē in casu nostro. Quid dicemus? Quidā dicūt sic, aut est data sibi

potestas subdelegandi in certum: & tunc non potest, sicut dicimus in procuratore, cùm quæritur, vtrum ex potestate sibi cõmissa potest substituere ante litis contestationem, vt not. infr. de procur. l. 1. in prin. & l. 2. eo. tit. Pet. verò dicit, quicquid sit in procuratore, tamen in casu nostræ quæstionis delegatus non potest alium substituere virtute mandati: quia est actus, qui non potest per alium tanquam per ministrum exerceri. Vnde refert secundum eum, an talis est actus, qui possit per alium vel per ministrum exerceri: & tunc concedit quod possit, sicut est actus cõstituendi procuratorem, vbi potest ex commissione fieri. & perinde est, ac si primus fecisset non distinguendo, vtrum ad certum vel ad incertũ, per d. l. cùm essent. §. fi. aut est actus qui non potest fieri per ministrum, vt testamenti factio, vt infr. de test. l. qui in potestate, & tunc non potest. & idem est de actu sententiandi, vt C. de iud. ex bre. re. l. 2. & idem de actu iudicandi: quia sicut testari est publici iuris, vt infr. de test. l. 3. ita iudicare est publici iuris, vt infr. de mu. & ho. l. vlti. §. munus. & ideò non potest per alium, vt per ministrum explicari: quia non reputaretur eius delegatus, arg. præalle. l. qui in potestate. & dictæ l. 3. Sed per istam rationem videtur, quod ordinarius non possit committere, vel mandare iurisdictionem: quod tamen non est verum, vt hîc, & ideò sicut † actus iudicandi ex commissione delegationis potest per alium explicari: ita dicitur de actu iudicandi, quià nos dicimus, quod delegatus nihil proprium habet, vt sup. tit. 2. l. 1. §. qui mandatam. Ergò delegatus est minister delegantis, & sicut præstare potest ministerium cognoscendi & iudicandi, ita potest præstare ministerium subdelegandi, nisi velles dicere, quod qui ex delegatione cognoscit, non præstat nudum ministerium: sed cum potestate sibi commissa subdelegat, sic. & ideò secundum eum non potest. In hac quæstione Ioan. tenet quod sic, vt no.
14 per eum, extra de offic. deleg. cap. 15 cui. lib. 6 † Secundò quæritur, nunquid delegatus possit alij delegare post litis contestationem? Videtur quod non, quia hîc indistinctè loquitur. Ergò, &c. vt infr. de publ. l. de pretio. Econtrà videtur quod sic, quia hic æquiparat mandatum iurisdictionis, & mandatũ reliquarum causarum.
15 Modò ita est, † q̃ procurator post litis contesta. potest alium procuratorem facere. Ergò, &c. vt C. de procurató. l. neq;. & hoc tenet hîc Azo. in gloss. & sup. de offi. proconsul. Sed Odoffr. dicit contra, scilicet, quòd nec ante litis contesta. nec etiam post, potest alij committere, vt inf. de iudi. l. iudicium. Solu. vbi patet, quòd mandatum iurisdictionis tenetur à mãdato procurationis: quia non efficitur delegatus post litis contestationem dominus lit. s, sicut procurator: & ideò nullo tempore potest committere cum nullo tempore proprium aliquid habeat. Non obstat, quòd æquiparatur mandatũ iurisdictionis, mandato cæterarũ causarũ. quia in hoc, vt efficiatur dominus post litis contest. non æquiparatur, vt dicta l. iudicium soluitur. & hoc etiam sequitur Petrus. Sed huic opinioni obijcitur infr. eo. l. si conuenerit, vbi iurisdictio reuocabilis ante lit. contest. est, & post irreuocabilis. Sed ibi est illud virtute prorogationis, siue prorogatæ iurisdict. quæ prorogatur per litis contesta. & censetur eius, non cuius est iurisdictio iudicis, quæ prorogatur, arg. infr. de pact. dota. l. inter socerum. §. cum in iure. † Tertiò quæritur, ponamus, Do.
16 Papa committit & mandat duobus, vt cognoscãt de tali cau. & si non cognoscant, mandat alij, quod duo cognoscant. Primi duo ante annum forsitan sunt mortui, nũquid statim alij possunt cognoscere? Videtur q̃ non, imò debet annus expectari, vt inf. de ver. obli. l. hoc iure. & C. qui admit. ad bo. pos. l. vlt. in fi. & ista est veritas.
17 Non ob. præalle. l. nulla. † aliud est promittere caſ. & aliud ante caſ. Nam primo casu est promittere in diem. secundo casu est solùm taxare præsens tempus, id est, q̃ possit dari: & sic vbi quis ꝓmittit si calendis Stichũ non dederit, promitto decem, habet diem. scilicet promitto 10. caſ. & ideò dicunt prædictę leges, q̃ tota stipulatio in diem collata videtur. At vbi quis ꝓmittit si ante caſ. Stichum non dederit, promitto 10. non habet promissio diem, sed est solùm taxatio, infr. quem diem possit dari. q̃ hoc sit verum, ꝓbatur expresse inf. de man. re. l. testamen. l. manumissus. §. si autẽ in diem. coniuncta l. si ita fuerit libertas. eo. tit. ex quibus ll. manifestè colligitur, q̃ aliud est promittere Calendis, aliud est, ꝓmittere ante, vel iuxta calend. Nam primum habet diem, & suspendit stipu. secundum non. Dices tu modò, quod ego nihil dico: quia l. cauetur, q̃ paria sunt, promittere calen. & ꝓmittere ante caſ. ff. de ver. obli. l. qui ante caſ. secundo respõsio. Dico q̃ inter prædicta est similitudo: tamen in aliquibus differunt. Nam vbi debes ante caſ. potes soluere ante caſ. indistinctè, sed vbi debes calendis, distinguitur cuius fauore sit apposita dies, vt infr. de vsuris. l. in fideicommiſ. §. cùm Pollidius, & C. de fideicommiſ. l. post mortem. & q̃ differentia sit interpretanda sic, patet ex legibus prælleg. vtl. testamento, & l. si ita. §. Labeo. & ita debent cõcordare leg. præal. de ver. sig. l. in illa. l. hoc iure, secundum Pet. qui solus veritatem intellexit, quamuis nostri maiores in solutione contrarij aliter dixerint, & minus rectè, & fortè dicemus infr. si quis cau. l. si eum. §. homo. Quarto quæritur, hîc dicitur, quod re integra reuocatur mandatum
18 per mortem mandantis, sed quando † dicitur res integra, & quando non? Videtur quod res dicatur integra ante incœptionem eius, non integra cùm incipitur, & sic incœptione rei non dicetur amplius res integra, vt inf. de polli. l. 1. §. cœpisse. Sed contra: quia mò videtur res integra, vsq; ad lit. conte. Post verò dicetur non integra, vt infr. de procur. l. ante litẽ, & post litem. Præterea incœptione rei non dicitur res integra, vt inf. de condi. ob. cau. l. si pecuniam, in princ. Solutio. per viam distinctionis. Nam refert, aut quæritur de mandato intra iudicium aut extra. Si quæritur de mandato iudiciali, tunc differunt inter se iura canonica & ciuilia. Nam de iure canonico ante citationem res est integra, post citationem desinit esse integra, vt extra de offic. deleg. cap. gratum. De iure ciuili vsq; ad lit. contest. Post vero est res integra, vt in Authen. de liti. §. si verò, & extra de offi. dele. cap. relatum. vbi de hoc. Secundo casu, si quæritur de mandato extra iudicium, tunc ante incipit aliquid fieri, quod est de essentialibus, vt propter mercia intrinseca, sicut fundamenta, domus, & huiusmodi. & tunc dicitur res nõ integra incœptione talium rerum, vt dicto §. 2. cœpisse. aut incipit aliquid, quod non est de essentialibus: imò pertinet ad extrinseca, vt sunt stalares facti, seu stempatæ in triuium itinerantium Romam, vt Theutonicorum: & tunc dicitur res integra adhuc, quod patet: quia est locus pœnitentiæ, vt dicta l. si pecuniam. Quintò quæritur, hîc dicitur, quod mor-
19 tuo † mandatore reuocatur mandatum. Sed ponamus quod mandator non sit mortuus sed remotus, vt Episcopus, qui sit remotus à domino Papa: nunquid expirat tunc mandatum? Videtur quod non. ar. sup. de offi. le. meminisse. Econtrà videtur quod mortuus & depositus pari passu ambulant: Ergò vbi est eadẽ ratio, idem ius esse debet, vt infr. ad le. Aquil. l. illud. & istud est verum. Sextò quæritur, ponam quod princeps fecit delegatum: deinde moritur re integra, nunquid expirat delegatio? Videtur quod non, quia princeps est perpetuus, vt sup. de offi. procon. l. meminisse. Præterea solutus est legibus: vt sup. deleg. l. princeps. Econtrà videtur q̃ sic. Nam vbi est eadẽ ratio, idẽ ius esse debet, vt l. illud. Sed eadẽ ratio est in delegato à principe, quæ est in delegato ab alio: quia delegatus à quocunq; non habet exercitium alienæ iurisdictionis. Præterea videtur expressum, extra de offi. delega. cap. relatum. & ista est veritas. Septimò quæritur iuxta hoc, si Princeps vel Papa commisit alicui plures causas, & delegatus in quibusdam causis cognouit: ita quod res non est integra, in quibusdam verò non, nunquid in incipiendis morte mandatorum expiret mandatum? Dicunt quidam quod non, quia iudici cũ est res indiuisibilis. & ideò res incœpta in vna causa, porrigitur ad alias, ratione iurisdictionis perpetuæ, quæ est indiuidua, argu. C. de duo. re. l. vlt. Et

vlt. Et econtra de, de rescrip. c. pasto. §. 1. & hoc tenet do. Inno. quartus. Alij dicunt, quod aut aliæ causæ sunt annexæ: & tunc non expirat, aliàs sic, vt inf. de mino. l. etiam. §. 1. & de ædil. edi. l. cum eiusdem. & hoc videt tenere V. extra de off. dele. c. licet. Pro quo facit, extra eo. ti. c. fi. §. vlt. li. 6. de hæret. c. ne aliqui. vbi de hoc in gl. Ioan. Pe. dicit, quod si mandata fuit iurisdictio pluriũ causarum vniuersaliter, tunc si in vna causa inchoauit, videtur iurisdictio cœpta quo ad oẽs, vt inf. de inst. actio. l. si quis. §. si impubes. sed videtur ob. inf. si cer. pet. l. eius. §. quas verò. Sed respõde vt tibi. Dicemus, hoc in subdelegato. At in delegato domini Papæ non est quæstio. quia casus
20 hodie de off. deleg. c. cum plures. lib. 6. † Octauò quæritur, pone quod iudex delegans re integra moritur, igno- 23 rante delegato, qui ꝓcedit ignorans de morte sua, nunquid valebit processus? Videtur quod non, vt C. si non à compe. iud. per totum. Videtur contra, arg. inf. si cer. pet. l. eius. §. quas verò. & Inf. de procur. l. si procuratorem. Quid dicemus? Certè videtur, dicendum de iure nostro ciuili, quod non valeat. Ratio est, quia delegatus nihil habet proprium, vt sup. tit. 2. l. 1. §. qui mandatam. Sed habet solum exercitiũ iurisdictionis alienæ: & ideò, &c. inf. de donat. l. 2. §. si quis. & ita tenet in præalleg. §. si quis. & benè secundum Pe. de iure verò canonico videtur dicendum, quòd valeat, quod probatur sic: sicut per mortem reuocatur mandatum, ita reuocatur primum mandatum per secundum, continens aliam formam. Sed cauetur in iure, quod si delegatus procedat secundum primum mandatum, quod tenet, quicquid fecit ante receptionem secundi mandati: Ergò, &c. vt extra de restit. spo. c. audita. Præterea sicut de iure canonico
21 iurisdictio non quæritur alicui, † nisi à te scientiæ, ar. inf. de reg. iur. l. Neratius. Sed de iure nostro acquiritur iurisdictio ignoranti: Ergò ab ignorante reuocatur, vt inf. de iudi. l. cum furiosus. Doct. tamen iuris canonici videntur sentire, quod per mortem re integra fit reuocata iurisdictio, etiam in persona ignorantis, vt not. per V. extra de testi. c. cum venissent, & idem Spec. in tit. de inoffic. test. §. restat. vbi quid sit de legato. Ad c. audita,
22 potest respõderi, quod ibi non erat res integra. † Nonò quæritur, hîc dicitur, cùm moriẽ mandator qui delegauit, quid si moritur ipse delegatus, nunquid transmittit causam ad suum successorẽ? Videtur quòd sic, vt in Auth. vt nul. iud. §. & hoc verò. coll. 9. & inf. de leg. 2. l. quòd principi. & extra de off. deleg. c. quoniam Abbas. Econtra videtur quod non, vt instit. mand. §. rectè. & §. item si adhuc. & inf. de leg. 2. l. si Augustæ. Sol. per distinctionẽ: quia refert, aut mandata fuit iurisdictio sub nomine ꝓprio, aut sub nomine dignitatis, aut sub vtroq; nomine. Primo casu non transit ad successorem, vt d. §. item si adhuc. Secundo casu sub distinguo: aut quis habet dignitatem nomine suo, aut beneficio alieno. Si habet dignitatem iure suo, & nomine suo transmittit ad successorem in eadem dignitate, vt d. §. & hoc not. c. qm̃ Abbas, & d. §. quod principi. Si verò habet dignitatem à iure, & beneficio alieno, vt habet Augustæ, vel alia consularis fœmina, vel comitissa, quæ habet dignitatem beneficio mariti, vt in Auth. de consuli. §. illud: tunc si talis personæ fuerit commissa iurisdictio ab eo qui potest, vt à principe, arg. inf. de re. iur. l. quidam, nõ transit ad successorem. & ita intelligitur d. l. si Augustæ, vt dixi C. de test. mil. l. vlt. Tertio casu, quando sub vtroq; nomine, tunc refert secundum quosdam, quo nomine processerit, arg. inf. de test. l. si seruus. Sed Pet. credit, quòd quocunq; nomine procedat, semper videat esse electa industria personę, & sic morte eius extinguitur, ar. inf. de so. l. inter artifices, & inf. de pact. l. 1. de pactum. §. fin. vbi de hoc. Decimò quæritur, hîc dicitur, q̃ iurisdict. quæ nõ habetur proprio iure, sed alieno, vt iurisdictio delegata, expirat mortuo mãdatore, re integra. Sed certum est, q̃ princeps põt ordinariam iurisdictionem dare, & sic facere, vt habeatur iure proprio, id est, vt residat in persona eius, cui committitur. Modò ponamus, quòd dominus princeps committit alicui iurisdictionem, nũquid videtur committere vt ordinario, an vt delegato? Quia

dam distinguunt: aut committit vnam causam, aut plures, vt primo casu sit delegatus, secundo sit ordinarius. Sed circa hoc videtur dicendum secund. Pet. quòd aut princeps committit officium perpetuũ, aut temporale, vt primo casu sit ordinarius, secũdo nõ. sup. de offi. procon. l. meminisse. Et pro hoc dicẽdum est, quod legatus proconsulis non fit ordinarius: quia non habet officium perpetuum. Pro hoc licet, dicat iurisconsult. quod habeat iurisdictionem ordinariam, sed expone, id est, quasi ordinariam, vt dixi sup. in tertia oppo. Vndecimò quæritur, hîc dicitur, quod iurisdictionem põt demandare, qui habet eam iure suo, id est, residente in sua persona, vt supr. circa opin. dixi. Quæro ergò, qui sunt illi, 23 qui talem † iurisdictionem residentem possunt dare in alium? Ad hoc dicit Guilielm. quod princeps est. de offi. præfect. vrb. l. 1. Item populus, item vniuersitas, item consuetudo dat iurisdictionem, vt C. de mand. l. 1. extra de officio Archid. cap. vlti. & de officio Archid. c. duo. & infr. de aqua pluuia. arcen. secundum vnum intellectum. Aduertatis, quia hic glos. dicit de consuetudine. Quidam vt Odofr. restringit ad iurisdictionem voluntariam. De contentiosa autem dicunt, quod non introducitur à consuetudine, nisi tanto tempore firmetur, cuius memoria non existit, propter verbum interpellatum, argu. infr. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus. Sed hoc non approbant Moderniores, per rationem: quia quod potest facere populus faciendo legem, potest facere faciendo consuetudinem. Ergò, &c. infrà de leg. l. de quibus, & l. diuturna, & hoc dixi in præalleg. l. C. de eman. l. 1. vbi circa hoc alia quæsiui, de quibus dic, vt ibi. Sed nunquid merum imperium datur à consuetudine: De hoc fuit iam quæsitum apud plures. In hoc dicit Odofr. quod sic, sicut & alia iurisdictio contentiosa, tamen requiritur consuetudo tanti temporis, cuius non existat memoria, propter vsum distinctum, vt dicto §. ductus. Alij, vt Iacobus de Aren. & sui sequaces dicunt, quod merum imperium aliquo spacio temporis, etiam cuius non sit memoria, non potest acquiri. & probat sic: Merum imperium conceditur à l. vt supra titulo 2. l. 1. in princip. Ergò, si à l. conceditur, præscriptione non tenetur, vt C. de fund. pat. l. ius emphyteutici. libro 10. quod hoc facit infrà de mort. infe. l. longa. & infrà de decur. l. Herennius. Vnde, secundum eum, ciuitates quæ nituntur habere merum imperium, ex tempore tantùm, non iuuantur iure, sed si niterentur ex priuilegio principis, quod quidem vellent probare ex tempore, tunc iuuarentur, vt præallegat. titul. de fund. patri. l. iubemus, & infrà de vsuris. l. cum de in rem verso, & argument. eius, quod not. infrà de ser. l. seruitutes. Alij, vt Iacob. de Rauen. dicunt, quod potest præscribi merum imperium, à tempore cuius memoria non existat, & probatur sic: L. parificat, vt quis habere possit lo. castrorum per concessionem principis, & per eam antiquitatẽ, de qua sui maiores & hæredes eorum secund. ius habendi castra, habent sua appendentia. scii. habere furcas, & exercere mistum imperiũ. ergò, &c. vt C. de sacri. limi. l. 2. lib. 11. Sed certè, istud argu. non facit: quia l. illa dicit, quod antiquitas dat ius castellorum. & aliud est vnũ, & aliud reliquum. Nam quid si tius castellorum, habemus inf. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. ait prætor. Præterea, posito quod ibi loqueretur de iure castrorum, vt ibi intelligit gloss. tamen non viget argu. quod non sequitur, si habeam ius castrorum, quod habeam ius mei imperij, vel iurisdictionis contentiosæ. Nam multi sunt habentes castra, qui non habent iurisdictionem, vt videmus ad oculum quasi per totam Italiam. imò per totum orbem habent nobiles & potentes castra, & non iurisdictionem. Quid ergò dicemus? Nam quidam tenent, quod nullo tempore, quidam quod tempore longissimo, quidam quod tempore longo possit dari merum imperium. Contra illos qui dicunt, quod nullo tempore, facit, quod consuetudo est similis priuilegio, & facit esse licitum, sicut ipsum priuilegium, vt C. de Episcop. & Cleric. &c. l. quis. & dicto §. ductus. Præterea, cõsuetudo dat priuilegium. Ergò, &c. vt

extra de ver. sig. c. super quibusdam. §. præterea. Item ex longa consuetudine Princeps permisisse videtur, ar. infrà de exerc. acti. l. 1. §. magistrum. & loc. l. cum in plures. §. locator. Non ob. prælel. l. ius emphyteutici, quia ibi ideo habet locum præscript. 10. an. vt not. ibi, & patet in l. iubemus. eo. tit. quæ loquitur, qñ cum titulo & sine titulo præscribit. Nec obst. quod dicitur, q̃ datur à l. Nam consuetudo vim l. habet, vt l. de quibus, & l. diuturna. sup. de le. Contrà alios, qui dicunt, requiri tẽpus, cuius non stat memoria, facit: quia quod populus potest faciendo, l. pót facere e consuetudinem. Ergò, &c. vnde concludit Petr. quod consuetudo longo tempore inducta, dat merum imperium: quia dat iurisdictionẽ contentiosam, vt dictum est supr. Sed illud argum. concludit, qñ posset populus expressè concedere: tunc enim potest, & tacitè, vt d. l. de quibus. Sed hodie nullus populus pót, nisi princeps solus, in quem trãslata est omnis potestas populi Romani, vt C. de adopt. l. 2. Ergò, &c. sed tamen, quod longo tempore sufficiat consuetudinẽ esse introductam, videtur casus inf. C. de di. offi. & ap. l. viros, lib. 11. vbi loquitur de iurisdictione ordinaria, & indistincte,
24 de quo non est quæstio: Ergò, &c. † Vltimò quæritur, qui possunt dare iurisdictionem delegatam? Dic quod iurisdicton. dant omnes illi, qui possunt dare ordinariam, vt princeps, item populus, licet non habeat iurisdictionem formalem, sed causalem. tamen concedit formalem in alium, sicut dominus fundi liberi pót precario concedere seruitutẽ. Sic in proposito, vt inf. de prec. l. 1. in fi. & l. se. Item quilibet ordinarius dat delegatã, vt hac l. Item delegati, qui sunt ex conscientia. l. vt delegati principis & proconsulis, de quibus dixi supr. Item dicit gl. dat delegatam delegatus ad vniuersitatem causarũ, & hoc tenet gl. vbiq̃, & multi Moderni. Sed Pet. contra. Nam dicit, quod talis delegatus non delegat, vt dixi suprà circa tertiam opi. Item dicit gl. quod dat delegatam delegatus post litis conte. ad similitudinem procuratoris. Sed hoc non est verum, vt dixi sup. in secunda quæstione. hîc sit finita lectur. huius legis.

SVMMARIA.

1 *Ius dicenti extra territorium suum, non paretur impunè.*
2 *Iudex si extra iurisdictionem suam iudicauerit, non valet.*
3 *Iurisdictio voluntaria redditur inter volentes: sed contentiosa redditur in inuitos.*
4 *Citare an possit iudex subditum suum, existẽtem extra territorium, vt compareat coram eo?*
5 *Territorium quid sit?*
6 *Delegati an habeant territorium?*
7 *Iudex an possit in quolibet loco sui territorij iurisdictionem exercere?*
8 *Iudex an de consensu partium possit extra territoriũ suum iurisdictionem exercere?*
9 *Iurisdictio delegata potest de consensu partium prorogari.*
10 *Statutum alicuius ciuitatis, an possit ligare subiectos delinquentes extra territorium?*
11 *Delinquens ratione delicti, efficitur de foro loci in quo deliquit.*
12 *Contractus et delicta parificantur, & si quis ratione cõtractus cõuenitur, debet seruari cõsuetudo loci vbi cõtraxit.*
13 *Puniri bis non debet quis ex eodem maleficio.*
14 *Iudex si cognoscat vltra summam sibi à lege concessam, an valeat processus?*
15 *Sententia, an possit pro parte valere, & pro parte non?*
16 *De delicto vnius hominis non est sepius quærendum.*
17 *Mulctare possunt iudices delegati nuncios suos & executores, vsq; ad certam quantitatem. Sed quid si delictum exigit maiorem mulctam?*
18 *Vsufructuarius si moriatur ante tempus, quo solui debet fructus, nihilominus transmittit ad hæredem suum.*
19 *Mulcta licet veniat taxanda arbitrio iudicis, qui nunc iudicaturus est, & qui non habet officij emolumentum: tamen debitum illius mulctæ debet applicari officiali priori, cuius tempore delictum fuit commissum.*

20 *Iniuriam si quis seruo meo intulerit, habeo actionem iniuriarum, quam non perdo, licet alienauerim seruũ meum.*
21 *In actionibus popularibus nullus ante litis contestationem est creditor.*

EXTRA TERRITORIVM. Hæc lex diuiditur in duas partes. In prima parte loquitur, quando iudex decreuit aliquid extra territorium suæ iurisdictionis. In secunda parte loquitur, qñ iudex decreuit aliquid vltra iurisdictionem suam, & in vtroq; casu
1 nihil valet. Casus per se patet. † Nota in prima parte, quod ius dicenti extra territorium suum, non paretur impunè. Concor. C. qui da. tu poss. l. neq;. Et est ratio: qa extra territoriũ suum existens, priuatus est, quantum ad exercitium iurisdictionis: & ideò quod facit inter homines, siue subiectos, siue inter alios, extra territorium
2 iudiciale, non valet, vt sup. de off. præsi. l. 3. † Secundò not. quod si iudex extra iurisdictionem suam iudicauerit, non valet. Verbi gratia, defensor ciuitatis potest cognoscere vsq; ad certam summam, vt C. de defen. ci. l. 1. si cognoscit vltra, non valet, vt hîc, & C. fi à non compet. iud. l. vlt. & per totum. Ratio est, quia cùm priuatus est, in totum nihil valet. Idem est, cum habet iurisdictionẽ tantũ in certa summa. Nam quod iuris est de toto quo ad totum, & de parte quo ad partem, vt inf. de rei ven. l. quæ de tota, & inf. de vsuris l. qui scit. Expediti sumus de literalibus. Veniamus ad opp. Ad leg. istam circa primam partem opp. Dicitur hîc, quod extra territorium iudicis sibi non paretur fine pœna. Contra, quia hîc extra territorium suum iurisdictionem exercet, vt sup. de offi. procon. l. 2. Sol. distinctio iurisdictionis tollit con-
3 trarium. Nam iurisdictio † alia voluntaria, quæ redditꝰ inter volentes tantùm, & de illa ibi loquitur. Alia contentiosa, quæ redditur in inuitos, vt inf. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. 1. & de ista loquitur hîc. Secundò opp. quod imò extra territorium iurisdictionem exercet. Nam extra existens, iubere potest, vt sup. de off. præfec. vrb. l. vlt. in fi. Respon. quod iudex non potest exercere extra locum iurisdictionis suæ iurisdictionẽ contentiosam. Verum est, vbi actus quem exercere vult, requirit informationẽ partium. & ita loquitur hîc. At vbi talis est actus, qui hoc nõ requirit, vt extra territorium existẽs iudex deleget causam quibusdam delegatis, existentibus intra territorium, iudicare tũc potest, vt ibi. Ratio, quia effectus talis actus porrigitur ad locum permissum. Et per hoc dicunt quidam Moderni, & non absq̃dè, quod † iudex potest citare subiectũ suum, existen-
4 tem extra territorium, vt compareat coram eo: quia talis actus non requirit informationem partium, & quia effectus eius porrigit ad locum permissum, secund. Pet. & idem sentit Ia. de Ra. & Iac. de Are. & Roff. Similiter & hoc dicit in libello suo, super tit. si quis in ius vo. non ie. in 1. q. & pro hoc. C. de Epis. & Cle. l. oẽs. §. Verum si apparet vbi est casus, de quo non meminerunt antiqui. Sed qui scripsit, vt iudex vnius territorij, mandet iudici alterius territorij, quod citet aliquem, nõ rectè procedit, cùm ipse citare possit, vt sup. dictum est. Tertiò opp. & ista op. respicit 2. partem. Dicitur hîc, quod si iudex vltra legitimam summã iudicauit, non valet. Sed contra, quia etiam iudex vltra iudicare potest, & valet. & sic op. inf. de iud. l. de qua re. §. iudex. solu. aut iudex cognoscit de maiori summa, sine prorogatione partium, & nõ valet, vt hîc. aut cognoscit ex consensu & prorogatione partium, & valet, vt ibi. Nam sicut pót prorogari iurisdict. ad tempus: sic potest ad maiorẽ summam, vt inf. de iud. l. 2. §. si iudex. & inf. ad Munici. l. inter conuenientes. Expediti sumus de secundo. f. de opp. Veniamus ad quæstiones. Primò quæro, quia hîc dicit, extra territoriũ, &c.
5 quid sit † territorium? Respondeo, territorium est vniuersitas agrorum, inter fines cuius q̃ ciuitatis, quod ab eo dictũ est, quod magistratus eius loci inter eos fines terendi, id est, submouendi ius habet, vt dicit l. 1. de ver. sig. l. pupillus. §. territorium. Habet ergò quælibet ciuitas territorium, intra cuius fines magistratus habet ius

iudicandi, sicut præfectus vrbis. inf. vrbem, & centesimum miliarium, vt sup. de off. præfec. vrb. l. 1. §. cùm vrbem. & præses, puinciæ. inf. prouinciam. inf. de off. pfid.
6 l. 3. Et hoc verum est in ordinarijs iudicibus, † sed nunquid delegati habeant territoriũ? Dubitatur, & in hoc est aduertendum: quia refert, quod aut delegato deputatum est territorium à principe, vnum solue: vt quia delegauit iudicẽ in prouincia Tusciæ, vel Lombardiæ: & tunc dicetur habere territorium, & idem est, si alius superior sic delegaret, vt supr. eod. l. is solet, & l. prætor. Si verò est disputatum speciale & certum territorium, tunc siue sit delegatus ad vniuersitatem causarum, siue ad vnam causam, dicetur habere illud territoriũ, quod habet delegans, cuius vice fungitur, vt sup. eo. l. solet, &
7 sup. eo. tit. 2. l. 1. §. si Prætor. † Secundò quæritur, dicitur hic, quod extra territorium ius dicenti non paretur impunè. Sed nunquid intrà territoriũ suum potest vbiq̃ iurisdictionem exercere, in quolibet loco sui territorij? Videtur quod sic, quia hîc dicitur, quod extra territorium, &c. Ergò inf. territoriũ potest, sumpto arg. à contrario sensu huius leg. quod est fortissimũ, vt sup. tit. 2. l. 1. §. huius rei. Econtrà videtur q̃ non, quia iudex debet iudicando seruare morem maiorum, vt supr. de Iusti. & iure. l. penul. Ergò non potest in quolibet loco. Quid dicemus? Dico quod istæ quæstiones sunt difficiles, tamẽ respondendo distinguo sic: aut iudex cognoscit in loco sui territorij de consensu partiũ, & tunc potest. arg. inf. de arbi. l. si cùm dies. §. si arbiter. aut non habet consensum partium, & tunc aut vult cognoscere in loco non honesto, & non potest, vt d. §. arbiter. aut vult cognoscere in loco honesto, & tunc aut est ordinarius, & non potest, nisi sit locus, vbi cõsueuit ius dici more maiorum, sicut est curia, vt d. l. pen. vt C. de sen. & inter. omn. iud. L. cum sententiam. Si est delegatus, tunc si est sibi deputatum vniuersale territorium, debet iudicare, vbi iudicare debet ordinarius, cuius vice fungitur, vt supr. eo. l. solet. Si verò est ibi certum territorium deputatũ, tunc potest cognoscere, in loco vbi est causa sibi delegata, vel vbi potest sine incommodo litigantium, vt d. §. si arbiter, & inf. de iud. l. si locus. Hoc de iure ciuili. De iure canonico dicas, vt extra de rescrip. c. nonnulli, & eo. ti. ca. statutum. libr. 6. Tertiò quæritur, dicit hæc lex, quid si non paretur impunè extra territorium suum. Sed po-
8 namus, quod † partes volunt sibi parere, nunquid ergò iudex volentibus partibus cognoscet extra territorium suum? Verbi gratia: Duo Bon. consentiunt, quod potestas Bonon. cognoscat Mutinæ vel Florentiæ, nunquid possit & valeat? Videtur quod non, quia extra territorium suum non habet suam iurisdictionem, vt hîc. & sup. de offi. præfect. vrb. l. fi. ergò, &c. Præterea q̃ non possit, pbatur ad deductionem ad inconueniens. Nam per hoc grauaretur, & fieret præiudicium iudici illius territorij, quod esset inconueniens. Præterea non seruaret morem suorum maiorũ in cognoscendo: ergò, &c. vt sup. de iusti. & iure. l. pen. Econtrà videtur quod sic. Nam de cõsensu partium potest cognoscere, vltra summam legitimam, vt infr. de iudi. l. de qua re. §. 1. Ergò de consensu partium pót extra territorium. Præterea idẽ est iudicium de loco & tempore, vt l. vinum. inf. si cert. pet. Sed de tpe ad tempus potest fieri prorogatio, vt inf. de iud. l. 2. §. sed iudex. Ergò & de loco ad locũ. Præterea
9 si † iurisdictio delegata potest prorogari consensu partium, vt not. inf. de iud. l. 1. multò magis potest iurisdictio ordinaria extendi de loco ad locum. Præterea sicut iurisdictio diuisa est per territoria, sic administratio tutorum diuisa est per prouincias, vt inf. de admi. tut. l. si duo. Modò ita est, quod diuisa administratione inter duos tutores, si tutor prouincialis mutuauit pecuniam Italiæ soluendam, & conuenit, quod sibi tutor in puincia solueret Romæ, si debitor soluit Romæ tutori prouinciali, est liberatus: quia sic conuentum fuit. Ergò idem in nostro casu, si partes consentiunt, vt sup. de sol. l. quæro. Quid dicemus in hac quæstione? Iacob. de Ra. tenuit, quod non posset, per rationes superiùs allegatas, & sic secundum eum potest fieri prorogatio de loco ad locum. Dom. Inno. quartus, & Dom. Hosti. dicunt, hîc non posse sibi de consensu iudicis illius territorij, vt no. per eos, extra de offi. deleg. c. nouit. Petr. dicit, quod potest vnus iudex cognoscere in territorio alterius, de consensu partium, & valet, quousq; iudex illius territorij prohibuerit. Prohibere autem potest, sicut quis, phibere potest, ne alius ingrediatur fundum suum, vt inf. de iniur. l. iniuriarum actio. §. vlt. Cùm ergo iudex loci prohibet, tunc propter impedimentum prohibitionis fieri non potest, non quod propter hoc prorogatio non possit fieri de loco ad locũ, & istud credo verum. Non obst. l. ista cum si. quia quod extra territorium non exercet iurisdictionem, verum est, inuitis partibus, sed volentibus sic, vt d. l. quæro. Item non ob. quia videtur p̃iudicare iudici. Nam hoc non est verum, cùm ipse non occupet locum suum. Item non ob. quod non seruat morem maiorum: quia de consensu partiũ potest alibi iudicare, vt l. si cum dies. §. si arbiter. infr. de
10 arbit. † Quartò quæritur, ponamus quod iudex siue populus huius ciuitatis fecit statutum vel legem Municipalem, per quã prohibuit, ne quid fieret, & pœnam contra facientibus subiecit. Quæritur, si aliquis subditus seu ciuis, existens extra territorium, faciat contra prædictum statutum, nunquid eo ligatur? Videtur q̃
11 non: † quia vbi quis delinquit, illi iuri subiacet, vt in Auth. qua in p̃uincia, & in cor. vnde sumitur. ergò, &c. Prætereà videtur expressum, quod l. dicit, quod si iudex p̃nunciat mittendum in possessionẽ, fit ám extra territoriũ suum, q̃ non potest. Sed supplicat iudicibus illius loci, vt mittatur. Sic ergò nec statutum suum extra territorium vires habet, vt inf. de bo. aut. iud. pos. l. cùm vnus. §. is qui. Econtra videt quod sic, quia certum est, q̃ iudex habet in subiectis iurisdict. vt sup. de off. præsi. l. 3. Ergò vbicunq; delinquant, sunt de foro suo, ratione dicti statuti. Igitur statutum suum ligat eos, vt C. vbi de cri. agi opor. l. 1. Quid dicemus? Hæc quæstio dubia est, in qua quidam sic distinguunt: aut illud quod statutum p̃hibet, aliàs erat de iure cõi prohibitum. Verbi grat. vt arma portare, cædem, militariam rapinam, adulteria, & furta cõmittere, & his similia, quæ sunt à iure p̃hibita, vt C. vt ar. vsus, & c. li. 10. & inf. ad leg. Cor. de sic. & de adul. & de furt. & alijs de quibus hîc C. lib. 10. per totum: aut nõ erat aliàs de iure p̃hibitum. Verbi gratia: vt in vigilia natiuitatis beatę virginis Mariæ non comedantur carnes, aut vadat de nocte, nullus potet vinũ nisi limphatum, & similia, quæ ius cõe non p̃hibet. Primo casu subiectus. vbicunq; delinquat, est de foro iudicis sui, ratione domicilij, & cõmittit delinq̃ndo in statutũ suum, quod quidem ligat oẽs subiectos, vt suprà dictum est. & p̃batur ex d. §. is qui. Nam iudex pót in subiectos statuere, licet conferat in territorium alienum, quia pót præceptum facere de mittendo, licet ipsum effectum, scilicet, executionem missionis non possit ibi facere. Secundo casu valet, quando non erat aliàs prohibitum de iure communi. tunc non ligatur tali statuto subiectus extra territoriũ, faciendo contra statutũ illud. Ratio est, quia in isto secundo casu nõ potest iudex p̃hibitionem suam extendere extra territorium, arg. huius leg. & sic statutum non potest facere de delictũ, quod aliàs non erat delictum extra locum statuentis. Sed intra locum sic, vt in hac l. i. & inf. de act. & oblig. l. obligamur. §. lege. Ac in primo casu, vbi est aliàs delictum de iure cõmuni, & sic substantia delicti à iure communi contrahit. Vnde benè potest eius qualitas extendi. Nam facilius extẽditur qualitas obligationis, quàm eius substantia. Patet C. de eden. l. edita, & insti. de acti. §. minus, & inf. de noxa. l. in delicto. §. si detracta. Ita in proposito, non permittit statutum iudicis in subiectos extra territoriũ suum valere, verum est, vt subst antia noxæ obligationis induca tur, & vt delictum faciat, & ex tali delicto obligetur, vbi aliàs ius commune non facit delictum, nec ex tali actu obligationem inducit. Sed benè valet ibi statutum, vt si delictum committat: aliàs extra territorium suum extendatur ad nouam qualitatem obligationis, ar. præail. §. si detracta. Hinc est, q̃ omnis populus potest sibi l. facere, vt

cere, vt l. omnes populi. inf. de Iusti. & iu. non tamẽ posſet facere, vt alius non subiectus ibi teneatur ex statuto suo, si nouam obligationẽ induceret, sed vbi aliter de iure cõi obligaretur quis, benè posset statuere nouã qualitatem obligationis, & adijcere delicto localẽ pœnam. Sic intelligitur d. Auth. qua in prouincia, dum dicit, illi iuri subiaceat. quod exponunt nostri Moderni Doctor. iuri. s. cõi, vel Municipali illius, siue scripto, siue consuetudinario, vt ibi dixi. & C. de sum. Tri. l. 1. in lect. Sic intelligitur etiam inf. de emict. l. si fundus. vbi secund. consuetudinem regionis, qualitas obligationis extenditur vel minuitur. Non aũt eius substantiale inducitur. Hoc enim fieri non posset, per statutũ loci, si aliãs obligatio non induceret à l. cõi, vt dixi in d. l. Aduertatis, ego dixi
12 sup. quod ista quæstio erat dubia. Nam † delicta & contractus parificant, vt inf. de iud. l. omnem, & in Auth. vt omnes obe. iu. prouin. §. hæc considerantes. Sed cum qs conuenitur ratione contractus, debet seruari consuetudo loci, vbi contraxit, g̃tum est ad litis decisionem, vt d. l. si fundus. & infr. de vsu. l. 1. & de re. iur. l. semper in stipulationibus. Ita videtur in præsenti casu, quod debet seruari consuetudo siue statutũ loci, vbi delinquit. Vnde si Bonon. delinquit Mutiñ. iudex Bosi. videtur quod debeat eum punire, secundum statutum Mutin. non secundum statutum suum. Et pro hoc facit in Authen. vt lic. ma. & auiæ. §. is quoq; quæ est posita C. de adul. & incipit: si quis, vbi patet, quod iudex secularis puniuit secund. l. suam. delinquẽtes in Ecclesia, cuius loci territoriũ non est suum. Et sic patet ibi, quod subiectus delinquens extra territorium, obligatur l. sui iudicis, & sic talis delinquẽdo, obligatus est pluribus legib. vt l. quoties. inf. de act. & obl. & inst. de nox. §. sunt autem. Et iudex domicilij puniet secund. leg. suam, quia qualitas obligationis ex statuto suo inducitur contra eum, tanquã contra subiectũ suum, vt dictum est. Dico enim, quod est obligatus pluribus ll. videlicet, l. cõi, quæ inducit obligationem. Item l. Municipali illius loci, vbi habet domicilium, vt C. vbi de cri. agi oport. l. 1. & l. si vnus. §. is qui, & sup. de iu. & iur. l. omnes populi. & iste iudex præfertur qui occupabit, vt sup. de offic. con. l. vna. Cùm de
13 eodem maleficio non debeat quis bis puniri, † vt infrà de accu. l. senatus. & de iniur. §. vl. & ibi no. secun. quosdam, licet quidam Moderniores aliter dicant hîc de iure ciuili. De iure autẽ canonico, quod nouissimè emanauit, hæc quæstio decisa est, quæ habet, quod statuto iudicis non ligetur subiectus extra territorium suum, vt de const. c. vt animarum. §. statuto, lib. 6. vbi expressè loquitur, in casu vbi aliãs de iure cõi obligat, vt in furto. & tñ dicitur ibi, quod statuto Episcopi non ligatur extra locum subiectus, per rationem huius leg. quia extra territorium ius dicenti, &c. Quod quidam Doct. intelligunt, speciale in sententia excommunicationis, ꝓpter periculum animarũ vitandum. Sed ratio iuri subiecta non patitur hoc. Nam si ratio est, quia extra territorium vacat, &c. Ista ratio locum habet in omnib. casibus. Ergò, &c. Sed in ratione illius iuris non considerauerunt, vtrum veram substantiam obligationis induceret statutum, extra locum in subiectos, quod non potest. Et ita intelligitur hæc lex in ratione sua. Vel vtrum obligationi iam inductæ, nouam qualitatem adijceret, quod põt, secund. quod sup. dixi. Modò ius ipsorum in suo loco sibi vendicet locum in ciuili iudicio, attendenda est consideratio prædicta. † Quintò, quæritur hîc in
14 secundo dicto huius legis. Si iudex vltra summam à leg. sibi concessam, ius dicat, quod non valet: sed nunquid saltem valet vsq; ad summã, de qua cognoscere potest? Videtur quod sic, quia l. cauetur, quod si quis stipulatur nomine vsurarum vltra legitimũ modum, quod valet vsq; ad quantitatem licitam, vt inf. de vsur. l. placuit. & l. pecuniæ, in princ. Econtrà videtur quod in nihilo valeat. Nam si ius habeo de immittendo certam aquam, & aliam immisceo, in totũ prohiberi possum. Ergo, &c. vt inf. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. item quæritur, & ꝓ hoc tota illa pars brocardi: Vtile per inutile vitiatur. Quid dicemus? Glos. circa hoc variant. Nam hîc dicunt in nihilo valere, alibi dicunt, quod valet pro parte, vt no. inf. de re. iu. l. 2. Odof. distinguit, aut est oppositum in iudicio, tunc non valet in aliquo, vt hîc no. aut nõ est oppositum: & tunc valet vsq; ad legitimum modum. Nam dicit, hanc exceptionẽ esse declinatoriam, vt post li. cont. non possit opponi, vt C. de procu. l. ita demum. Ego nescio quid Odofr. dicere velit. Nam aut iudex cognoscit per consensum partium, qui iurisdictionem suam prorogant: & tunc valet in totum, vt inf. de iud. l. de quare: aut cognoscit sine consensu, & prorogationis iurisdicti, & tunc remanet quæstio, vtrum valeat saltem pro parte, de qua cognoscere potuit, vel in totum sit nulla sententia, & ad hoc gl. vt prædixi, & sententiæ Modernorũ. Dicunt enim quidam, quod valet ꝓ parte legitima, arg. inf. de ver. obl. l. 1. §. stipulanti. & insti. de inu. stip. §. item inutilis. Item facit ꝓ eis. inf. de neg. gest. l. fin autem. §. si quocunq;, & de cõpen. l. quod si in diem. §. 1. & de contu. l. 1. §. præterea, & inf. l. in rebus. §. si commoda. & de exc. doli. l. apud Celsum. §. 1. Quidam alij dicunt, quod in nihilo valet: quia sententia non potest pro parte valere: & pro parte non, vt inf. famil. ercis. l. in hoc iudicio. Item, sententia debet esse cõformis libello, vt inf. ædium. d. l. vt fundus. & de neg. gest. l. Pompon. & C. de fideic. lib. l. vlt. Sed libellus & petitio continent vnam summam, & ex vna causa. Ergò, &c. Prætereà iudex de re petita in totum debet pronunciare. Ergò si non pronunciet ꝓ parte, non valet, vt inf. de iud. l. de quare. & de doli excep. l. apud Celsum. §. item quæritur, secundum verum intellectum. Et hæc sententia placet, secund. Ia. de Are. & Pe. Non ob. inf. de vsur. l. placuit, & l. pecunię: quia respondeo, vt ibi notatur, videlicet, quod ibi loquitur in re diuisibili, sed sententia non potest diuidi: quia non potest pro parte valere, & pro parte nõ, vt in Auth. de non elig. §. hoc autem, & inst. de auctho. tuto. §. 1. Potest etiam esse ratio, quia in contractu ambo consentiunt expresse, ar. inf. de ver. obl. l. inter stipulantem. §. 1. Sententia autem non põt pro parte valere, vt supr. dixi. & redditur in incertum. Item non ob. d. l. finaute. §. si quocunq;, de neg. gest. quia ibi erant duę quæstiones, directa & contraria, & ibi valet sententia in directa, licet nil de contraria dictum sit. Quod autẽ dicitur de doli except. §. 1. non obst. imò directè facit contrà, si ibidem casus rectè ponatur, cùm iudicium seu sententia sit res indiuidua circa vnũ, & idem ex eadem causa in iudicio deducta, & sic vtile ꝓ inutile vitiatur, vt C. qñ prouoc. non est necess. l. certa. Septimò moueo quæstio. de facto iuxta hoc. In quibusdam partibus, quidam nobiles habent ius mulctandi homines loci, vsq; ad certam summam, pone vsq; ad centum solidos. Domin⁹ verò superior, sicut Rex vel alius, habet ius imponendi omnẽ mulctam. Modò ponamus, quod quidam commisit delictum, cuius de causa maior mulcta, q̃ centum solidorum, debet imponi: puta centum marcharũ. Venit nobilis vel officialis suus, & vult mulctare vsq; ad cẽtum solidos. Dominus superior vel officialis suus prohibet, quæritur, quid iuris? Videtur quod nobilis possit mulctare, vsq; ad centum solidos. Nam idem ius est de toto quo ad totum, quod & de parte quo ad partem. Ergò, &c. vt inf. de rei vendi. l. quæ de
15 tota. & inf. de vsur. l. qui scit. Econtra videtur, ꝙ † non potest sententia valere pro parte. vt inf. famil. ercis. l. in
16 hoc iudicio, cum sim. alleg. sup. in proxima quæst. Prætereà de † delicto vnius hominis non est sæpiùs quærẽdum, vt inf. naut. caupo. & tabul. l. licet. §. fi. Sed si nobilis imponeret suam mulctam & officialis Regis, suam: tũc sæpius quæreretur de delicto eiusdem, quod esse nõ debet. Quid dicemus? Dicunt quidam, quod ista res est in diuidua, & quod officialis regis mulctabit in totum, & solùm nobili partem suam restituet. Nam quoties duo concurrunt in rem indiuiduã, adiudicatur res illi qui maiorem partem habet: & ille restituet alij æstimationem, vt inf. de leg. 2. l. cùm filius, in prin. arg. C. de don. l. sancimus. §. finautem. Secundum istam sententiam iam dimitterent nobiles iurisdictionem suam, quod non ęquo animo tolerarent: & ideò non placet hęc sententia. Quidam alij dicunt, quod nobilis vel eius officialis habebit

bebit mulctam, solum illorum delictorum, quæ cẽtum solidos requirit, de alijs delictis nihil ipse percipiet: Sed pertinet mulcta aliorũ delictorum ad Regẽ, vel ad eius officialem, arg. inf. de vulg. & pup. sub. l. ex facto. §. item quæro. Vel dicendũ est, ꝙ nobilis mulctabit de in quentem in centum solidos, & dominus superior, qui habet omnem mulctam, mulctabit eum in residuo. Et hoc videtur probabilius, & primò per arg. secundò per casum l. Per argu. probatur sic: Ille qui commisit delictum, fa-
20 ctus est debitor reipublicæ: aliãs futurus est debitor ejus, cuius sunt isti duo iudices, scilicet nobilis, qui habet ius mulctandi, vsque ad certam quantitatem. & dominus superior, qui habet omnem mulctam imponere, & vtrisq; est procurator Reipublicæ. Sed certum est, quod vbi competit eis nulla, vt not. inf. de procu. l. pluribus. ergò idem in proposito. Secundò probatur. Ecce
17 dicit lex, ꝙ iudices delegati † possunt mulctare nuncios suos & executores, vsq; ad certam quantitatem. Sed pone quod delictum exigit maiorem mulctam, quid tunc erit? Certè dicit lex, quod delegatus mulctabit vsque ad summam sibi permissam, & quantũ est residuum, remittit maiori iudici mulctandum. Sic dicẽdum est in proposito, vt C. de spor. l. 2. §. sed si quidem. Non obst. ꝙ dicitur, quod sententia non potest pro parte valere, vt dixi in præalle. proxi. quæstione: quia illud comparatur petitioni, cui debet sententia conformari, vt pœna l. vt fundus. Et iudex ex quacunque re cognouit, &c. vt l. de qua re. Sed in casu nostro, nobilis vel eius officialis non proponet libellum, sed procedet sine eo ad mulctam imponendam. Vel si proponat libellum, vel format processum suum, non dicit: talis commisit delictum, vnde valet in mille mulctari. Sed dicet sic: talis commisit delictum, ex quo ius habeo imponendi mulctam vsque ad centum solidos, & ideò in centũ ipsum mulcto. Isto casu valebit processus & sententia: quia non est respiciendum, quantum debetur, sed quantum petitur l. prox. §. fi. Item non obst. quod dicitur, de facto vnius hominis non esse sæpius quærendum: quia verum est, vbi prima vice fuit sufficienter quæsitum. Sed vbi primò fuit quæsitum minus sufficienter, potest secundo queri, vt d. l. 2. C. de spor. & arg. inf. vi bo. rap. l. 1. cum sim. Septimò & vltimò, iuxta præmissa moueo aliam quæstionem. Quidam emit à Romana curia iurisdictionem, & officium cuiusdam vsq; ad certum tempus. Vel quidam emit à Rege vel domino superiori, etiam officium vel præposituram cuiusdam loci, vsq; ad annum, pro quo dedit cameræ Romanæ curiæ, vel domini Regis, seu dominis superioribus certum precium. Accidit quòd in fine sui temporis quidam commisit delictum, pro quo debet mulctari: tamen antequam fuerit mulctatus, venit alius successor, qui emit officium & omnia iura fisci, quæritur, quis debeat habere mulctam huius delicti, vel primus, cuius tempore fuit commissum, vel secundus, cuius tempore mulcta interponitur? Videtur quod primus, per legem quæ dicit, quod si quis damnum in re mea dederit ædificando, vi, vel clàm: licet antequàm agam, desiniat res mea esse, nihilominus totum emolumentum habeo, vt inf. quòd vi, aut clam. l. is qui in puteum. §. sed prætereà. Econtrà videtur quòd non, quia in popularibus actionibus nullus ante litis contestationem reputatur creditor. Ergò primus officialis non reputatur creditor, & sic nullum ius habet, vt inf. de ver. signif. l. si cui exempto. §. quòd si ex popularibus, in 2. collat. Quid dicemus? Quidam dicunt, vt Pet. quòd primus debet habere mulctæ emolumentũ, licet ipse non mul-
18 ctet delinquentem, ar. l. quæ dicit, quòd † si vsufructuarius moriatur ante tempus, quo solui debet fructus, nihilominus transmittit ad hæredem suum. Sic in proposito. Nam hoc contractum est debitum ob causam, quæ cessit tempore primi officialis, vnde licet propterea ius sit finitum, nihilominus aliud debitum pertinet ad primum, vt inf. de vsuf. l. defuncta. Sed contra videtur, per l. vlti. infr. de iure fisci. Sed certè in hoc articulo magis facere videntur iura, quæ loquuntur in vsufru-
19 ctuario. Licet enim † mulcta taxanda veniat arbitrio iudicis, qui nunc iudicaturus est, & qui modò habet officium, nihilominus debitum & emolumentum huiusmodi mulctæ debet applicari priori officiali, cuius tempore fuit commissum delictum, & offensa facta fuit Reipublicæ, & per consequens illi qui præpositus erat Reipublicæ, quæ Respub. repræsentatur in iudice, à simili, sicut nos dicimus in actione iniuriarum, in qua fit condemnatio ratione iudicis præcedente, vt inf. de iniur. l. constitutionib. Et tamen lex dicit, quòd † si aliquis in-
20 iuriam intulit seruo meo, licet alienauerim seruum, nõ propterea perdo actionem iniuriarum: imò remanet mihi. Sic in proposito, propter iniuriam illatam Reipu. & per consequens, officiali eius, quod cœpit competere sibi, non perdit: licet Respublica vel eius regnum postea deueniat ad alium, vt inf. de act. & obli. l. quæcunque.
21 † Non ob. illud quod dicitur, quòd in popularib. actionibus non est quis creditor ante litis contestationem, vt d. l. si cui. inf. de verb. signi. prout ibi not. quia hoc verum est, quando quis nõ habet ius prosequendi ius publicum, nisi tanquam vnus de populo. Sed in proposito non competit priori officiali mulctæ exactio, tanquam vni de populo, imò competit sibi tanq̃ementi officiũ, & iura fiscalia à domino principali: & sic ratione priuati commodi sua principaliter interest. Expediti sumus de materia huius legis, & de materia iurisdictionum iudicum, tàm per commentum præsentis, quàm per commentum aliarum plenissimè declarata.

RVBRICA II.

Quod quisq; iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur.

SVMMARIA.

1 *Conatus siue affectus nõ obest, nisi sequatur effectus. & n. 4.*
2 *Exemplu iudicare non debemus.*
3 *Idem ius competit aduersario, quod concessum est alicui.*
4 *Concessum si sit alicui aliquid iniquè, non debet ad aduersarium extendi.*
6 *Statuentes an teneantur vti iure, quo statuerunt?*
7 *Statutum pœnale an liget statuentes?*
8 *Statuta facere an possint iudices?*
9 *Legem Municipalem facere potest quilibet magistratus. & numero 13.*
10 *Ad iudicem spectat procurare salutẽ & quietem subiectorũ.*
11 *Populus an possit facere legem contrariam legi ciuili?*
12 *Statutum factum à iudice temporali, an sit temporale vel perpetuum?*
14 *Vniuersitas si simul pulsata campana vel eleuato publico vexillo committat delictum, an singuli homines dictæ vniuersitatis puniantur?*
15 *Edictum quod quisq; iuris statuerit, &c. an habeat locum, quando ius iniquum statuendum est?*
16 *Expressè dicere, vel ex actis apparere, idem est.*
17 *Testamentum est sententia.*
18 *Princeps est supra legem.*
19 *Princeps est solutus legibus.*
20 *Sententia arbitri non est sententia.*
21 *Delegati eliguntur propter probitatem.*
22 *Exceptiones sunt perpetuæ*

ISTE titul. continuatur sic ad præcedentem. Dictum est sup. de iurisd. omn. iudi. quæ iurisdictio est legitima potestas, de iure publico introducta, cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ, vt plenè diximus sup. tit. proxi. l. 1. Verum quia huiusmodi iurisdict. ministri quandoq; æquitatem, & quandoq; eius contrarium statuunt, æquum est, quòd ipsi eodem iure vtantur, quod aduersus alios introducunt, vt inf. eod. l. 1. & per totum. Ideò subiungitur hic titulus, quod quisq; iuris, &c. Veniamus ad nigrum, & ibi per modum summæ tituli ꝙm istum totum explanabo.

HOC

HOC EDICTVM. Iurisconſ. in hac l. procedit ſic. Primò commendat edictum. Secundò ſubiecit edictum, habens duo capita, & ratione ſecundi capitis adnectit. Tertiò verba edicti propoſiti exponit. Caſus ſatis patet, & literalis expoſitio ex infr, dictis colligi poteſt. Noc. quod ſumma æquitas eſt, quod quis eodem iure vtatur, quod in alterum ſtatuit, vel fecit: q̃ æquitatem in l. commendat, qua cauetur, quod tibi non vis fieri, alicui ne feceris, vt in decre. di. i. c. 1. & ſic concurrunt in hac commendatione tres ll. diuina, prophetica, & humana, vt hic. Secundo no. quòd illud quod quis in perſona alterius æquũ reputat, & in ſe debet reputare. Concor. inf. de pact. l. cum in eo. & inf. de admi. tu. l. cum hæreditas. Tertiò no. quod edictũ præſens habet duo capita. Primum loquitur in conſtituente ius iniquum. Secundum loquitur in eo, qui fecit conſtitui. Dico q̃ primum caput loquitur in Iudice, ius iniquũ decernente. Verbi gratia: Pater meus in teſtamento facto corã duobus teſtibus, extraneum hæredem inſtituit. Hæres ſcriptus agit: fibi obijcitur, quod non poteſt: quia teſtamentum non valet. Magiſtratus pronunciat teſtamentũ legitimum. Certè ipſe eodem iure vtetur. Secundũ caput loquitur in perſona partis. Verbi gratia: Titius agebat contra me ex nudo pacto: magiſtratus iudicauit me teneri ſibi. Certè contra Titium eodem iure vtar. Quartò
1 no. quod non obeſt † conatus, niſi ſequatur effectus, & ſic affectus etiam in extrinſecum actum proſiliens, ſiue effectum, non punitur: & ad hoc allegatur quotidie hęc lex. Modò reſtat opponere, deinde veniens ad quæſtionem, per quas declarabitur materia huius tituli. Ad leg. iſtam opp. dicitur hic, quod quis q̃ iuris in alterum ſtatuerit, ipſe debet vti eodem iure. & ſic videtur, quod iudex idem ius retorquet in ſeipſum iudicem, per exempla alterius. & ſic opp. C. de ſen. & inter. omn. iud. l. ne-
2 mo. Reſpondeo, iudex † retorquendo non iudicat exẽplis: quia exemplis iudicare non debet, ſed quia ita ius iniquum ſtatuit, vel ſtatui facit, facit eum vti eodẽ iure, authoritate legis: & ſic non per exempla, ſed per hanc le-
3 gem retorquet idẽ ius in ipſum. † Secundò opp. dicitur hîc, quod idem ius aduerſario competit, quod alicui eſt conceſſum. Sed contra, quia lex dicit, quod ea quæ conceduntur alicui, non egrediuntur perſonam. & ſic opp. inſt. de iuſt. & iure. §. ſed quod principi. Sol. cum aliquid alicui conceditur, aut illud conceſſum continet ius iniquum aut non. Primo caſu habet locum, quod hîc dicitur. Secundo caſu habet locum di. §. ſed quod principi.
4 † Tertiò hîc oppo. quod licet alicui conceſſum aliquid iniquè, non debet ad aduerſarium eius extendi: quia ſic fauorabilis conceſsio retorqueretur in eius læſionem. Et ſic opp. ſup. de leg. l. nulla. & C. eo. l. quod fauore. Sol. refert: aut conceſsio proceſſit ſine poſtulatione: & tunc obtineret contrarium, aut proceſſit ad poſtulationem eius, cui facta eſt conceſsio: & tunc habet locum quod
5 hîc dicitur, inf. eod. l. 3. † Quartò op. dicitur hîc, quòd non obeſt affectus, ſi non ſequitur effectus. Contra hoc: quia lex punit affectum, proſilientem in actum extrinſecum, etiam non ſecuto effectu, vt C. de Epiſ. & Cle. l. ſi quis non dicam rapere. & inf. ad leg. Cor. de ſica. l. 1. §. 1. & 2. cum infinitis concor. Proſolut. huius contrarij̃ variæ ſunt reſponſiones antiquorum & modernorũ. Dixerunt quidã antiqui, quod iſtud eſt regulare. Sed contrarij̃ ſunt caſus excepti, & ita not. in gl. antiqua, in d. l. ſi quis non dicam rapere. Alij̃, vt Azo & quędam noua additio, quę in l. dicta poſita fuit, dicunt referendo: aut eſt atrox crimen, & habent locum contraria: aut non eſt atrox, & tunc habet locum quod hîc dicitur, & ideò pro generali & pleniori doctrina diſtinguunt hîc quidam: quis cogitat tantum delinquere, aut cogitat & agit, ſed non perficit: aut cogitat & agit, & perficit. Primo caſu non punitur, vt inf. de pœn. l. cogitationis. Secundo caſu refert: aut eſt crimen atrox, aut non. Et ſi eſt crimen atrox: aut non perfecit, quia non potuit, aut quia noluit. Si non perfecit, quia non potuit: tunc punitur, ac ſi feciſſet, vt d. l. ſi quis non dicam. Si non perfecit, quia noluit, non punitur, vt inf. ad l. Cor. de fal. l. qui falſam. Si crimen non eſt atrox, non punitur, vt hîc. De hoc dixi pleniſsimè in d. l. ſi quis non dicam. vbi diſtinxi plenius. Veruntamen proſolut. huius contrarij̃, q̃tum pertinet ad hanc l. ad præſens dico, reſponderi poſſe altero de duobus modis. Vno modo ſecund. Pet. quod in contrarijs loquitur de delictis, quæ poſſunt puniri per viã accuſationis, vbi ſufficit conatus, licet nõ ſequatur effectus. Hîc verò loquitur in delictis, quę non per viam accuſationis, ſed per viam recompenſationis puniuntur, quæ recompenſatio eſt in vtendo eodem iure. Vel ſcdo modo dicendum eſt ſecund. Iac. de Are. quod contraria loquũtur, in ijs quæ ſunt delicta. Sed hic non eſt delictũ: imò eſt ius, quod habet ius iniquũ, vt ſup. de iuſt. & iur. l. ſuis. & ſic, vbi tale ius non habet effectum, nõ obeſt, vt hîc. Quintò opp. circa hoc. Dicitur hic, quod vbi non valet ſtatutum ſeu impetratio iuris iniqui, ceſſat hoc edictum. Contra: quia dicitur in lege, quod vbi per impetrationem conceditur, quod ius alterius abſorbet, non valet impetratio, vt C. de pre. Imper. offe. l. reſcripta. & tamen ſi talis impetratio fieret, aduerſarius vteretur eodem iure. & ſic opp. C. de reſcin. ven. l. ratas. Solu. Ibi non fuit facta conceſsio, ſed dicitur ibi, quod non fieret vel ſequeretur iſtud, dicendũ quod ibi valuit impetratio: quia fuit dictum, non ob. l. &c. & ſic poſito quod ſic valeat, benè ſequitur, quod eodem iure vtatur impetrator. Expediti ſumus de cõtrarijs, veniamus ad quæſtio-
6 nes huius materiæ. † Primò quæritur, dicitur hîc, q̃ ſi aliquis ius nouum, & iniquum ſtatuit in alium, eodem iure vtatur. Eſt modò in quæſtione, quid ſit iſtud ius nouum & iniquum, cùm nos non habemus, nec eſt ius fforum, & ius nouum, vt ius Conſtitutionum imperialium Codi. & Inſtit. & ius nouiſſimum, vt ius Authen. Quod ergò eſt iſtud ius nouum? Reſpon. ius nouum in hoc tit. accipitur, ius quod non eſt in corpore iuris ſcriptum, nec inueterata conſuetudine introductum. Nam ſi ius eſſet ſcriptum in corpore iuris, ſeruandũ eſſet, vt inf. qui & à qui. l. proſpexit. Item ex quo ius eſt conſuetudinarium, ſeruandum eſt, nec poteſt dici ius nouum vel iniquũ, ex quo communem habet obſeruationem. vt ſup. de lega. l. de quibus, & d. l. proſpexit. Eſt ergò ius nouum, quod ad libitum ſtatuentis fit: & pro tanto dicitur iniquum, quia nec eſt in corpore iuris redactũ, vel conſuetudine roboratum, vel non eſt per ſimile introductũ, vt ſup. de leg. l. non poſſunt. Vel non eſt æquitate ſuffultum. Nam ſufficit æquitatem naturalem habere, arg. inf. de aqua plu. arcen. l. 2. §. item varius. & de excuſ. tu. l. ſcire oportet. §. ſufficit. & de hoc ſolet tractari. C. de leg. l. non dubium. Secundò quæro. Lex iſta dicit, quod quis q̃ iuris in alterum ſtatuit, &c. nũquid ergò locum habeat in ſtatutis, conditis à iudicibus contra ipſos ſtatuentes? Videtur expreſsè quod ſic, vt hac l. §. 1. Econtra videtur quod non: quia non ligat iudicem ſtatutum ſuum, vt C. de leg. l. digna vox. & infr. de leg. 3. l. ſi quis, in princ. & in Auth. de reſtit. in integ. §. 1. Reſpondeo, quod locum habet in ſtatutis, quod etiam ipſe ſtatuens tenea
7 tur vti eodem iure. Non ob. quod dicitur, quod ſtatutũ non poteſt eum ligare. Nam hoc caſu non ligat eum ſtatutum, ſed lex iſta ſecund. Pe. & hoc facit † ad quæſtionem, vtrum ſtatutum pœnale liget ſtatuentem? Verbi gratia: Si Epiſcopus facit furtum, qui fecit ſtatutum, vt quilibet faciens furtũ, ſit excõicatus, an ſit ipſe excommunicatus? Videtur quod non, quia ſtatutũ ſuum non ligat eum, vt dic. l. digna vox. Econtra videtur quod ſic: quia Epiſcopus habet duas perſonas, vnam perſonam, in quantum eſt Epiſcopus, & aliam in quantum Petrus vel Martinus, & ſecundũ perſonam quam habet, vt priuatus, videtur concedere ſtatutum, arg. inf. de adm. tu. l. non exiſtimo, & C. de contrah. emp. l. ſicum. De artic. huius quæſtionis diſputat ſatis Guido de Boyc. Archid. Bonon. extra de conſti. c. vt animarum. li. 6. in apparatu ſuo. & de ſen. excom. c. ſtatuimus. eo. lib. Videtur tamen dicendum, quòd aut iudex eſt tantæ authoritatis, quòd poſsit ipſe ſolus ſtatuere, & tũc habet locum prædicta l. digna vox: aut non poteſt ipſe ſolus ſine conſenſu aliorum, ſicut

rum, ſicut Epiſcopus, qui non poteſt ſine conſenſu capituli: & tunc ligatur ſtatuto, velut quidam alius ex vir-
8 tute ſtatuti. † Tertiò quæro iuxta hoc, nunquid omnes iudices poſſunt ſtatutum facere? Videtur quod ſic: quia verbum poteſtatis pertinet ad maiores iudices, & verbum Magiſtratus pertinet ad alios. & lex iſta dicit, quod qui magiſtratum poteſtatem, &c. In hac l. 1. §. 1. Econtra videtur, quod non, quia ſtatutum eſt l. vt ſup. de iuſt. & iu. l. omnes populi. Sed nullus poteſt l. facere. Ergò, &c. vt C. de leg. l. 1. ibi, vel nobis ſolus, &c. In hac quæſtione
9 gloſ. quę eſt hîc, tenet, quod quilibet magiſtratus † poſſit facere ſtatutũ Municipale, vt hîc. §. 1. Prætereà quod ipſe iudex facit, ipſe princeps facere videtur, dicit gloſſ. vt C. de vet. iure enu. l. 1. §. ſed neq; ver. omnia. Vbi dicitur, omnia meritò noſtra facimus, quibus impartitur nobis authoritas. Non obſt. quod ſoli principi licet legem facere: quia verum eſt l. generalem. Iac. de Ra. hoc
14 non approbat, quod magiſtratus minor poſsit facere legẽ. Non enim iure habet, ſed tantùm maior. vnde põt præfectus Prætor, non alij̃, vt C. de off. præfect. prætor. l. 2. Quid dicemus? Dico quod in hac quæſtione diſtinguendum eſt, aut quæritur de ſtatuto, quod reſpicit commune bonum. Verbi gratia: propter non impediendum ſtudium, & ſcholares non inquietandos, ſtatuit iudex, quod nullus faciat tumultum ſub pœna decem librarum, vel propter publicam quietem ſtatuit, quòd nullus vadat de nocte ſub pœna tali: vel quòd non vendantur piſces, nec vina, nec carnes, niſi bonæ. Certè iſtud
10 ſtatutum benè valet: quia pertinet ad iudicem, † procurare quietem & ſalutem ſubiectorum, vt ſup. de offi. præl. l. congruit: aut ſtatutum non reſpicit bonum publicum. Verbi gratia: ſtatuit iudex, quod nullus vadat vltra pontem, ſub pœna decem ſolidorum. Iſtud tale ſtatutum non poteſt facere iudex minor, ſed poteſt illud facere iudex maior, de quo princeps cõnſidit, vt d.
11 l. narratur. † Populus tamen alicuius loci poteſt legem inter ſe facere, vt d. l. omnes, ſiue reſpiciat bonũ publicum, ſiue non. Et hoc tenent communiter DD. licet quidam dicant, quòd populus nõ poteſt facere legem contrariam iuri ciuili, quod quidem ius ciuile per viuam rationem proceſsit. Verbi gratia: vt pater ſit in poteſ te filij̃, vt non debeatur portio legitima filio, & ſimilia. Dicunt quidam moderni Doctor. quòd populus etiam inter ſe conſtituere non poſſet. Alij̃ dicunt contra, ſed non pertinet hoc ad præſens tractare. Quando ergò intelligimus, quod hic loquitur de magiſtratu ſtatuente, & quidem ſi magiſtratus fecit ſtatutum ad bonum publicum, iſtud non poteſt dici ius iniquum: quia habet rationem, niſi dominus. Quod verum eſt, quod habet rationem, ſcilicet mortuam: nõ tamen naturalẽ æquitatem, vel dicamus, quod iſtud verbum, ſtatuit, eſt verbum generale, & prout refertur ad magiſtratum, dicendum eſt ſtatuit, ſcilicet, eo mandante, prout refertur ad maiorem iudicem, qui poteſtatem habet, dic ſtatuere, ſcilicet, mandando vel ſtatutum faciendo, vt inf. de verb. ſignif. l. pronunciatum. Quartò iuxta hoc quæ-
12 ro, nunquid † ſtatutum factum à iudice temporali ſit temporale vel perpetuum? Videtur quòd ſit temporale, prout temporalis eſt iudex. infr. de pœn. l. ſi. & hic reſidet gloſſ. quæ eſt hîc. Tu dicas, quod ſi ſtatutum fiat cum cauſæ cognitione, quod debet fieri cum maiori cauſæ cognitione, quam ſententia: quia non poteſt appellari à ſtatuto, vt inf. de ap. re. l. vltima. §. fin. Quæ eſt cauſa, quod ſtatutum eſt perpetuum, vt C. de poſtula. l. 1. vt ibi not. aut non fit cum cauſæ cognitione, ſed ex abrupto, cùm aduocatus importunè poſtulat, ſtatuit, vel
13 præcipit, quod non poſtuletur amplius: & tunc non durat vltra tempus ſui regiminis, vt dicta l. vltima. Quintò quæritur, dictum eſt ſupra, † & in tertia quæſtione, quod magiſtratus Municipalis non poteſt facere ſtatutum, niſi ad bonum publicum. Sed populus alicuius ciuitatis poteſt facere, ſiue reſpiciat bonum publicum, ſiue non, vt l. omnes populi. Modò ponamus, quod Magiſtratus cum populi conſenſu fecit ſtatutum iniquum: nunquid ipſe magiſtratus, & quilibet de popu-
lo eodem iure vtetur? Videtur quod magiſtratus non vtetur: quia ipſe excuſatur, ſicut procurator, qui mandato domini deliquit, vt inf. de vi & viar. l. 1. §. quoties. & in hoc quidam reſident, & reſpondent ad §. ſi procurator, in l. 3. eod. titu. quia non loquitur de ſtatuente, vel decernente ius iniquum, ſed de impetrante. Iſta opinio non placet: quia magiſtratus per ſe ſtatuere nõ poteſt, vt ſuprà dixi. Ergò ſi ſtatuat cum conſenſu populi, ipſe non tenetur: quia ſtatutum ab ipſo non recipit robur: & ſic ipſe delinquit hoc, non ergò, &c. vt infrà eodem. Sed nunquid vtetur quilibet de populo? Videtur quod ſic: quia populus ipſe totus vti debet. Ergò quilibet de populo, vt idem iuris ſit de parte quo ad partem, quod eſt de toto quo ad totum, vt infrà de rei vendic. l. quæ de tota, & infrà de in ius voca. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. & de re. diui. l. tantùm. §. vniuerſitatis. &
15 iſtud tenet hîc glo. quod eſt ipſa veritas. † Vnde per hoc quod hîc not. videtur, quod ſi vniuerſitas ſimul, pulſata campana, vel eleuato publicè vexillo, delictum committat, quod homines ſinguli dictæ vniuerſitatis non puniantur, argum. præalle. iurium. & ſic erit delictum impunitum: quia vniuerſitas non habet caput nec animam: & ſic cùm ſit res inanimata, non poteſt puniri. Sed contra hoc facit, quia vniuerſitas, quæ committit dolum, vel metum, illo edicto tenetur, vt infrà quod met. cauſa. l. metus. §. animaduertendum. Prætereà ex delicto collegij̃, nauis ſua publicatur, vt ſuprà de ſacroſanct. Eccle. l. iubemus, &c. In hac quæſtione, quæ de facto fuit tempore Ioan. Bazani terni. conſultus ipſe, ſic oſtendit, quod non puniretur ſinguli, per rationem ſuperiùs allega. ſed puniretur ipſa vniuerſitas pecuniariter, ſi tale fuit delictum, quod pœnam pecuniariam exigat. Si autem tale ſit delictum, quod exigat pœnam mortis, ciuitas patietur aratrum, vt inf. quibus mod. vſusfruc. amit. l. ſi vſufructus. & hoc ſi deliquit tanquam vniuerſitas. Sed deliquerunt ciues tanquam ſinguli, vt quia non pulſata campana, nec coadunati, vt vniuerſitas, ſub vexillis ſuis: tunc punientur tanquam ſinguli, vel pecuniariter, vel ad mortem, prout delicti commiſſi pœna exigit. Niſi diceremus, pœnam mitigari propter tumultum populi, iuxta illud: Ob multum populum, crimen pertranſit inultum, argum. infrà ad le. Corn. de Sica. l. penult. & not. infr. de pœn. l. aut facta, in fin. Sed videtur, quod debeat excuſare iuſſus iudicis. Sed hoc verum eſt in leuibus criminibus, argu. infr. ad legem Aqui. l. liber homo. Ac etiam videtur referre: aut credebant agere, vt quia credebant productione ciuitatis contra hoſtes inſurgere: & tunc excuſat eos iuſſus: aut erant ſcientes, & tunc non excuſantur, ſecundum Iaco. de Ra. vel ſecundum Iaco. de Aren. & ſi vniuerſitas delinquit tanquam vniuerſitas, indiſtinctè punietur pecuniariter ipſa vniuerſitas. Hinc eſt, quod pro ea interuenit Syndicus. Sed ipſi qui commiſerunt, puniuntur vt ipſi, ſecundum eum. Vel ſecundum Petr. dicendum eſt, quod aut vniuerſitas, vt ipſa vniuerſitas, committit crimen non atrox, vel atrox. Primo caſu non videtur quilibet facere, ſed ipſa vniuerſitas punietur, & ſi quidem mors imponenda eſt, ciuitas punietur per aratrum, vt dictum eſt ſuprà. Singuli autem homines punientur vt ipſi, nec poſſunt ſe excuſare, quod vt communitas deliquerunt: quia non eſt communio delictorum, vt inf. pro ſoci. lege nec prætermittendum. Excuſaret tamen eos iuſſus maiorum, vt mitius puniantur, argumen. præalleg. l. liber homo, & inf. de leg. Iul. ad ea. Sextò quæritur, quia † hoc edictum habet locum, etiam quando iniquum ius ſtatuendum eſt, vt hac l. §. vltimo, cùm in ſententijs locum habeat? Videtur, quod non habeat locum in ſententia diffinitiua, ſed in interlocutoria tantùm. Nam aut diffinitiua ſententia eſt lata contra ius, lege, & non valet ipſo iure etiam, nec obeſt conatus, vbi nullus poteſt ſe qui effectus, vt hîc in fi. aut eſt lata contra ius litigatoris, & tunc imputetur ſibi, quod non appellat: quia videtur damnum ſua culpa ſentire, &c. vt inf. de reg. iur. l. quod quis. In hoc articulo dicunt quidam, quod ſine dubio locum habet

hoc edictum, in sententia interlocutoria, lata contra ius litigatorum: quia tunc non est, quod imputetur aduersario, quia non potest appellare, vt C. quorum ap. non re. l. ante. In sententia verò diffinitiua dicunt, quod est lata contra ius. l. expresse, & tunc non valet: & sic cessat edictū, cùm non habet effectum, vt dixi. aut est lata contra l. non expresse, sed tacitè, & tunc valet, nisi rescindatur per app. aut est lata contra ius litigatorum, & tunc etiam valet sententia, nisi per appel. rescindatur, Verùm istis duobus casibus refert, aut potuit appellare, aut non. Primo casu imputandum est sibi, & sic culpa sua, &c. vt dicta l. quod quis. Secundo casu non est sibi imputandum, vt infrà mand. l. si procuratorem. §. si ignorantes. & ita sentit hic gloss. Sed quicquid ipsa dicat, vos dicetis, quod pœna huius edicti locum habet in interlocutoria & diffinitiua sententia. Non obst. quòd dicitur, quod sententia lata, contra ius, non tenet, quia refert: aut est lata contra ius l. aut contra ius litigatorum. Si contra ius l. siue expresse siue tacitè contineat errorem, tunc non valet, vt est expressum, inf. quæ sen. sine ap. re. l. 1. §. 1. ver. sed si huius quæstionis. ibi, putauerit, &c. Nam sufficit, quod iudex habuit errorem in mente, de quo possit apparere per acta, licet non expresserit in sententia, vt ibi patet. & per acta, quia nihil refert inter tacitum & expressum, vt inf. si cert. petat. l.
16 cùm quid. Præterea idem est, † expresse dici, vel actis apparere, vt infrà de re iudic. l. ait prætor. §. 1. nec facit contra istam opinio. inf. de re iud. l. cum prolatis: quia ibi iudex non pronunciat contra l. sed contra simile, vnde valet. Item non obst. l. 2. C. quando prouo. quia ibi non fuit lata sententia contra ius l. sed contra ius litigatorum: quia vtrum sit maior vel minor, quæstio facti est. Quomodocunq; ergò iudex contra leg. pronunciat, non valet sententia ipso iure, vt de hoc plenè dixi, C. de iu. ca. l. vna, in lectura, & sic non habet locum istud edictum, vt hic in fin. Secundo casu, quando pronunciat contra ius litigatoris, tunc sententia tenet ipso iure, & in hoc casu habet locum tunc pœna huius edicti. Non obst. quia non appellat. Nam siue non potuit, vt dicit gloss. siue potuit & omisit, habet locum pœna huius edicti. Nam qui protulit sententiam contra ius litigatoris, fuit in dolo: & qui non appellauit, fuit in culpa. & dolus culpæ præponderat, vt infrà ad l. Aquil. l. si obstetrix, in fin. Item prætereà, si iudex fuerit in culpa, vel pars quæ obtinuit hoc procurauit, siue in culpa sit faciendo, quod non appellauit, siue in culpa sit in omittendo: quia culpa in faciendo est grauior, & præponderat, vt infrà de impen. in rebus dot. fact. l. & in totum. & not. solut. mat. l. si mora. Prætereà, posito quod ambo fuerunt in culpa, & quòd aduersarius sit diues, & potuit appellare: tamen omisit, nihilominus habet hoc edictum: quia si culpent alij, te me laudare necesse est, vt infrà de iu. do. l. cum in fundo. & sic habet locum pœna huius edicti, in sententia quæ non est lata contra l. Septimò quæro, nunquid habeat locum pœna huius edicti in testamentis. Verbi gratia: Testator statuit in testamento suo contra illum, quem scripsit hæredem ius iniquum? Videtur quod habeat locum, quia voluntas testatoris dicitur. Sed istud edictum habet locum in l. noua & antiqua: Ergò, &c. vt in Authenti. de nupt. §.
17 disponat. Prætereà istud edictum habet locum in sententia, vt hac l. §. fina. † Sed testamentum est sententia: Ergò, &c. vt infrà de testamen. l. 1. Econtrà videtur quòd non, quia pœna huius edicti non habet locum, vbi statutum iuris iniqui nō habet effectum, vt inf. hac l. §. fi. Sed testatoris voluntas nō habet effectū ante mortem testantis, & sic contra ipsum testatorem non potest habere locum, argumen. inf. de adim. le. l. si tibi cert. & C. de sacrosanct. Eccles. l. 1. Octauò quæritur, nunquid hoc edictum habet locum in statutis Principum? Verbi gratia, Princeps concedit mihi, quòd possum vti exceptione contra creditorem meum, vsq; ad 30. annos, nunquid vtetur eodem iure, tàm Princeps, quàm Imperator? Videtur quòd sic: quia hoc edictum habet locum contra statuentem ius iniquum, vt hac l. §. 1. Sed
18 videtur quod non: quia hic non facit mentionem † de Principe, qui est sup. l. sed de iudice qui subest legi, vt iustionem de Principe. Nam cùm loquitur de priuilegio, vt infrà eod. l. 3. facit mentionem de ipso Principe: quia ipse solus concedit priuilegia, tamen quòd ipse non teneatur, facit: quia l. dicit, quòd quando Princeps concederet ius iniquum, Imperator vteretur eodem iure. De ipso Principe nihil dicit, ergò, &c. vt C. de rescind. vend. l. ratas. Quid dicemus in isto articulo? Distinguo: aut quæritur, nunquid pœna huius edicti habet locum contra Principem, aut contra eum, cui est concessum? Primo casu dicendum est, quod nō, quia Princeps non
19 † tenetur hoc edicto, cùm solutus sit legibus, vt l. Princeps. & l. digna. Secundo casu, cùm quæritur, nunquid contra eum, cui concessum est, habeat locum pœna huius edicti? Refert: aut concessum est ad postulationem eius, cui concessum est ius iniquum: & tunc refert: aut concessio affert sibi emolumentum, si eodem iure vtatur, aut non. Vbi concessio affert sibi emolumentum, verbi gratia. impetraui à Principe, vt à quolibet istius ciuitatis possim 10. exigere. Isto casu non vtar eodem iure. quia sic concessio esset mihi inutilis, quod esse nō debet, argumen. inf. de leg. 1. l. si quando. & inf. ad Muni. l. 1. §. fina. Nonò quæritur, ponamus quòd tu impetrasti à Principe, vt me posses vltra duas dietas conuenire, nunquid ego possim te conuenire vltra duas dietas similiter, vt sic in hoc eodem iure vtar, sine aliqua impetratione per me facta? Videtur quòd sic, per hunc titulum. Sed Pet. tenet contrarium, & mouetur ex hoc: quia dicit, quòd iste titulus tunc locum habet, cùm adminicula æquitatis dictant eodem iure vtendum, cùm iniquitate impetrati iuris concessio est facta. Modò ita est, quòd cùm impetrasti, vt posses me conuenire vltra duas dietas: vnum solum fuit hic iniquum, videlicet, distantia dietarum. Nunc si ego vellem te conuenire sine impetratione, non possum, vt in Authen. de manda. Princip. §. si tibi. Decimò quæritur, nunquid pœna huius edicti locum habeat, vbi sit impetrata exceptio peremptoria? Videtur quòd non, quia talis impetratio est contra ius, vt C. de preci. Imper. offer. l. quoties. & l. rescripta. Ergò cùm non valeat, nihil obest conatus, vt hac l. in fin. Tamen in hac quæstione dicendum est, quòd aut Imperator concesserit simpliciter, non dicendo, non obst. &c. & tunc valet, quia non potest sibi imponere l. à qua non liceat sibi recedere: & per consequens habet locum pœna huius edicti, vt C. de rescind. vend. vt l. ratas. & intelligo inf. eod. l. 3. §. si is pro quo. Vndecimò quæritur, in quibus personis locum habeat hoc edictū? Certè sicut patet in magistratu, ita in accessore eius, tamen inter eos est differentia: quia magistratus tenetur, si dolo fecit. Accessor tenetur si culpa, vt infrà l. 2. & ibi not. Pro quo facit infr. loc. l. si quis fundum. §. si quis vitulos. Item, habet locum in ipso procurante ius iniquum statui. Nec refert in eo, vtrum procurauerit dolo, nec non. tantum ipse sit locupletior, tenetur: quia paria sunt, quem esse in dolo, & locupletione, vt infr. deposit. l. 1. §. an in pupillum. Duodecimò quæritur, nunquid habeat locum in arbitro? Vi-
20 detur quòd non: quia sententia † arbitri non est sententia, vt C. de arbitr. Ergò, &c. vt hac l. in fin. Econtrà videtur quòd sic: quia potest esse sententia, vt C. de arbit. l. penultim. Prætereà habet effectum, quantum ad commissionem pœnæ, vt infr. de arbitr. l. diem. §. stari. & ista est veritas secund. Petr. Ad quod facit, quia arbiter facit litem suam, vt C. de arbitr. l. item in arbitris. Decimotertiò, quid in iudice delegato, nunquid in eo habet locum pœna huius edicti? Videtur quod non, quia non habet propriam iurisdictionem. Sed hic loquitur de eo qui habet: Ergò, &c. vt supra de officio eius. l. 1. §. qui mandatam. Econtrà videtur quod sic, quia sententia ipsorum habet effectum. Ergò, &c. vt hic in fine. In hoc articulo dixerunt quidam, quod iudex delegatus tenetur ex hoc edicto, tàm ratione doli, quàm culpæ, quia delegati propter peritiam ponun-

ponuntur, vt in Auth. de iud. §. oportet. Ergo. &c. vt inf.
21 c. l. 2. Isti verò nō benè dicunt. quia † delegati eliguntur propter probitatem, non propter iuris peritiam. Nam & ipsi delegati habent accessores, vt in Auth. vt de func. seu fu. §. illud ergò &c. vt inf. e. l. 2. Dicendum est ergò, q; ipsi tenentur ex hoc edicto, sicut tenentur magistratus. Decimoquartò quæritur, nunquid hoc edictum habet locum in aduocato, qui procurauit hoc? Videtur q; sic, inf. eod. l. 2. Sed dicendum est, quòd non eodem iure vti debeat, quia solum emolumentum habet. Vnde non tenetur, sicut nec procurator tenetur, vt inf. eo. l. 3. §. si, procurator. Decimoquinto quæritur, pone quòd magistratus mediante culpa sui accessoris ius iniquum contra me reddidit, nunquid contra omnes vti potero eodem iure, & nihilominus quia litem fecit suam, agere? Respond. quòd locum habet hoc edictum contra omnes, quia pœnale est in omni parte: & ideò magistratus non liberat alterum, vt inf. ad leg. Aquili. l. item Mela. §. sed & si seruum. Item contra iudicem habet locum duplex remedium, quatenus vnum alterum excedit, non quatenus concurrunt, arg. inf. vi bono. rapto. l. 1. Decimosexto quæritur, Si fuerit facta concessio iuris iniqui, vt puta Titio contra Sempronium: an Titius teneatur, & debeat vti eodem iure, postulantib. etiam quibuscunque? Videtur quòd non, quia res inter alios acta, &c. vt C. res inter alios act. &c. per totum. Prætereà non egreditur delictum. Ergò, &c. & C. de pœ. l. sancimus. & hoc tenet gl. inf. eod. l. 3. §. hæc pœna. Econtrà videtur quòd sic: quia hic dicit expresse prælleg. §. hæc pœna. & hoc dicit Azo, quòd non ob. quæ supr. alleg. sunt in contrarium: quia dicit, quòd est speciale, & hoc videtur sentire alia gloss. quæ est inf. eod. l. vlti. signata super vltimo verbo, prout est ibi in gloss. & hanc opinionem sequitur Mathe. de Fau. & dicit, quòd est casus C. de rescin. ven. l. ratas ibi, vt & si quis nostris laboribus, fisco nostro, vel à priuato, &c. Hoc etiam videtur tenere Iac. de Are. Non obst. secundum eum, res inter alios acta, quia dicit, quòd hic est vindicta quasi publica. Sed Iaco. de Ra. tenet contrariū, vt non vtatur impetrans ius iniquum eodem iure, nisi tantùm in aduersarium, contra quem postulauit: & hoc probat primò per argum. quia l. dicit, quòd refert cui fiat dolus, vt inf. sol. ma. l. Lucius. & iste solus postulat vendicationem, aduersus quem latitatio facta est, vt inf. qui ex cau. in poss. l. Fulcinius. §. quòd si aduersus, & arg. inf. de his qui. vt indi. l. rescriptum. Secundò probat: quia textus hoc dicit expresse hic, in §. 1. ibi aduersario quando q; postulāte, &c. & istud videtur mihi verius. Nec obst. prælle. §. nec pœna: quia intelligitur, prout ibi no. Item non ob. prælleg. l. ratas, quia vel referēdum est singulariter à fisco, scilicet, contra quem impetrauit, vel à priuato, scilicet, contra quem impetrauit, vel dicendum, quod loquitur in milite, qui generaliter voluit impetrare, vt posset venire contra venditiones à se factas, contra quoslibet. Ad glo. quæ est inf. eod. l. vlt. in fi. Respon. quòd ibi nō debet esse in gl. contra alium. imò debet esse contra me, &c. aliàs non procedit. Decimoseptimò quæritur, q; est remedium huius edicti? Dicunt quidam, & hoc videtur gloss. sentire, q; ex hoc edicto sola exceptio proficiscatur, vt inf. eod. l. 3. quod ait Prætor in glo. & ita voluit sentire Io. Bazanius in arbore actio. prætoriarum, cùm de isto edicto, vel actione procedente ex eo, nullam fecerit mentionem. Et idem sequutus est Ross. qui dum tractat de formandis libellis in actionibus, descendent ib. ex edictis prætoris, de isto edicto nihil dicit. Alij dicunt, quod ex isto edicto quando q; procedit actio, quando q; procedit exceptio. Procedit actio, verbi gratia, obtinuisti contra me, quòd ageres ex nudo pacto. Similiter actionem contra te habeo ex nudo pacto. Item quando q; procedit exceptio, vt q; impetrasti dilatoriam, vel peremptoriam contra obligationem. Alij dicunt, quod oritur actio in factum, arg. inf. de eo per quem fact. est l. vlt. in prin. Quid dicemus? Propriè & verè sentiendo dico, quod nulla actio propriè proficiscatur: sed per quandam reconuentionem arguitur, qui obtinuit ius iniquum. Nam virtute hu-
iusmodi edicti, iudex coercebit impetrantem, quandoquè patiatur actionem, sicut aliàs obligatus, quandoq; patiatur actionem, quandoq; exceptionem. Decimooctauò quæritur, quo loco potest habere locū beneficium huius edicti? Certè vbicunq; in loco idoneo petetur. Vnde licet tu hic impetrasti ius iniquum contra me, ego potero alibi idem ius retorquere in te, quia ex diuersitate locorum. Decimonono quæritur, quanto tempore duret beneficium huius edicti? Hæc quæstio pendet ex præcedenti quæstione: quia si ex edicto isto non profi-
22 ciscatur exceptio, nisi durat perpetuò: quia † exceptiones sunt perpetuæ, vt inf. de do. except. l. pure. Si proficiscitur in factum ex edicto erit annalis, vt insti. de perpet. & tempo. in princ. tamen verius est, sicut sup. dixi, quod nulla actio propriè proficiscitur ex hoc edicto, sed tamen ex præcepto compellitur ille, qui commisit in pœnam huius edicti, quandoq; patiatur actionem, quandoquè accusationem, quandoq; exceptionem, & tantùm durabunt prædicta, quantum durabit illud, quod fuit per iniquum ius obtentum. Verbi gratia: Si impetrasti contra me, vt vsq; ad 10. ann. posses à me exigere istud, quod tibi nudo pacto promisi, tantundem durabit mihi contra te actio. Vel si impetrasti contra me, vt ageres ex nudo pacto, sine aliqua præfixione temporis. Certè actio cōpetet mihi aduersus te, quæ durabit, secundum quod durat tua actio, hoc est, secundum communem vitam actionum, vt 30. an. & aduersus te habeo accusationem eiusdem temporis, vt C. de fal. l. querela. item, si impetrasti exceptionem contra actionem, tanto tempore durabit mihi ius excipiendi, vt supr. dixi. Expediti sumus de materia huius tituli.

RVBRICA III.

Si quis ius dicenti non obtempe.

SVMMARIA.

1 *Magistratus possunt mulctare inobedientes.*
2 *Tutoris delictum vel alterius administratoris, non debet redundare in damnum pupilli.*
3 *Mulcta dicitur modica, secund. quantitatem iurisdictionis contemptæ, & secundum conditionem personæ, & secundum locum cui præest.*
4 *Mulctandi modus duplex est.*
5 *Obtemperare quis dicitur, & qui non?*
6 *Contumacia procuratoris, tutoris, & curatoris non nocet domino, pupillo, vel adulto.*
7 *Sententia excommunicationis non infligitur, nisi pro mortali peccato.*
8 *Obtemperare quis non dicatur?*
9 *Iudicium incipit a vocatione in ius.*
10 *Fisci ius habere nemo potest, nisi fiscus.*
11 *Arbiter an possit mulctare?*
12 *Obedire contemnens extra territorium ius dicentis à quo poterit mulctari?*
13 *Iudex contemptus si decedat, an successor eius poterit mulctare?*
14 *Inchoatum apud vnum iudicem, an possit alium expediri?*
15 *Contumax non appellat.*
16 *Mulcta quot modis imponatur?*
17 *Mulctare, an possit iudex pro delicto futuro?*
18 *Sententia excommunicationis non potest pro futuro delicto ferri.*
19 *Iudex si præcipiat aliquid, vel statuat sub pœna, an ignorantes possint excusari?*

HAEC Rubrica potest continuari ad superiora remota hoc modo: Dictum est suprà de iurisdict. omn. iudi. Verum, quia parum valet iurisdictio in iudice, nisi obtemperet sibi: ideò ponitur hic Rubrica, si quis, &c. Vel continuatur ad proxima hoc modo. Dictum est suprà, quid iuris sit, quando magistratus statuit, vel dixit ius iniquum. Verum, quia magistratibus ius dicentibus non obtemperetur, nihil est, ideò opponitur hæc Rubrica, si quis, &c.

OMNIBVS Magistratibus. Ista lex diuiditur in quatuor partes. In prima parte iurisconsultus ostendit, qui magistratus possint partes non obtemperantes punire vel mulctare. In secunda parte, quæ incipit tibi, nec ius dicenti, &c. ostendit, quis dicatur non obtemperare. In tertia parte, quæ incipit ibi, hoc iudicium, &c. ostendit ibi, quantum extendatur pœna huius edicti. Casus est ponendus, prout litera iacet, cuius
1 expositio in infrà dicendis apparebit. † Not. quod omnes magistratus possunt iurisdictionem suam defendere mulctali iudicio, id est, possunt mulctare inobedientes. Respondeo, hoc est verum, quia aliàs iurisdictio esset nulla, vt suprà de offic. eius. l. vlt. Secundò no. quòd is videtur non obtemperare iudici, qui quod est extremum in iurisdictione, primùm non facit. Item, qui non facit sequentia, scilicet, medium & finem, & ita intelligitur hoc secundum dictum huius l. vt infrà patebit.
2 † Tertiò not. quòd delictum tutoris vel administratoris alterius, non debet redundare in damnum pupilli, vel adulti sui, vel domini. Concor. C. vnde vi. l. meminerint. & inf. de re. iur. l. is. Quartò, quòd hoc iudic. non competit, quanti interest, sed quanti ea res est, hoc est, quanti iudex æstimabit eam. Ita debet hic intelligi, prout inf. dicemus. Quintò not. quod istud pœnale iudicium non competit post annum, nec in hæredem, vt l. in honorarijs. de acti. & oblig. Veniamus ad op. Primò ad istam l. sic opp. Dicitur hic, quod omnibus magistratibus, non tamen dominis, &c. Sed contra, quia imò magistratus quantum infimi, possunt mulctare, vt supr. de offic. eius. l. fi. de iurisd. omn. iud. l. magistratibus, & C. de spor. l. 2. vbi delegatus mulctat: Ergò multò fortiùs ordinarius, quantumcunq; minus. Sol. dicunt quidam, q hic duplex est litera: Vna quæ dicit, non tamen, & ista non est vera. Et altera est, non tantù: & ista est vera, secundum quod concordant prædictæ ll. Sed isti incidũt in Scillam, volentes euitare Charibdim. Nam tunc est directè contra C. de defen. ci. l. defensores. ibi, nihil sibi leuiter, &c. ibi etiam nullas infligit mulctas, &c. Præterea ista talis opin. non procedit. Nam sicut nugatorium est dicere, Rex Franciæ potest defendere, non tantũ minor: Ita inconueniens est, dicere, omnes magistratus possunt, non tantum domini. & ideò debet esse in litera, non tamen, in prima parte huius l. Iurisconsult. ponit regulam & exceptionem. Modò ad contraria sic respondetur secun. Azo. quia refert, aut nos loquimur de maiori mulcta aut de modica. Si de modica, locũ habẽt contraria. Si de magna, locum habet hæc l. & ita intelligitur quod tangitur. C. de modo mulctan. l. eos. Vel in-
3 telligitur † magna & modica, secundum quantitatem contemptæ iurisdictionis, & secundum conditionem personæ, & secundum locum cui præest seruus. Ista sol. non videtur procedere: quia omnibus magistratibus licet mulctam imponere, vt in præallegat. l. vel magnam vel modicam, prout requirit excessus. Alij dicunt, vt Odofr. & sui sequaces, quod verum est, quod magistratibus omnibus conceditur mulctare: non tamen permittitur duobus, de quibus loquitur. C. de modo mult. l. 2. & l. 3. qui mulctare non possunt, vt sunt procuratores fisci & Cæsaris. Sed quare hi non possunt, sicut alij magistratus, & sicut delegati? Non est ratio. Vnde dicendũ est, tam ipsi, quam alij iudices mulctare possunt, vt C. de spor. l. 2. circa fin. Quid ergò dicendum est? Di-
4 co cum Iacob. de Rauen. & cum Petr. quod † modus mulctandi est duplex. Vnus est specialis & incidens, propter contemptum iurisdictionis, contra nõ obtemperantes. Secundus modus est principalis & generalis, ratione publicæ vtilitatis, ob alios mores coercendos. Cùm ergò dubitatur, qui magistratus possunt mulctare: aut loquimur de magistratibus, qui habent merum mistumq; imperium: tunc nõ est dubium, quod vtrunqué modum mulctandi exercent, vt hic, & dicta l. eos. secundum intentionem illius l. aut loquimur de minimis iudicibus, & tunc refert: aut volunt mulctare incidenter, propter contemptum suæ iurisdictionis: & tunc quantumcunq; infimi possunt, vt hic & dictis ll. Exceptis tamen duumuiris, qui non possunt, vt hic, qui duumuiri erant duo viri fortè ad sententias exequendas, de quibus C. eod. l. vlti. aut volunt mulctare ratione publicæ vtilitatis propter malos mores coercendos: tunc non possunt regulariter, nisi in casibus, in quibus eis specialiter mittitur, vt C. de spor. l. vltim. in Auth. de defen. ciui. §. audiri. & hoc innuit hæc l. in fine.
5 † Secundò opp. dicitur hic, quod is dicitur non obtemperare, ad hoc vt mulctari possit, qui extremum, id est, primum non fecit, id est, vocatus non venit. Sed contra hoc: quia satis est, vt patiatur missionem. & sic opp. inf. tit. proxi. l. satis. Sol. dicit gloss. quæ fuit hic & ibi, quod hîc non venit vocatus, contemnendo iudicem. Ibi non fuit in causa non veniendi, contemptus iudicis, sed alia causa, licet minus iusta: quia ludebat ad schachos, vel tabulas. & hoc videtur velle l. expresè, quod vocatus, qui habet dare libertatem, si est cõtumax, punitur: quia non valet ius patronatus, si vocatus non venit ob aliquam causam, licet minus iustam, & non perditius patronatus, &c. vt inf. de fideicom. liber. l. si eum. §. ex iusta. Aduertatis, si verum est hoc, valdè est notandum: quia secundum opini. Azo. qui dicit, ex hoc edicto duplicem dari electionem, si non comparens coram iudice, habuit aliquam causam non veniendi, licet minus iustam: non tenetur hoc edicto, & sic nec ad pœnam fiscalem, nec ad expensas tenebitur, sed satis est in possessionem mittere, quod videtur absurdum: quia improbabilis ignorantia non excusat ab expen. vt in Authen. de iudic. §. oportet. Præterea sic videtur deuiare à fide, qua leuitur argumento deuiat. Sic & qui propter leuem causam non venit, satis dicitur contumax, etiam aduersus iudicem, vt mulctari possit, argum. C. de hæret. & Ma. l. 2. Non tamen mulctabitur ideò, sicut ille, qui solùm non veniendo contempsit iudicem, sed mitius, cum ista mulcta sit arbitraria, vt infrà de verb. signific. l. si qua pœna, &c. & sic intelligitur præalleg. l. si eum. §. ex iusta, vbi nuncius punitur, qui non tantũ contempsit edictum, secundum Petr. & ideò solut. huius contrarij non est bona. Quomodo ergò respondebitur? Certè plana est responsio. Nam in l. contraria dicitur, satis est mittiin possess. bonor. Verum est, quantum ad aduersarium: & ita debet intelligi d. l. satis q. Sed nõ est satis, quantum ad iudicem, cui non obtemperatur, & ideò poterit eum mulctare, vt in hoc titulo. Tertiò op-
6 po. dicitur hîc, quod † contumacia procuratoris, tutoris, vel curatoris non nocet domino, pupillo, vel adulto. Contra, quod imò noceat factum, & contumacia prædictorum dominis, vt sup. tit. proxim. l. si quis. §. si pupillus. & C. de sacrosan. Eccle. l. iubemus. C. de his. qui appel. & quando app. sit. l. 1. §. vlt. & C. de excep. & translat. mili. anno. l. fi. lib. 10. etiam extra, vt lit. non contest. c. 1. ad fi. sol. multis & varijs modis. Nam gloss. sol. infrà de re iudic. l. item, vno modo: quę sol. non est sufficiens, neq; vera. Alio modo soluitur in prædicto c. 1. extra. vt lit. non contestat. vbi distinguitur: aut dominus fuit conscius, aut non. Alij, vt Iaco. de Ra. & Mar. dicunt referre, aut quæritur, nunquid dolus procur. noceat? Et tunc habet locum infrà de do. l. si procurat. aut quæritur, nunquid obsit contumacia, & hîc refert: aut procurator habuit speciale mandatum ad contrahendam contumaciam, & tunc tenetur dominus, arg. suprà tit. proxi. l. si quis. §. si procurator: aut non habuit speciale mandatum, & tunc aut quæritur de processu causæ, aut de pœna infligenda. Si de processu causæ, tunc nocet domino, quia proceditur contra eum, ac si foret contumax, vt infr. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. 2. Si de pœna infligenda, tunc contumacia procura. non nocet domino, vt hîc, nisi dominus fuerit conscius de contumacia sui procuratoris, vt d. l. 2. C. de eroga. mili. anno. libr. 12. vel iussu talis fit pœna quæ non potest cadere in personam procuratoris, vbi distinguitur, aut procurator est soluendo, tunc tenetur dominus: tamen habet regressum contra eum: aut nõ est soluendo, & tunc non nocet, vt no. inf. quando ap. l. 1. in fi. & C. de app. l. eos. &

Auth.

Auth. hodie. ar. C. de his quib. vt indig. l. polla. & de iud. l. properandum. §. fi. Sed Pe. dicit, quod nunq; contumacia procuratoris nocet domino, quantũ ad pœnam sibi infligendam, nisi ipse dñs fuerit etiam contumax: tunc enim tenetur ipse ob noxiale delictum. & ita intelligit. d. l. 2. C. de eroga. mili. an. Nisi dominus fuerit conscius, & requisitus. Refert ergò, secundum eum: aut fuit dñs citatus, aut fuit citatus ipse procurator. Primo casu, si fuerit dominus citatus, & procurator ab eo constitutus non cõparet, tunc nocet ipsi domino talis contumacia, & imputetur sibi, qui talem elegit, vt inf. de min. l. cùm mandato. & inf. de insti. l. sed & si pupillus. Secundo casu, quando fuit citatus procurator, tunc non nocet domino, vt hîc. & hoc probat, ar. inf. de mu. l. Aemilius. & l. cùm filius, §. in hac, & l. diem, in quibus dicitur, habere regressum ad illum, cui est iniunctum, vt si quidé aliquid defuncto iniunctum fit, teneatur pupillus: aliàs si ei pupillo non fit iniuria, vt in casu nostro, sed iniungit domino, quia ipse citatur: tunc nocet contumacia sui procuratoris ei, quia ipse dominus cõtumax est, ex quo nullus pro eo comparet. Non ob. d. l. 2. C. de eroga. mili. an. quia intelligit eam, vt dictum est sup. si quando dominus ipse fuit contumax. Sed videtur ob. prędicta decretalis, extra, vt lit. non conte. c. 1. sed ipse intelligit ibi, quod dominus fuit citatus, vel fuit assignata dies ad procedendum ipsi domino. Dices tu modò, quare ergò non statim ibi excommunicatur dominus, cùm statim dereliquit, sed expectatur, vt purget contumaciam? Ad
7 quod respondet, † quod sententia excommunicationis non infligitur, nisi pro mortali peccato: & in dubio præsumitur ex alio procuratore, qui misit de ipsius innocentia, & ideò dominus excommunicatur. Deinde postquam sciuit, & non purgauit, vnde ad generalem sol. ipse distinguit: aut administrator deliquit mandato domini, vel ratihabitione interueniente, & tunc dominus tenetur, vt d. l. iubemus. & infrà de vi & vi arm. l. 1. §. dei ecisse, cum fimil. Aut dominus non mandauit, vel ratum habuit, & tunc, aut ex tali delicto dominus factus est locupletior, aut non. Primo casu tenetur, vt inf. de admi. tut. l. fi. & inf. de eo per quem facta. l. vlt. in prin. Secundo casu, quando non est locupletior, aut loquimur de delicto commisso in non faciendo, vt de cõtumacia: tunc aut est iniunctum domino, aut ipsi procuratori. Si domino fit iniunctum, vel si procurator ab eo datus est contumax, in non faciendo, quod domino fuit iniunctum, nocet domino: quia imputandum est sibi, qui talem elegit, vt dictũ est. & sic intelligitur præallegat. l. 2. C. de erogat. mili. anno. Si procuratori fuit iniunctum, & non domino, tunc non nocet domino, sed ipsi procuratori tantùm, vt hîc, & argum. l. præallegat. cùm filius. §. in hac. & quod ibi nota. sed hæc distinctio videtur tolli per præallegat. cap. 1. extra, vt lit. non contest. in fi. Non loquitur disiunctiuè de contumacia, quia domini vel ipsius procuratoris, vt non intelligatur, quod loquitur de contumacia domini, quando solus fuit contumax, vel etiam, quando procurator vnà cum ipso domino fuit contumax. Si enim solus procurator fuisset contumax, non puniretur dominus, vt in hac l. Secundo casu, quando loquitur de delicto commisso in faciendo, refert: aut est delictum tale, quod nõ punitur per viam accusationis, sed per quandam reconuentionem: aut punitur per viam accusationis. Primo casu, loquitur sup. tit. proxi. l. si quis. §. si procurator. Secundo casu, aut pœna delicti est talis, quę non decenter in procuratorem potest cadere, sicut in dominum, tunc non tenetur dominus, sed ipse administrator, vt C. vnde vi. l. meminerint. & in fi. de re. iu. l. neq; & inf. ne vis fiat. ei qui in pos. mit. l. 1. §. hoc edicto non est. quare dominus non tenetur: quia non habet mandatum delinquendi, arg. inf. de cond. inde. l. si procurator, & inf. quæ in frau. cre. l. si pater. Aut est talis pœna, quæ non potest cadere in procuratorem, siue administratorem alterius, & tũc refert: aut administrator non est soluendo, & tunc non punitur dominus, vt infr. de eo per quem factum est. l. vlt. §. 1. aut est soluendo, ita quod non potest haberi re-

petat.oppo.ad intellectum.Bulga.de fine huius le. coniuncta l. qui restituere. infrà de rei vendicatio. Sed huic respondet gloss. vt ibi habetis. Iste intellectus Bulga. videtur habere rationem, quia l. dicit, quod bonus homo exterminat lites, vt infrà de alien. iu. mu. causa fact. l. item. §. non solùm. aliàs est sub. l. 3. Vnde si reus conuentus non vult litigare, & patiatur re abuti, non debet puniri: quia bonus homo, &c. Sed certè confiteor, quòd probi hominis est, lites extirpare: non tamen contemnendo iudicem. Sed vbi iudex contemnitur, quia non paretur ei, tunc punitur, vt hîc. & sic intellectus Bulga. non placet, cùm etiam ita est, quod qui non obtemperat, punitur, in his quæ sunt prima, sicut in his quæ sunt vltima. Tertio modo Ioan. volens ostendere, quod fuerit artista, dicit, quod extremum hîc comprehendit primum & vltimum, quantum ad modum in syllogismo, quod extremitas dicitur primus & vltimus terminus. Tertio alio, in medio coniuncto, vt in isto exemplo, omnis homo est animal: omne risibile est homo: Ergò omne risibile est animal. Istud quod in maiori propositione ponitur, & in coniunctione, vt est animal, maior extremitas est. Minor extremitas est risibile, & medius tantum est, qui in maiori subijcitur, & in minori prædicatur, id est, homo, vt dicit gloss. Sic est hîc, qui extremum non facit. ibi, primum in fin. non patiatur rem vendicari, sed vltimum, ibi: sed non patiatur rem adduci. Et quia exemplum Io. videtur difficile, posuit exemplum Odofr. tribus hominibus, qui sedent in vna bancha, vbi primus & vltimus erant extremi. Ad istum intellectum Io. oppo. quod sic ille non punitur, qui non obtemperat. In medio potest responderi per Ioan. quod vtrunque extremum protenditur, vsq; ad medium. Istud non placet: quia non possunt esse extremitates sine medio, nec litis contestatio potest actualiter dici medium, ex quo non habet duo extrema. Vel potest dici exemplum alio modo, secundum Azo. vt in gloss. Isti intellectus non placent eadem ratione. Dicendum est ergò secundum Iacob. de Ra. quòd extremitas hic accipitur, p primo, & sic dicamus, quod non fecit extremum, id est, primum: quia non venit in ius, nec videtur obtemperâsse. Sequitur exemplum, veluti si quis rem mobilem, &c. sed dari eam, &c. Totum istud est de primo, & illa quæ sequuntur primum, sunt media & vltima. ibi, cæterum, &c. vnde primò ponit exemplum de primo. Secundò ponit exemplum de medijs & vltimis simul. Iste intellectus est planus. Tertiò quærit, dicitur hîc, quod non obtemperans iudici, mulctari potest. Sed ad cuius arbitrium mulctabitur? Hîc sunt variæ opin. secundum quas variè intelligitur vltima pars huius l. Dicunt quidam, quod ex edicto duæ actiones dantur. Vna datur à Prætore mortuo, quæ competit parti parenti, contra partem non parentem. Altera datur à Prætore viuo, quæ competit fisco. Sed iste intellectus non videtur procedere. Nam hîc dicitur, q̃ hoc iudicium nõ datur ad interesse, sed quanti ea res est. Hoc autem est vera æstimatio rei, vt infrà de verb. signifi. l. hæc verba. Sed hoc videtur iniquum, vt si conuentus ad fundum, non compareat coram iudice semel vocatus, detur contra eum actio in factum ex hoc edicto, ad veram æstimationem fundi. Ad hoc respondetur, quod non datur actio parti, quanti res est, id est, quanti interest in tota causa. Sed quanti interest in illa die, illud est expensas & damna illius rei tradere. Et istud approbat gloss. Sed ad hoc oppo. quia si loquitur de actione, quæ datur parti pro suo interesse, non continet meram pœnam: imò continet interesse agentis. Sed litera dicit, quòd continet meram pœnam: Ergò non procedit. Respondet gloss. quòd verum est, quòd continet meram pœnam, scilicet, respectu rei soluentis. Isti est gloss. quæ destruit textum. Nam mera pœna est respectu vtriusq; partis, aliter non dicitur pœna, & ideò Azo in summa sua dicit, quòd hîc sunt duo iudicia: vnum quod competit parti, & istud datur ad interesse prædictum, & de hoc loquitur principium huius §. Alterum, quod competit fisco, & istud est quod continet meram pœnam: nec post annum in hæredem datur. Et hunc intellectum sequitur Roff. in libello suo super hoc titul. & Odofr. Sed certè iste intellectus nec superior, placet Iacob. de Rauen. nec Petr. sequendo, quia iste §. nõ loquitur de actione danda parti. imò solùm de mulcta fisco applicanda, & probatur: quia hîc dicit litera, hoc iudicium, in singulari: non dicit, hæc iudicia, & dicit quod meram pœnam, &c. vnde exponas literam sic: Hoc iudiciũ, id est, hæc actio. Non ad illud, quod interest datur: sed quanti ea res est, id est, ad tantam pœnam, quantam arbitrabitur iudex contemptus. Etiam satis manifestè colligitur hîc, quòd tãtùm in fisco loquitur, & ideò falsum dicit hîc Odofre. videlicet, quod per hoc edictum reus vel actor non veniens ad iudicium, etiam ante lit. contest. teneatur ad interesse, sed petentur expensæ, factæ aduersa parte contumace, ex hoc tit. quòd non est verum: quia sicut dixi, hîc non loquitur de actione danda parti venienti, sed petentur expensæ officio iudicis, vel condictione ex l. sancimus. C. de iudic. quæ condictio non durat post sententiam, vt dixi in d.l. sancimus. Quartò quæritur, quis erit iste fiscus, cui applicabitur ista pœna? Dixerunt quidam, quod est iudex contemptus, quod est falsum: imò fur aretur si accipe-
10 ret eam, cùm ius † fisci nemo potest habere nisi fiscus, vt C. de bon. va. l. 1. lib. 10. C. de mo mulct. l. mulctarum. Fiscus autem est camera imperij hodie. Olim erat camera vrbis Romæ. vt not. in Auth. de hæred. & fal. in principio. Vnde nec camera ciuitatis, nec alterius domini potest hoc habere secundum Iac. de Ra. Sed de consuetudine distincta sunt dominia hodie & iurisdictiones. Vnde secundum hoc domino iurisdictio applicabitur. Quintò quæritur, nos diximus, quod hæc mulcta datur fisco. Sed dubitatur quis petet ipsam mulctam? Dicunt quidam, quod ipsemet iudex constituet procur. qui petet & aget coram Præside. Sed his obst. quod procurator constituitur à domino. Ergò, &c. vt inf. de proc. l. 1. ideò dicunt alij, quod iudex dabit actorem, argu. Inst. de cur. rem. §. fin. Dicendum est, quod ipse iudex, qui mulctabit, exiget mulctam ab istis: quia procurator Reipubli. est, vt C. de officioso eius, cui mand. est iu. l. 1. &c. & non est opus alio petitore vel actore, quia istud est sibi notorium, & in notorijs proceditur sine accusatore, argu. C. de accus. l. ea quidem, & C. de testi. l. nullum. Tamen si iudex non exigeret, posset camera fisci, & eius, procurator petere, & agere ex hoc edicto, ad pœnam siue mulctam impositam. Hoc non approbat Iac. de Rauen. imò dicit, quòd actio ex hoc edicto datur ad mulctã siue pœnam imponendam arbitrio iudicis, & cùm est imposita, datur actio iudici, siue in factum ex re iudicata. Sed hoc non patitur litera huius l. ibi, sed quanti ea res est, prout expositio est ibi facta. Sed iudex ex officio suo fine libello imponit hanc pœnam, & exigit, vt sup. dixi. Potest tamen agi ad imponendam eam per fiscum, & fortè esset per priuatum, sicut aliter agitur in popularibus actioni. in quibus pœna publica publicatur, vt no. inf. de popul. act. super Rubrica. Sextò quæritur, pro qua contumacia imponatur hęc mulcta? Dicunt quidam, q̃ pro illa contumacia, quæ tribus edictis contemptis contrahitur, vt inf. de re iudi. l. contumacia. §. contumax. Sed hoc verum est, quantum ad ea quæ sunt magni præiudicij, vt excommunicari possit, & in possess. missio fieri. Verum quantum ad ea, quæ sunt parui præiudicij, videlicet vt mulctari possit, sufficit, quod quis semel sit citatus, & quod semel sit contumax. Et sic intelligitur hæc l. in fin. Septimò quæritur, nunquid iudex habeat necesse imponere hanc mulctam? Videtur quod non, quia hîc dicit, quod omnibus magistratibus concessit. Sed concessum, est verbum facultatis, vt supr. de offic. præs. l. sæpè. Item, ista mulcta imponenda est arbitrio iudicis: Ergò, vt hîc dicitur, &c. Econtra quod sic, quia hîc dicitur, quod ex hoc edicto datur actio. Ergò sequitur, quod est necessitatis, vt in stit. de obliga. in princip. Prætereà, postquam l. iubet contumacem mulctari, iudex non debet esse clementior lege, vt in Authen. de iudic. §. oportet. imò minus, quia si ipse mulctat, tenetur ad inter-

ad interesse, vt in Authen. de quæsto. §. si hæc, colſ. 6. Ergò expeditũ est, quod iudex habet hoc facere. & ista est
16 † modis imponatur mulcta? Respondeo multifariam. veritas. Non ob. litera, quæ dicit, concessum. quia concessum est necessar. o, ita quod oportet sic fieri, sicut & alia verba exponuntur, vt ff. de officio proconſ. l. 3. & C. Nam quando q̃ imponitur per modum pœnæ pecuniariæ, vt hîc. Item quando q̃ per modum coertionis corporalis, vt sup. de iur. om. iu. l. magistrat. & C. de spor. l. 2. Itẽ per modũ retentionis personæ, vt ad l. Iul. pe. l. sacrilegij. §. vlt. Itẽ per modũ captionis pigno. vt eo. §. vlt. & Insti. de satisda. tu. & cu. §. 1. & 2. Itẽ quando q̃ per manũ militarem auferentẽ rem, vt inf. de rei ven. l. qui restituere. Item per modũ denegandi iurisdict. vt infr. ex qui. cau. ma. l. sed & si. §. cum decreto. Decimotertiò quæ-
17 ritur, † nunquid pro delicto futuro possit mulctare iudex? Respondeo, aut iudex imponit mulctam, faciendo statutum vel edictum, & tunc potest pro futuro delicto, vt C. de modo mulct. l. eos, & extrà, de constit. cap. animarum. §. statuto. l. b. 6. Aut imponit mulctam faciendo sententiam vel præceptum, & tunc videtur quod non possit, vt de sen. excommu. cap. Romana. §. cauе-
18 ant. li. 6. Vbi videtur, quod † pro futuro delicto non potest excommunicationis sententia ferri. quod verũ est simpliciter. verbi gratia: Si iudex dicat, excommunico te, si furtum feceris. Sed si feratur in genere, & causa propter quã promulgatur, in ipsa sententia exponatur, potest. verbi gratia: Si dicat sic, excõmunicamus in nostra dioecesi, omnes qui furtũ cõmittant incorrigibiliter, nec alia, p̃sunt remedia. ideò excõmunicamus quãtumcunq; deinceps furtũ cõmittentem, vt d. §. statuto. Deiure aũt ciuili, vtrũ pro delicto futuro possit iudex mulct. imponere? Veluti sic, p̃cipio tibi sub pœna 100. librarũ, q̃ non cõmittas tale quid, &c. Non cauetur expressè, est tamen ar. q̃ possit, C. in qui. cau. in inte. resti. l. vlt. & potest ad hoc induci. inf. de ven. in spi. l. 1. §. Quid ergò, si non respondit? Præterea si speciale esset in sententia excommu. contrariũ esset ius cõmune. ar. inf. ad
19 l. Muni. l. 1. in fi. Vltimò posset quæri circa hoc, si † iudex aliquid p̃cipiat, vel statuit sub pœna, nunquid possint excusari ignorantes? Videtur q̃d non, quia publicè factum, fit præceptũ, vt inf. de requi. re. l. annus. & l. 1. §. iudices. & q̃d ibi not. Econtra videt q̃d sic, inf. de decre. ab ord. fa. l. vlti. C. de iusti. C. de confir. l. 1. & pro hoc, quia olim ll. ponebãtur, p̃ rostris, id est, corã oculis hominũ, vt sup. de origi. iur. l. 2. §. 3. Ad hoc. inf. de his qui no. infa. l. genero, & C. de tabul. l. generali. & extrà qui. ma. accu. posi. cap. cũ in tua. & hoc tenet Roff. in isto. ti. circa prin. §. item quæritur. & idẽ scripsit Franc. in d. §. vlt. & idem tenet inn. Papa, extrà de consti. cap. cognoscentes. Hic fit finis explanationis materiæ huius legis.

RVBRICA V.

Si quis in ius vocatus non ierit, &c.

SVMMARIA.

1 *Factum non videtur, quod non est legitimè factum.*
2 *Priuilegio fori potest quis renunciare.*
3 *Renunciatio generalis an sufficiat?*
4 *Pacto potest quis conueniri coram non suo iudice.*
5 *Iudicem non suum an possit quis per pactum facere iudicem suum?*
6 *Fideiussorem idoneũ qui dedit, an teneatur iteratò cauere?*
7 *Ius publicum pactis priuatorum remitti non potest.*
8 *Fideiussor minus idoneus facultatibus vbi datur, obligatur ciuiliter & naturaliter.*
9 *Contractus ratione efficitur quis de foro alterius.*
10 *Aduena qui statim recessurus est, qualiter conueniri possit?*
11 *Fideiussor an sortiatur forum in loco contractus?*
12 *Priuilegio renunciare an possit clericus?*
13 *Fideiussor non suppositus iurisdictioni tenetur, si priuilegio suo renuntiet.*
Et quid in mercatoribus, habentibus proprium iudicem? & quid in legato siue ambasiatore Reipub. & similiter quid in milite?
14 *Clericus an possit se obligare iurisdictioni alterius iudicis siue consensu sui Episcopi.*

15 *Papa vbiq; est iudex ordinarius clericorum, sicut Imperator laicorum.*

16 *Rescriptum non debet extendi ad alias personas, quam ad ibi contentas.*

17 *Specialiter fieri dicitur id, quòd ex generalitate verborum extrahitur.*

18 *Generale tantùm valet, quò ad omnia, quantum speciale quò ad speciem.*

19 *Fideiussor renuncians priuilegijs suis, an debeat renunciare generaliter vel specialiter? & an debeat renunciare præsentibus & futuris, vel præsentibus tantùm?*

20 *Eligendi potestas si data est Titio, vt eligat Seium in Potestatem, vel præpositum, si electio non valet, vel electus se excusat, an poterit iterato eligere?*

21 *Factum non legitimè pro non facto habetur.*

22 *Elegisse non videtur quis, quando electio non durauit.*

23 *Conditio legati impleta videtur contracto matrimonio.*

24 *Eligendi ius si alicui committatur, si seipsum eligat, quid iuris?*

25 *Commissum si sit aliquid alicui, quod sibi non competit iure suo, non transmittit in heredem.*

RVbrica ista continuatur ad præcedentia hoc modo. Dictum est sup. tit. proxi. de in ius voc. Vnde quia vocati in ius quandoq; non veniunt, & ideò puniendi sunt. Videndum si quis in ius vo. non ie. quid iuris sit? Sed & quia plures vocantur, qui ex edicto vocari non debent: & qui non debent puniri, nunc videndū est, si quis eū vocauerit, &c. & ista Rubrica habet duas partes.

SI QVIS IN IVS VOCATVS. In l. ista sic procedit iurisco. Primò, ponit dictum in genere. Secundò, excipit. Casus ponitur duobus modis, Vno modo secundum Præla. & tunc exponitur litera, dedit, id est, dare voluit. & litera pro non dato, id est, pro non obligato. Sed iste intellectus, licet verus sit in se, nō placet glo. & meritò: quia iurisconsi. sciuisset, si hoc voluisset, ꝓprièloqui. Pone ergò casum, scilicet, in fideiussore iam dato, vt litera tota sonat, & in terminis pone, vt in sequentibus apparebit. No. primò, † ꝙ non videtur factū, ꝙ non est legitimè factū. Cōcor. inf. qui satisd. cog. l. quoties. & inf. de re iu. l. sed si se nō obtulerit. §. condemnatū. Secùdò no. 2 ꝙ qui habet priuilegiū † fori, potest illi renunciare de iure nostro, vt C. de pact. l. si quis in conscribendo. Tertiò no. secundum gl. † & hoc tenet etiā Odof. ꝙ non sufficit generalis renūciatio, imò requiritur specialis. Concordat si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. Sed istud notabile nō procedit, secundum Pe. vt inf. videbimus. Ad l. istam op. tribus modis. Primò opp. Sic dicitur in l. ista, ꝙ si detur fideiussor, nō supponitur iurisdict. illius ad quē vocatur, pro non dato habet, vbi suo priuilegio 4 † renunciauit: & sic supponit, ꝙ per pactum potest quis conueniri corā nō suo iudice. Vnde est contra. sup. de iurisd. om. iu. l. si cōuenerit. Solu. dicit gl. ꝙ per pactū quis 5 † non potest facere iudicē suū, qui nō est, vt ibi. Sed benè potest facere iudicē, qui habet declarare, cū sit iudex declarabilis, vt hic, & C. de pac. l. si quis in cōscribendo. Secūdò oppo. hîc dicitur, qui dedit † fideiussorē minus 6 idoneū, iteratò tenetur cauere. Sed contra. inf. de fideiuss. l. 3. Sol. cum fideiuss. datur nō idoneus, & petitur vt iterū caueatur, nunquid fieri debeat? Distinguo, aut idoneitas consistit in fideiuss. quò ad oblig. suscipiendā: vel quò ad facultatē conueniendi, & istis casibus nō est impleta, ꝓmissio vel obligatio satisdat. vt d. l. in princ. & hîc. aut idoneitas nō cōsistit in fideiuss. quantū ad facultates. & tunc videtur satisfactum satisda. vt d. l. 3. §. planè. Ita sol. glo. quæ est hîc. Sed ista sol. non placet quibusdam moder. quia non potest, secundū eos, reddere rationē diuersitatis, cur tā variè statuatur. & ideò dicūt non referre, qualiter idoneitas in fideiuss. nō consistit. Sed refert, an ille qui accepit fideiuss. idoneū, accepit eum scienter, aut ignoranter. Primo casu intelligitur satisfactum. Secundo non, sed iterū cauendum est. Et ita intelligunt hęc iura. Ista sol. non videtur habere faciem æquitatis: quia lex nō dicit, ꝙ ignorauerit eum non subiectum. & ideò non videtur ꝓcedere, ar. infr. de publi. l. de pretio. & de le. præ. contra tab. l. 1. §. generaliter. Præterea à prædicta l. 3. videtur loqui in eo, qui accedit scienter, propter rationē quę ibi redditur in fi. licet gl. quę est ibi, subaudiat maximè, & malè subaudiat, vt patet inf. de iure dot. l. ꝓmittendo. §. si à debitore, in fi. à contrario sensu. Modò & circa hoc melius glo. est. inf. man. l. inter causas. §. abesse. Videtur ergò dicendū, ꝙ aut idoneitas non reperitur in fideiuss. quò ad facultates, aut non reperitur quò ad oblig. suscipiendā, vel conuenien di facultatē. Primo casu, aut quis scienter accepit talem fideiuss. & tunc quia videtur eum approbare, nō est iterum satisdandum, vt d. l. 3. in fi. & d. l. promittendo. §. si à debitore: aut accepit ignoranter, & tunc siue ignorantia facti, siue iuris accepit, non est satisfactum satisd. & ideò iterū potest peti, vt d. §. si à debitore, in fi. à contrario sensu, licet contrariū sit in d. l. 3. §. si. in gl. vl. & malè, ꝙ probatur sic: Ignorantia facti & iuris pariter toleratur, vbi de dam. vitan. agitur, & inf. de iur. & facti igno. l. ignorantia. & in l. 1. Sed in casu ꝓmisso cōstat, tolerari ignoran. facti, vt dicto §. si à debitore. Ergò, &c. Secundo casu, etiam distinguit inter ignoran. facti & scientiam, sicut in præcedenti: quia nō est ratio diuersitatis. ergò, &c. vt l. adigere. §. quamuis. de iure pa. Sed certè in d. l. 3. videtur loqui de sciēte, vt patet ibi in fi. Præterea l. non distinguit, vt dictū est sup. Ergò indistinctè dicendū est, ꝙ vbi fideiuss. non est idoneus ad facultatem conueniendi, vel obligationis capax, iterū fit cauendū. Ratio diuersitatis potest assignari talis, ꝙ fideiuss. datur, qui nec obligari nec conueniri potest, & ibi ius offenditur. Prętereà & cōmoditas partis. Ius autem tolli † nec remitti 7 potest pactis priuatorū, vt infr. de pact. l. ius publi. Sed vbi datur minus idoneus, respectu facultatum, non repugnat ius vel offenditur, sed solùm cōmoditas partis, quàm suo pact. potest remittere, vt inf. de pact. l. pacisci. secundum quosdā. Vel dicendum, ꝙ † vbi fideiuss. 8 datur minus idoneus facultatibus, obligatur ciuiliter & naturaliter: & est spes ꝙ aliquando fiat soluendo, arg. inf. de vaca. mu. l. his oneribus. & authoritatis, & arg. C. arbi. iu. l. si defunctus. Et vbi datur fideiuss. qui nec obligari, nec conueniri potest: quia tunc nō est obligatus, nec est spes ꝙ renunciare velit priuilegio suo, ideò pro nō dato habetur, maximè cùm de iudi. sisti satisdādum est, ne sic iudici interesset, ar. inf. de iudi. l. cùm prætor. 9 §. Marcellus. Tertiò op. hîc dicitur, ꝙ † si fideiussor non subiectus datur, non videtur cautū esse, nisi priuilegio suo renunciet. Sed contra hoc obijcitur sic. Certum est, ꝙ ratione contractus efficitur quis de foro alterius iudicis, vt inf. de iudi. l. hæres absens, & l. omnem. Ergò si fideiuss. contraxit, iste fideiuss. ratione cōtractus est subpositus iurisdict. iudicis, & sine aliqua renunciatione tenetur, vt infr. de iudi. l. cum furiosus. §. vlt. & infr. de fideiusso. l. si vt, ꝓponitur, & sic malè dicit litera huius l. quæ dicit, ꝙ habetur talis fideiussor pro nō dato, nisi, &c. Sol. dicūt quidam, ꝙ habetur pro non dato, quantum ad proficuum dantis, vt hîc. Sed benè habetur pro dato, quantū ad iurisdi. iudi. vt in l. contraria. Ista solu. nulla est, quia si reputatur iurisdictioni iudicātis, tunc iudex illū coercere potest. & sic ista sol. nō procedit. Alij dicunt, ꝙ licet fideiubēdo videatur contrahere, tamen 10 non cōuenienter fideiubet, † qui statim est recessurus, vt dicta l. hæres. §. si quis, & §. proinde. Cæteri dicunt, ꝙ 11 ratione contractus ibi fortitur forum talis † fideiussor. Verū est, si ibi inueniatur: aliàs si non reperiatur ibi, secus est, nisi renunciauerit priuilegio suo: tunc enim, scilicet, quando renunciat, hoc plus est, vt si ibi non reperiatur, tūc sit remittēdus, sicut in delictis, vt patet in Authen. vt nulli iudi. §. si verò quis, comprehensorū. col. 9. & hoc videtur accedendo glo. hic tenere. Aduertatis in hoc, quia gl. quæ est hîc, videtur supponere, ꝙ in cōtractibus simpliciter non est quis remittēdus ad loca contractus, & hoc idē attentare voluit, in d. l. hæres absens, licet Io. & Azo dixerint, in contractibus quē fore remittendum ad locum contractus. & hoc tenet indistinctè

Odoff. hic, vt ibi. & propterea Pe. non approbat istā solut. Sed certè ista solut. alio morbo vitiatur quàm isto. Nam dico sequendo Pe. & quosdam alios moder. quod in contractibus non est facienda remissio ad locū contractus, quia absit hoc à seculo, vt plenè determinaui. C. vbi de cri. agi oportet. Auth. qua in prouincia, & alibi dicam. Sed ista nō ꝓcedit vera, quia hîc supponitur, quòd fideiusio valet, si renunciet priuilegio, cùm renunciando remanet in iure communi: Sed tunc quilibet extraneus fideiubendo simpliciter esset persona idonea, & posset ibi conueniri, ratione contractus. Quare to modo lo. sol. & melius, dicens, ꝙ ratione contractus verum est, quod hîc sequitur forum ibi, vbi fideiubet. Sed tamen propter ea non efficitur de iurisdict. illius iudicis, nisi renunciet priuilegio: quia aliud est fortiri forum, aliud fortiri iudicium. Forum enim fortitur si contrahat, vt in dictis ll. Sed potest esse, quòd non fortitur iudicium illius iudicis, ad quem vocatur reus. Ista solut. est vera, quam gloss. simpliciter ponit, in dicta l. 16 cùm furiosus. §. vlti. licet hic non stet in ea. Vnde debet exponi litera, nisi renunciet priuilegio, scilicet iudicis. Expeditissimus de contrarijs, Veniamus ad quæstiones. Primò pro declaratione huius l. quæritur, quod sit competens exemplum in hac l. Quidam dicunt, quòd competens exemplum est in clerico, ver. gra. Titius 17 actor litigat in curia præsidis. Reus inducit quendam clericum fideiuss. de iudicio sisti. Certè non est idoneus talis, nisi priuilegio suo renunciet: quia fideiubendo scilicet, fortiatur forum, ratione contractus, non fortitur iudicium præsidis, sed Episcopi sui, vt C. de Episcopis & cleric. is Authen. cleri. & Authen. statuimus. Istud non est verum exemplum: quia tempore huius l. clericus erat de iurisdi. præsidis. & ideò nihil peccauit antiquitas, &c. vt. l. iubemus. C. de testamentis. Prætereà etiam habendo respectum ad iura nouissima, non procedit 12 hoc exemplum: quia † clericus non potest renunciare priuilegio suo, dicta Authentic. statuimus. & extra, de foro compe. cap. si diligenti. & ista l. dicit, quod fideiuss. 13 † non suppositus iurisdict. tenetur, si renunciat priuilegio suo. Ergò istud exemplum non potest poni in clerico. Alij ponunt exemplum in mercatore, qui habet iudicem præsidem, & magistratum sui artificij, vt consulem vel officialem mercantiæ, vt est Florentiæ, & in multis alijs locis. Vnde si talis mercator datur fideiuss. non valet satisdatio, nisi renunciet priuilegio suo, vt C. de iurisd. om. iudi. l. vltima. Istud exemplum etiam non procedit, quia isti mercatores habent proprium iudicem. Verum est, in his quę ad professionem respiciunt, vt si sunt pelliperij, de pellibus. Si sunt mercatores serici panni, & sic de similibus. Sed iubere pro alio de iudicio sisti, non spectat ad professionem: Ergò, &c. vt dicta l. vltima. Cęteri ponunt exemplum in legato, siue in ambasiatore Reipub. vt inf. de iud. l. 3. §. legatis. Istud exemplum etiam non procedit: quia de contractibus initis tempore legationis, non habet priuilegium legatus. Sed nos dicemus, quòd in fideiubendo cōtrahitur, &c. Casus est in dicta l. cùm furiosus. §. vlt. inf. de iudic. Tu ergò pones exemplum in milite, qui habet duplicem iudicem, videlicet, præsidem & magistratum, vt C. de iurisdi. om. iudic. l. magisteriæ. Vnde si talis miles daretur fideiuss. haberetur pro non dato, nisi renunciet priuilegio suo, & idem in scholari, vt sup. in prœmio huius libri, & C. ne fil. pro pat. Authen. habita. Secundò 14 † quæro: quidam delegatus à summo nostro pontifice cognoscit in ciuitate ista. Reus inducit clericum ad fideiubendum, nunquid est idoneus fideiussor? Videtur quod sic, quia fideiubendo contrahit, vt inf. de iudicijs. l. cùm furiosus. §. vlti. & contrahendo fortitur forum, & iudicium: de iure communi, vt inf. de iudi. l. omnem. Econtrà videtur quòd non, quia clericus, sine consensu sui Episcopi, non potest se obligare iurisdict. alterius iudicis, vt extrà, de foro compe. cap. si diligenti. Prætereà iure canonico non potest fieri prorogatio, de persona ad personam, vt extrà, de offi. delega. cap. P. & G. Ergò non potest iurisdict. istius delegati prorogari ad personam istius clerici: & sic contrahendo, licet prorogauerit forum in ciuitate ista, non tamen iudicium, sicut diximus, sup. quando clericus fideiubebat coram præside. Quid dicemus in hac quæstione. Certè dico secundum Pe. quod clericus in casu isto fortitur forum & iu- 15 dicium iudicis delegati, & hoc probatur. quia † dominus Papa est iudex ordinar. cleri. in omni iurisdict. sicut Imperator laicorum, vt in Authen. de man. prin. §. statuti. Ergò, sicut Papa est iudex ordinarius, sic ille cui cōmissit, est iudex. & iudicium eius fortitur taliter fideiubēdo. Non ob. cap. alle. si diligenti, ꝙ clericus non potest consentire in alium iudicē. Verūm est directè, sed per quandam contumaciam in contrahendo vel delinquendo. Tunc enim per consequens efficitur de iurisdict. iudi. in cuius territorio contrahit vel delinquit. Sic alle. quę dam prohibentur directò, quæ conceduntur per quandam consequentiā, vt inf. de do. inter vi. & vxo. l. si sponsus. §. si donat. causa. Authen. præal. Item non ob. prędi- 16 ctum cap. P. & G. quia † rescriptū non debet extendi ad alias personas, præterq; ibi contentas. Verū est per viam principalis prorogationis, sed per viam accessionis potest, sicut in casu nostrę quęstionis. Nā cum aliquid alicui cōceditur, videntur esse cōcessa, sine quib. illud non potest esse, vt sup. de iurisdi. om. iudi. l. 2. Tertiò quæro, 17 hic dicitur, quod † fideiuss. non suppositus iurisdict. iudicis, debet renūciare suo priuilegio. Sed nunquid sufficit, si renunciet generaliter? Videtur quod non: quia litera dicit, specialiter. Sed illud dicitur specialiter fieri, ꝙ à generalitate verborū extrahitur, vt inf. de procur. l. Pomponius, & l. licet. & inf. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. & hoc tenet hic gl. & Odo. in lectura. Econtrà videtur quod sufficiat generalis renunciatio, & hoc dicit lex in simili casu, in Auth. de hære. & fal. §. pen. colla. 18 1. Prætereà tantū valet generale, † quò ad omnia, quantum speciale quò ad specialem, vt infr. de admi. tut. l. si duo. & C. de præscrip. 30. anno. l. omnes. & hoc tenet Pe. quod credo verum. Non ob. secundum eum. §. quæsitū. quia refert, aut fit renunciatio de incertis, & desperatis, vt de casibus fortuitis: & tunc valet talis renunciatio, vt ibi: aut fit renunciatio de his quæ sunt certa, vt est in casu nostro, quando miles renūciat priuilegijs suis, seu iurisdict. alterius iudicis supponendo: & tunc valet, vt dictis ll. Item non ob. litera huius l. quia debet exponi special. ter, id est, expressè. Sic C. de neg. gest. l. negotiū, & sic exponendo non ob. l. Pompo. cum si. Quartò quęritur, dixi modò quod sufficit, si fideiussor generaliter 19 † renunciet. Sed nunquid renūciare debet præsentibus & futuris, vel sufficit quòd præsentibus tantùm? Videtur quod omnibus, etiam futuris sit renunciandum, arg. infr. de seruit. vr. præ. l. si seruitus, & ar. inf. de lib. & posth. l. placet. Econtra videtur ꝙ non: quia hic dicit, ꝙ debet renunciare priuilegio suo. Ergò de præsentibus intelligendum est, vt inf. de aur. & arg. le. l. si ita. Et istud est verum. Nam non debet quis ita astringi, quod non possit emolumentum impetrare: Veruntamen cùm superuenit postea priuilegium, debet iterum renunciare, vel cauere, vt inf. qui satisf. co. l. si ab arbitrijs. §. fin. Quintò & vltimò inducitur hæc l. in argu. ad quæstionem de 20 facto. Ecce cōcessa est † potestas alicui: puta Titio, quod eligat quendam in Potestatem, vel in præpositum, quæ electio non tenet, vel electus se excusat: nunquid iteratò poterit eligere? Hæc l. & l. quoties, qui satisf. cog. arguunt quod sic: quia quòd nō legitimè factum est, † pro 21 non facto habetur. Ergò, &c. & ad hoc facit. inf. de re iu. l. si se non obtulerit. §. condemnat. Prætereà non videtur eum in præfectum elegisse, & verba cum effectu, &c. 22 Item elegisse † non videtur, si electio non duraverit, vt inf. de in rem ver. l. si pro patre. §. versum. Ad idē facit optimè. inf. ad Tertul. l. 2. §. non solùm. verbi gratia. Sicut petitio facti non facit cōmitti stipul. vt inf. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. 2. & §. hi. Ita nec electionem consumat. Ad idem C. si manci. ita fuerit alie. l. eo quidem. 23 Prætereà contracto † matrimonio de facto, non videtur impleta conditio legati, vt infrà quando di. lece. l. quod puellæ. Ergò non videtur consumpta electio.

ctio. Econtrà videtur q̃ non, quia siue benè, siue malè functus est officio suo: Ergò, &c. vt inf. de re. iudi. l. iudex. & l. cum quærebatur. Itē sufficit semel, & si non durauerit, vt inf. quod me. cau. l. videamus. Itē conditioni semel expletæ, amplius parere non potest, vt inf. de ma. te l. si ita. §. 1. Prætereà de prima electione videtur actū, vt inf. de iur. do. l. dotis promissio. & de ver. sig. l. boues. §. hoc sermone. Item ius eligendi, prima electione videtur consumptū, vt inf. de tribu. l. quod in hæredē. §. eligere, cum. §. Quid dicemus? Ista quæstio antiqua est, & habet tot sententias, quot capita, in qua scribit Magister Ber. q̃ amplius eligere non possit, vt no. per eum, extrà, de electio. cap. cùm quæ inter monial'. in gl. vltima. Rof. verò ponit hanc quæstionem, & est prima quæstio in quæstionibus suis, vbi determinat, q̃d si ille cui
24 † fuit cōmissa electio, seipsum eligat, & repellatur: aliàs non per l. quæ omnia. infr. de procur. Ia. Bald. de Bon. in hac quæstio. distinguit, aut electio tenuit ipso iure sic, aut non. Primo casu, nō potest iterum eligere, secundo sic, ar. inf. de op. le. l. ego. & l. quoties, & l. apud. eo. tit. C. quomodo & quando iu. l. si præses. & de accu. l. 4. & hanc opinio. sequutus est Roff. hîc in lectura sua, & Dy. de Mu. præceptor meus idem scripsit infr. de le. 1. l. secundùm elect. in prin. Sed ista solu. non placet Pet. quia in casu nostræ quæstionis cōmissum fuit nudum misterium eligendi, sed cum nudum factū alicui cōmittitur, sufficit, si semel de facto illud expleuerit, vt inf. de condi. & dem. l. Mæuius. & sic de facto explendo functus est officio sibi commisso: & ideò non potest iterum eligere, ar. prælleg. l. iudex, cum si. Non obst. d. l. quoties. & dicta l. apud de op. le. quia ibi cōpetebat ius eligendi legatario iure suo, & ideò si non tenet electio, iterū potest eligere. Simile est, q̃ dicimus in iure transferēdi, vt
25 si † aliquid alicui fit cōmissum, q̃ sibi non competit iure suo, ideò non transmittit in hæredē, vt inf. de ver. ob. l. si quis arbitratu. Si non cōpetat iure suo, tunc transmittit in fideiuss. vt inf. de ver. ob. l. si stipulatus fuerim illud, de op. le. l. illud. à simili ergò, sicut dicimus in trāsmissione, si erit in electione vni faciendа: & ideò prædictorum opinio non procedit (sālua Reuerentia præceptoris mei.) Alij dicunt, q̃ aut non tenet electio: quia peccatum est in forma eligendi: aut quia peccatum est in materia. Si peccatum est in forma, verbi gratia: quia data fuit potestas eligendi aliquem de gremio Ecclesiæ. vel de tali ciuitate, tunc si nō seruauerit formā, iterum potest eligere. Si peccauit in materia, secus, à simili, sicut in arbitro dicitur, qui si arbitratus fuit de pluribus controuersijs, de vna pronunciando quid in forma pecunię, vt quia in forma arbitri actū fuit, vt de omnibus pronunciaret, de vna pronunciando, non tenet: & iterum potest pronunciare. Si non fuit hoc in forma, sed in materia, tū nō potest iterū pronunciare. vt inf. de arbi. l. qd tamē. Istorū sententia magis appōpinquat veritati, tamen est defectiua. Tu ergò dicas, aut iste cui fuit cōcessa potestas eligendi, non seruauit formam sibi datam: & tunc potest iterum eligere: quia tunc non dicitur vsus causa illa, vt dicta l. quid tamen, primo respon. Si non seruauit, tunc refert: aut competebat sibi electio iure suo: aut nō iure suo, sed habebat facultatē quandam ex iure alieno. Si competebat sibi electio iure suo: tunc iterum potest eligere, vt inf. de ope. li. l. quoties. Si cōpetebat iure alieno, ex facultate sibi concessa. tunc licet non teneat electio, iterum non potest eligere: quia nudum factum est sibi commissum, & sufficit, si de facto illud impleat, vt dicta l. Mæuius, & dicta l. iudex. & sic debet intelligi gl. Magistri Ber. posita in prælł. cap. causam q̃. & hoc idem scripsi, C. de contrahen. emp. l. vlti. in lectu. vbi (si habes) videre poteris.

5 Iudex competens in sua causa nemo esse potest.
6 Causa propria alicuius quæ dicatur?
7 Causa an sit potius dicenda partis existentis, quam ipsius iudicis?
8 Debet, verbum, importat necessitatem.
9 Citatus tenetur comparere, vt sciatur, an sit de iurisdictione vocantis, sed vsq; ad quod tempus potest excipere?
10 Citatus an possit proponere exceptionem ante litis contestationem?
11 Citatus si comparuit coram iudice, & excepit, eum non esse iudicē, si iudex cognouit, nunquid possit pronunciare.
12 Et vtrum à tali iudice qui cognouit, vtrum habeat iurisdictionem, & pronunciaut, possit appellari?
13 Et vtrum talis iudex possit suam pronunciationē reuocare?
14 Delegatus ostendere debet literas iurisdictionis sibi cōmisse.
15 Et quid si iudex delegatus vocat reum qui non venit, an poterit mulctare ipsum?
16 Iudex de cuius iurisdictione est præsumptio si citat exemptum, & ipse non comparet, vtrum poterit ipsum condemnare ad expensas parti aduersę?
17 Iurisdictio in qua iudex cognoscit de seipso, an iurisdictionem habeat, prorogari non potest.
18 Citans aliquem ad diem feriatam, debet in citatorio diem feriatam exprimere, & causam, super qua citat aliquem tali die.
19 De exceptione fori ante omnem processum cognosci debet.
20 Acta inter easdem personas ad vnum finem tendentia, non faciunt fidem in aliquo negotio ad alium finem.
21 Acta in causa ciuili, an faciant fidem in causa criminali?

EX QVACVNQVE CAVSA. Inl. ista vsq; ad §. si quis. procedit iurisconsul. hoc modo. Primò dicit, quod ex quacunq; causa vocatus ad iudiciū, ire tenetur. Secundò dicit, ad quid ire tenetur? q̃ tenetur ire, vt sciatur, an sit vocatus de iurisdict. vocantis. hoc dicit. Casus ponitur. Ecce Prætor vocat aliquē exemptum ad iudiciū, de quo est dubium, an sit de iurisdict. sua, nunquid tenetur ire & comparere? Certè sic, ad hoc vt sciatur, an sit de iurisdict. vocantis. No. primò
1 ex l. ista, q̃ † vocatus debet venire ad iudiciū ex quacunque causa vocetur. Concor. inf. de iudi. l. si quis ex aliena. & inf. quis or. in bono. pos. ser. l. 2. §. si præses. & C. de
2 Episco. & cle. l. iubemus. Secundò not. † q̃ ratione dubij conceditur, q̃ alias non concederetur, vt hîc, & d. l. si quis ex aliena. infr. ad Municip. l. de iure. Expediti sumus de literalibus: veniamus secundo loco ad oppositiones. Tertiò & vltimò ad quæstiones, vt materia ista examinetur. Primò oppo. dicitur hîc, q̃ ex quacūq; causa quis vocatus ad iudicium ire debet. Sed contrà. infr. de arbit. l. si cùm dies. §. si arbiter. Solut. ibi vocabatur
3 † ad locum inhonestū, & ideò non tenetur venire, sicut nec die feriato, vt inf. §. proxi. in fine. Hoc intelligitur, quando iudex vocat in loco idoneo. Secundò opponitur. Dicitur hîc, q̃ non subiectus vocatus tenetur parere. Sed contrà: quia extra territorium ius dicenti, &c. & sic oppo. de iurisdict. om. iudic. l. vlti. Solut. ibi erat certum, q̃ non erat de iurisdict. vocantis. Hic erat dubium, vnde ad plenioré solu. distingue: aut est certū quod non est, aut dubium. Primo casu potes subdistinguere: aut vocatur de iuridico, & loco honesto: tunc venire tenetur, aliàs mulctabitur, vt in §. qui sequitur, in prin. & supra si quis ius dicen. non obtem. in prin. aut vocatur die feriato, aut loco inhonesto: & tunc venire non tenetur impunè, vt in fi. huius l. & inf. de arbit. l. si cùm dies. §. si arbiter. Secundo casu, non tenetur venire, vt d. l. vlti. Tertio casu venire debet, vt hîc, & inf. de iudi. l. si quis. ex aliena. Et sic hæc l. loquitur in casu dubij. Alij subdistinguunt, & in secundo membro, quando est certum,
4 q̃ vocatus est exemptus hoc † modo: aut certū est, quod est exemptus ipso iure, aut per exceptionē. Si ipso iure, planum est, q̃ non tenetur venire, vt d. l. vlti. sup. si per exceptionē, subdistinguūt: aut est notoriū, quod habet exceptionē, aut non. Si est notoriū, vt est in viduis, vel pupillis,

pupillis, vel in eo qui vocatur hodie vltra dietā: & hoc est notorium ex distantia locorum, tunc non debet ire, arg. infr. de acti. emp. l. emptorem, in princip. & extrà, de app. cap. si duobus. Si autem non est notorium, tunc comparere debet vocatus, vt extrà, de rescri. cap. nonnulli. & extrà, de except. cap. olim. & istud consuetudo approbat, vt dixi. Sed hæc subdiuisio non procedit de iure: quia vbi per exceptionē eximitur, debet vocatus in iudicium venire, & suam exceptionem proponere. Quid si iudex non admittit? Potest appellare, vt patet infr. de excu. tut. l. scire. §. pe. & quando ap. sit. l. 1. §. 1. & C. de incol. l. ciues, lib. 10. Prætereà iudex non debet supplere de facto, Ergò, &c. Melius est ergò, vt dicamus: aut certum est, aut dubium. Vbi est certum, aut certum est, non esse de iurisdictio. sua: & tunc planum est. Aut certum est, quòd vocatus est de iurisdict. vocantis, vel est dubium. Nam isti duo casus iudicantur vt pares, quantum ad hoc: & tunc tenetur vocatus venire, & nisi venerit, mulctabitur, nisi vocatus munitus sit, vel ratione loci, vt in §. si arbiter. Vel ratione temporis, vt infr. ea. l. §. fi. vel ratione officij, vt sup. de in ius voc. l. 2. Tertiò
5 op. dicitur hic quòd vocatus † venire debet, vt sciatur, an sit de iurisdictio. vocantis, vel non. Sed contra hoc, quia nemo est iudex competens in causa sua. & sic opp. C. ne quis in causa sua, in rubro & nigro. Sol. dicit glos.
6 quod licet cognoscat, vtrum ipse sit iudex: non tamen dicitur causa propria: † Propria enim causa dicitur alicuius, cùm ad eum pertinet damnum & commodum, vt infr. quando ap. sit. l. 1. §. in propria. Sed commodum hîc non pertinet ad iudicem. Ergò, &c. Sed contra istam sol. instatur, quòd imò tangit ipsum iudicem, respectu proprij commodi, respectu sportularum quas recipit, vt in Authen. de iudic. §. ne autem. coll. 6. vbi de ordinario iudice loquitur, vt ibi not. & patet in tex. & glo. dicit, quod respectu huius commodi, causa dicitur sua: & sic non potest cognoscere, vt no. inf. ad Muni. l. de iure. in secunda gloss. Quid dicemus? Dicunt quidam moderni, quod licet habeat commodum sportularum, vel simile, non debet hoc inspici, vt propter hoc dicatur causa sua: quia principaliter non respicit in suam vtilitatem, sed per quandam consequentiam. Simile est de tutore, qui non potest in re propria principaliter authorari pupillo, & in re quæ eum tangit, per quandam consequentiam sic, vt inf. de aut. præ. l. 1. Item simile est in legatario, qui vtilitate inspecta, quæ non respicit eū principaliter, licet per quandam consequentiam lucrum sentiat, non repelletur à testificando pro testamento, vt inf. de testa. l. qui testamenta, & Insti. de testa. §. legatarijs. & istis rationibus consideratis, iudex in casu nostræ l. cognoscit. Prætereà, vt dicit gl. non ipse iu-
7 dex, sed pars insistēs agit. & † causa dicenda est potius, parte insistente ad cōmodum, quàm ipsius iudicis. Sed certè hæc ratio non videtur sufficiens: quia etiam quandoq; iudex sine parte vocat, vt C. de accu. l. ea quidem. Sola ergò ratio præcedens vrget, scilicet, quia principaliter non intenditur ad suam vtilitatem. Ac vbi principaliter in commodum suum intenderet, & quando principaliter de iurisdict. sua iudex contenderet & alius contradiceret, tunc non posset cognoscere, vt dicto tit. ne quis in causa sua, in rubro & nigro. Expediti sumus de quibusdam contrarijs, veniamus ad quæstiones. Primò q̃ritur, quia hæc lex dicit, ex quacunq; causa, &c. nunquid imponat necessitatē exempto vocato, ad iudiciū veniendi, vel facultatē tantùm tribuat? Dicunt quidā, q̃ tantùm tribuit facultatē. Probatur, quia non
8 cōpe. iudice. per totū. Alij dicunt, q̃ primò necessitatē imponit, quia l. vtitur isto verbo, debet, quod † necessitatem importat, vt sup. de offi. procon. l. senatus. & inf. de ver. sig. l. verbum reddendi. Primò ratione dubij est iudex suus, per hanc l. & inf. de iudi. l. si quis ex aliena. Ergò est competens, & si non pareat vocatus, mulctabitur, vt inf. §. proxi. Nam cum ratione dubij iurisdict. habeat, potest eā defendere pœnali iudicio, vt sup.

1 Citatus debet venire ad iudicium, ex quacunq; causa vocetur
2 Dubij ratione conceditur, quod aliàs non concederetur.
3 Citatus ad locum inhonestum, non tenetur venire.
4 Citatus si est exemptus, an teneatur venire?

si quis ius dicen. non obtemp. l. vna, in prin. & si inobediens non habet bona in territorio suo, requiret iudex vbi sunt, vt exequatur sententiam, qua eum mulctabit, vt l. Mæuius. §. 1. de bo. auth. iudi. pos. & C. de iudi. l. properandum. §. si autem. & in Authen. vt nulli iudic. §. si
9 verò. Secundò quæritur, dicitur hîc quòd † vocatus tenetur comparere ad hoc, vt sciatur, an sit de iurisdictione vocantis, sed vsq; ad quod tempus potest excipere? Videtur quod initio ante omnes alias exceptiones, primò istam exceptionem proponere debeat, vt C. de exceptio. l. præscriptiones. & infrà de iudic. l. sed etsi fuscepit. & hoc quidam tenēt per dicta iura, & extra de re iu. cap. inter monasterium, in prin. Econtrà videtur quòd vsq; ad lit. conte. cùm ista fit dilatoria exceptio, ergò, &c. vt C. de proba. l. exceptionem. Prætereà tacitus cōsensus non operatur plus quàm expressus, vt infr. fi. cer. peta. l. cùm quid. Sed expressè non potest quis conuenire, vt alius sit iudex suus ante lit. contest. vt sup. de iur. om. iud. l. si conuenerit. & hoc tenent quidam alij & bene. Non obst. quòd debet initio proponi: quia initio est semper ante lit. contest. vt in Authen. de litig. §. si verò, & ita debet intelligi prædicta l. præscriptiones. & prælle. l. sed & si fusceperit, & prælleg. cap. inter monasterium. Tertiò quæritur, diximus
10 nunc, quòd † citatus debet proponere suam exceptionem ante lit. contesta. sed nunquid poterit eam proponere post lit. contest. Videtur quod non, vt C. de proba. l. exceptionem. Econtrà videtur quod sic, vt C. de consor. eiusdem litis. l. 2. In hac quæstione distinguendum est, aut exceptio cœpit competere post lit. conte. & tunc post à potest eam proponere, vt dictis ll. & infr. de procura. l. Pompo. §. ratihabitio: aut cœpit cōpetere ante, & tunc subdistingue: aut iste iudex qui citat, est suffultus iurisdictione, aut non. Si non est iurisdictione suffultus, tunc indistinctè quandocunq; potest opponere exceptionem, vt C. de iurisdict. om. iudi. l. priuatorum, & C. si à non competen. iudi. per totum, & arg. C. de procura. l. licet. Si autem sit iurisdictione suffultus, tunc refert: aut vocatus omisit exceptionem proponere ante litis contest. scienter, aut ignoranter. Si scienter, tunc non potest amplius proponere, quia videtur iurisdict. eius prorogasse, vt sup. de iur. om. iud. l. si conuenerit. & infr. solut. mat. l. si cùm dotem. §. eo tempore. Si verò omisit ignoranter, refert: aut exceptio competit, quia non est iudex vocati, & tunc potest proponere, vt supra de juris. om. iud. l. si per errorem: aut competit, quia est iudex, declinabilis tamen, vt vocatur scholaris sub magistratu loci, potest tamen eum declinare & ire ad Doctorem suum vel Episcopum, & tunc non potest post litis cōtestationem eam proponere, cùm talis exceptio sit de apicibus iur. vt infr. man. l. si fideiussor. §. quidam. Videtur ergò colligere, quòd exceptio fori aliæ est declinatoria, quia iudex non habet aliquam iurisdictionem, & ista semper potest opponi, quia semper dicitur opponi in prin. vel priuatorum, & l. licet. alia est declinatoria: quia non est iudex vocatus, licet sit iudex alterius, & hoc refert: aut scienter, aut ignoranter omittitur, vt supra dixi: alia est exceptio fori declinatoria propter priuilegium plurium iudicum, & ideò oportet quod initio opponatur, vt dicto §. quidam. & de hoc solet dici, vt in Authent. habita. Quartò quæro.
11 Vocatus ad iudicium, † prout tenetur, comparuit coram iudice, qui vocauit eum, & exceptionem non sui iudicis proposuit. Iudex cognouit, nunquid potest pronunciare? Videtur quod sic, vt infrà de iudi. l. de quare. Econtrà videtur quod non, quia si exceptio est vera, est admittenda, & non pronunciaret, quando non est iudex. Sed l. dicit, quod iudex tempore quo futurus est priuatus, non potest iudicare: Ergò, &c. vt supra de iurisd. om. iud. l. eum qui ad finem. In hac quæstione dicendum est, quod pronunciare possit in quocunq; casu. Nam aut reperit se iurisdict. in vocatum habere, & tunc prouunciabit hoc modo: Pronuncio quod habeo iurisdi. in talē: aut reperit se nō habere iurisdict. in talē, & tunc pronunciabit econtra hoc modo: Pronuncio quod

non

non habeo iurisd. in talē, &c. Non ob. quod dicitur, quod eo tempore priuatus est, &c. Nam antequā pronunciet iudex, sed postquam pronunciauit se iudicem non esse, tunc non est iudex. & hoc est ar. de pun. cto, vt aliàs infr. quod met. cau. l. sed & par. §. vlt. ad fi. Quintò quæritur,
12 nunquid † à sententia huius iudicis, qui cognouit, vtrū haberet iurisdict. & pronunciauit, possit appellari? Videtur quod sic. quia regulariter appellari potest, vt inf. de appel. l. 1. Econtra vide. q. non, quia ista sententia est interlocutoria, & ab interlocutoria regulariter non appellatur, vt C. de Epi. audi. l. 2. & quor. ap. non rec. l. añ. Sol. dico, q. potest appellari, licet sit interlo. quia istud est tale grauamen, quod non potest per appel. diffinitiuā reparari, vt inf. qui satisd. cog. l. arbitro. & ibi no. infr. de ap. re. l. 2. & benè determinat glossi. in Authen. habita, quæ simpliciter respondet, q. potest appellari, vt ibi di-
13 xi. Sextò quæritur, nunquid ipse idem iudex, † qui cognouit, vtrum iurisdict. haberet, & pronunciauit, possit suam pronunciationem reuocare? Videtur quod sic, quia ista pronunciatio est interlocutoria. Ergo, &c. vt inf. de reg. iur. l. q. iusit. Econtra videtur quod non, quia si pronunciaret se non habere iurisdictionē, Ergò est priuatus, quantum ad istam causam. Ergò est iudex incompetens, vt C. si à non compe. iud. per totū. Si autē pronunciauerit se iudicē, non potest reuocare: quia esset abdicare à se iurisdict. quod non potest, vt sup. de offi. præsi. l. pe. & hoc tenuit Ia. de Ra. Alij dicunt, quod aut pronunciatio sua transiuit in rem iudi. quòd est post 10. dies: & tunc non potest, alias sic, vt in Authen. de app. & intra quę. §. 1. Non ob. præall. l. pe. quod iudex nō potest à se iurisdict. abdicare. Verum est, verbis repudiando, sed per sententiam iudicando sic. Sed adhuc ob. C. si à non competen. iudi. quare alij vt Pe. distinguunt: aut iu
dex pronunciauerit se nō esse iudicē, & tunc verum est, quod talem pronunciationem reuocare non potest, vt C. si à non competen. iudi. per totum: aut pronunciauerit se esse iudicem, & tunc reuocare potest, vt l. q. iusit. Sed huic distin. videtur ob. prę alle. l. q. iusit, quæ dicit indistinctè, quod quicquid iusit vetuit vt prætor, &c. & sic omnis interlocutoria, per quam pronunciat, super iurisdict. de seipso, potest reuocare. Sed si pronunciat contra suam iurisdict. pronunciando, se iurisdi. non habere, non potest reuocare pronunciationem suam. Et hoc probatur à simili. Lex dicit, quòd dominus de contractibus serui potest conueniri peculio tenus, vt in frà de pecu. l. si seruus. Sed si seruus contrahit de seipso, dominus tenetur de peculio, vt inf. man. l. cùm seruus. Ita in proposito, iudex potest omnem interlocutoriam reuocare, verum est, non de ipso: tunc enim non potest indistinctè secundum Pe. Sed quando potest eam reuocare, inf. quantum temporis possit, de hoc est quæstio inter antiquos & modernos, cuius solut. nunc remanet in calamo. Septimò quæritur, si † quidam iudex dele-
14 gatus vocet aliquem, vt compareat coram eo, respōsurus de iure tali aduersario suo, nunquid vocatus venire debeat coram ipso? Videtur quod sic, vt hic, & infr. de iudi. l. si quis ex aliena, & ar. C. qui. ad li. procla. non licet. l. vltima. Econtra videtur quod non teneatur venire, nisi ostendat literas, vt C. de man. princ. l. 1. de edi. di. Adri. tol. l. vltima, in princ. & extra de offi. delegat. cap. cum in iur. & hæc est veritas. Non ob. l. ista, cum suis fo-roribus: quia ratione dubij tenetur vocatus venire. Verum est, si ex parte iudicis affirmantis se iudicem, est aliqua præsumptio suæ iurisdict. vt est in iudice ordinario: qui iurisdict. habet in suo territorio, & præsumptionem habet generalem, vt C. de offi. præ. vr. l. 1. in princ. & de tali iudice loquitur hic, & dictis. ll. Sed in delegato præsumptio ista cessat, nisi ostendat literas commissæ sibi iurisdict. prima facie validas, quæ faciāt præsumptionem pro eo. vt inf. de car. edic. l. 3. §. causæ. Debet ergò ostendere literas, & si quis est delegatus ad vniuersitatem causarū, vt est delegatus missus ad prouinciam, sufficit, quòd publicè fidem faciat, vt in stit. de act. l. sed & si pupillus. §. de quò. Si verò sit delegatus ad causas speciales, vt inter quasdam partes, tunc debet facere copiam literarum ipsi parti quam vocat, vt sit præsumptio pro eo, vt dixi, & sufficit semel facere, nisi ex causa
15 vt inf. de eden. l. si quis ex argētarijs. §. fi. Octauò † quęritur; iudex delegatus, vocat reum, vocatus non venit: nunquid poterit ipsum mulctare? Videtur quod sic, vt hīc, & ar. l. de iudi. l. de qua re. §. 1. Dicunt quidam, quod aut verè delegatus est, tunc potest: aut nō est verè, quia literę sunt falsę: & tunc nō potest, sicut nō potest quidā priuatus, vt C. si non à compe. iudi. per totum. Tu dic, quod solutio huius quæstionis pendet ex proximè præcedenti, videlicet, aut delegatus fecit copiam suarum literarum, aut non. Si non fecit, tunc planum est, quod non tenetur venire, vt C. de man. princ. l. 1. & si non tenetur venire, non committit pœnam, vt hac l. in fin. Si autem fecit copiam suarum literarum, tunc quia potestatem habet cognoscendi, si non comparet, mulctabit eum: quia delegatus potest mulctare, vt dixi sup. si quis ius dic. non obtem. l. vna. Non ob. quod in veritate non habet iurisdi. quia ratione dubitationis hoc cōtingit. Sic & aliàs ratione dubitationis valet sententia lata contra transactum, quæ aliàs non valet, vt inf. de condi. inde. l. eleganter. §. si post rem iudic. & inf. quæ sen. fine appe. rescin. l. 1. in princ. & C. quando prouo. non est
16 ne. l. 1. † Nonò quæro iuxta hoc, si iudex de cuius iurisdict. est præsumptio, vocat exemptum, & ipse non comparet, nunquid possit eum condemnare ad expensas partis aduersæ? Videtur quod sic, quia mulctare potest, vt prædixi sup. proxi. Ergò, &c. Sed verum est, ad opus fici. C. vnde vi. l. meminerit, Sed si ad opus partis, distinguendum est: aut pars ignorabat eum subiectum, & tunc potest: aut sciebat, & tunc non condēnabit sibi ad expensas, vt C. de transactio. l. transactionis. Decimò
17 quæritur, quidam per falsas † literas, dicens se iudicem delegatum, citat aliquem. Dubitatur, an habeat iurisdict. & de hoc vult cognoscere, nunquid potest iurisdictio ista prorogari? Videtur quod sic, vt inf. de iudi. l. 1. Sed illa l. loquitur, quando iurisdict. certa prorogatur. At vbi iurisdict. est dubia, & iudex cognoscit in ea de seipso, an iurisdictio habeat: talis iurisdictio non potest prorogari. Nam sicut iurisdictio potest prorogari, ita ex contractu serui prorogatur obligatio in dominum, peculiotenus, vt infr. de peculio. l. si seruus. Sed quando seruus contrahit de seipso, non prorogatur talis obligatio in dominum, sic in casu nostro non prorogatur iurisdictio, in qua cognoscit iudex de seipso, an iurisdictionem habeat, vt inf. man. l. cùm seruus. circa medium secundum Pet. Vndecimò quæritur, certi sunt casus, in quibus potest aliquis in diebus feriatis vocari ad iudicium. Item potest forensis vocari coram iudice, & clericus in iudicio seculari, secundum quosdam. Modò ponamus, q. iudex huius ciuitatis vocat quendam Florentinum, vel iudex laicus vocat clericum, vel vocat die feriato, nunquid vocatus tenetur venire? Videtur quòd sic, quia potest contingere, q. respondere tenetur. Ergò, &c. ar. huius l. Ecōtra videtur quòd non, quia talis citatus, regulariter non tenetur venire. Ergò nisi fuerit expressum, standum est regularitati. Nam non probat hoc esse, &c. vt C. de proba. l. neq., & ista est veritas. Non ob. hæc l. quia talis posset esse casus, & propterea sit dubium. Tamen. §. iste, est talis casus, qui est aduentitius, & singularis: ideò non est inspiciendus, vt infr. qui, & à qui. l. Iul. Nam regulariter certum est, hominem alterius ciuitatis coram isto iudice comparere non debere, vt clericum coram iudice laico, nec vocatum die feriata: licet posset emergere casus super quo posset conueniri, qui casus non est inspiciendus. Ergò
18 † iudex qui citat, habet diem feriatam exprimere in citatorio, & causam super quem citat aliquem tali die, quę causæ ponuntur inf. de fer. l. 1. §. vlti. & l. se. Item iudex qui citat forensem, debet exprimere causam, videlicet, quòd vocat ex causa contractus celebrati in loco iurisdict. suæ, vel ratione delicti ibi commissi, vt inf. de iudi. l. hæres absens, & l. omnem. Item cum iudex laicus citat clericum, debet exprimere causam, vt ex causa feudali, de qua potest iudex laicus cognoscere contra clericum,

ricum, secundum quosdam. Sed Guido de Bayso notat contrà, extrà, de clericis coniugat. cap. 1. lib. 6. aliàs si non exprimat causam, standum est voluntati, vt dixi. Duodecimò quæritur, ponamus quòd iudex huius ci-
19 uitatis vocat Florentinū, † expressa causa super quam citat, vt quia contraxit, vel deliquit, nunquid super hoc cognoscetur ante omnia? Videtur q̄d sic, quia ista exceptio est declinatoria fori: Ergò, &c. vt C. de exceptio. l. præscriptiones. Econtrà videtur q. non, imò debet differri: quia istud tangit principale negotium: ergò de principali debet cognosci, vt C. si contra ius vel vti. pu. l. 2. quid dicemus? Dicunt quidam, vt dominus Innoc. quòd ante omnia de hoc cognoscitur summariè, vt infrà ad exhi. l. 3. 6. sciēdum. sed iste non est casus vbi summaria cognitio requiratur: ergò, &c. Prætereà si hoc esset, facilè foret iudici huius ciuitatis citare omnes alienigenas, & cognoscere. Vnde dicendum est, quòd plenariè cognoscetur ante omnia, vtrum causa sit vera necne, quia ante omnem processum debet cognosci de exceptione fori, vt dicta l. præscriptiones. Non ob. præalle. l. 2. C. si contra ius, vel vti publi. quia ibi est iudex ipso iure, cùm datio iurisdictionis teneat, licet causa suggestionis sit falsa, à simili, sicut obligatio tenet, licet dolus interuenerit, vt C. de muti. sti. l. dolo. Sed vbi iudex huius ciuitatis vocat Florentinū, super causa, q̄ est falsa ipso iure, non est iudex: Ergò, &c. concludo ergò, q. per modū declinatoriè fori cognoscereę plenariè ante omnia, vtrum causa super quam citatur, sit vera? Decimotertiò quæritur, quid si cognoscit causam veram esse, verbi gratia: quia cognoscendo reperit, quòd verè contraxit citatus, vel verè deliquit: nunquid pronunciabit simul super causa, id est, quia contraxit vel delinquit, & super principali, de quo conuenitur ab aduersario. Videtur quod sic, quia notorium est iudici quòd causa est vera, ergò, &c. vt C. de testi. l. nullum. & de accu. l. ea quidem. Prætereà si ciuitas vocat aliquem ad iura, quę notorium est ciuem esse, condemnari potest, vt inf. ad Muni. l. de iure. Econtrà videtur quod non, quia licet hoc sciat iudex, tamen non potest de facto supplera, vt C. vt quē de sunt aduo. l. 1. Prætereà, quoties iudex non cognoscit nisi ad vnum finem, cognitio sua non debet extendi ad alium finem. vt infr. de ijs qui no. infa. l. Lucius. & inf. de euic. l. vendicantem. Et hoc est verum, secundum Pe. Comparebit ergò, & opportet iudicium super principali inchoari, & libellum dari super contractu vel debito, vnde citatus conuenitur. Non ob. quòd iudex potest in notorijs procedere sine alio, &c. quia verum est in illis quæ sunt notoria ad illum finem, secundum quem vult pronuntiare, sed si tenderet ad alium finem, nō potest, vt dictum est sup. Iter- non ob. inf. ad Muni. l. de iure. quia ibi est speciale. secundum quosdam. Ergò contrarium est ius commune, vt eo. tit. l. 1. in fin. Alij dicunt, quòd ibi ad eundem finem tendebat. Istud non est verum, tu dicas, quòd ibi non agebatur, vtrum iurisdict. illius iudicis esset, sed an esset incola, & quia in ciuitate ista residet, ideò præsumptio est pro ciuitate, vnde pronunciatur ibi eum teneri ad
munia secundum illud, vertere memento, &c. ar. C. si ser. ex por. l. mouere. cum si. Decimoquartò quæritur
20 iuxta hoc, † nunquid acta habita in ista causa, qua exceptio fori examinata est, faciant fidem in principali? Videtur quòd sic, ar. infr. de iureiur. l. si duo patroni. §. de Iul. Econtra videtur quòd non, quia acta etiam inter easdem personas ad vnum finem tendentia non faciunt fidem in aliquo negotio, ad alium finem, vt patet inf. de euictione l. vendicantem. Non ob. quod dicitur,
21 quòd acta † in causa ciuili, faciunt fidem in causa criminali, quando pronunciatur super facto eodem, quia hoc verum est, in iudicio absolutorio, & vbi quod deductum est in vno iudicio, deducitur in alio per modum principalis intentionis. Sed si per modum exceptionis, tunc refert: aut tendunt ad eundem finem, aut non, vt dictum est, sicut planè de hoc dixi, C. sen. re non pos. l. 1. & quando ciui. act. crimi. præ. l. vna. Decimoquintò, l. nostra loquitur de iudice temporali, vt de Prætore, de iudice perpetuo, nunquid ratione dubij poterit cognoscere? Ia. de Ra. videtur dicere quod non, quia tunc ratione proprij commodi & suæ causæ potius, non est iudex competens: sed Pet. & Iac. tenent contrarium, cum ad instantiam partis reuocatur in dubium, vt de iud. l. si quis ex aliena. Si autem ipse iudex peteret aliquem in subiectum, & alius negat, tunc quid iuris sit dicemus, inf. de rei. ven. l. 1. §. per hanc, &c.

RVBRICA VII.

Ne quis eum, qui in ius vo. vi. exi.

SVMMARIA.

1 *Actio in factum ex edicto, ne quis eum qui in ius, &c. datur solum vocanti qui habuit ius vocandi.*
2 *Rectè & ritè qualiter differant?*
3 *Venia non impetrata, si filius vocauerit patrem in ius, an filius tenebitur ad pœnam? & num. 4.*
5 *Iurantes de facili, non debent ad iurandum admitti.*
6 *Actio ex edicto, licet detur ipsi vocanti ad vindictam, tamen ista vindicta sumitur secundum æstimationem rei petitæ. Et ista petitio sit per iuramentum actoris in litem præstitum. & nu. 7.*
8 *Grauius puniendus est qui eximit aliquem, ne ad iudicium veniat, quàm ille qui sola contumacia non venit.*
9 *Reus an possit conueniri post solam contumaciam ad totum debitum, nec non vi eximens? nu. 10.*
11 *Agitur ad expensas contra eximentem, agitur etiam contra debitorem ad debitum.*
12 *Casus aduentitius specificatur contra delinquentem ex causa delicti.*
13 *Vi eximens magis delinquit, quàm fur.*

QVia sub hoc tit. situatæ sunt quædam ll. quas specialiter declarare proposuimus, conueniens est, vt videamus primò, quomodo iste tit. se habet ad præcedentem. Et certè se habet continuando hoc modo. Dictum est sup. proxi. quòd in ius non debet ire, vel satisdare, deueniendo certa die. Verum est, quòd quandoq̄ contingit, quòd vocati ad iudicium venientes, per violentiam eximuntur, ideò ponitur hæc rubrica, ne quis eum, &c. & dicunt Doct. quòd verba istius rubricę sunt verba Prætoris, vt patet in l. 1. vnde subaudiri debet Prætor ait. & neue faciat dolo malo, &c. vt inf. eo. l. si eximendi. §. fi. In eo autem, qui vi eximeret iudicium dabo. vt infr. eo. l. si per alium. §. meum. Omnia ista debent hīc subaudiri. In quo autem iste titu. differat ab illo. infr. de eo per quem factum est, &c. dic vt ibi notatur in rubrica sua.

IN EVM. Iste §. continet duo dicta. Secundum dictum incipit ibi, hoc enim addictum est, &c. Casus ponendus est, vt litera iacet, cuius verus intellectus & vera expositio declarabitur inferius. Not. hic primò, quod actio ex edicto competit, non ad illud, quod in veritate est, quod non competit ad interesse commune, vel singulare, sed datur, quanti ea res fuerit æstimata, per iuramentum vocant. secundum glo. & suos sequaces. Sed Pe. intelligit, quod ista actio non datur ad interesse, æstimatum aliquo sacramento patenter. Sed datur, quanti fuerit æstimata ea res, quæ petitur, vt statim dicam. Concordat sup. si quis ius di. non obtem. l. vna, circa fi. Secundò no. quod actio in factum ex hoc edicto solum datur vocanti, qui habuit ius vocandi, sed & ei, qui non habuit ius vocandi, vt iuranti per calumniam, vt sup. l. proxi §. item si quis per eum.
1 † An §. istum op. duobus modis. Primo op. sic. Dicitur hic, actio ex hoc edicto datur etiam ei, qui non habuit ius vocandi, vt vocanti. Sed contra, quia quando per calumniam competit ius vocandi, non datur actio ex hoc edicto: & sic op. suprà eo. l. 1. in fine, & l. sequen. Sol. ille qui vocat per calumniam, non delinquit in vocando, sed in calumniando. Qui vocat personam quæ

in ius vocari non potuit, delinquit in vocando, & repellitur, vt sup.eo.l.2. Videtur ergò dicendum, ꝙ hic vocauit non rectè, id est, vocauit non ritè. Differentia est enim, inter rectè & ritè. † Nam ritè respicit solennitatem & formam rei debitam. Rectè respicit vtilitatem & veritatem iustitiæ, vt inf.de contra ta.l.non putauerit.§.1. qui nullam vel iniustam habet causam vocandi, nõ rectè vocat, sed ritè tantùm: & tali datur actio ex hoc edicto, vt hic habetur, qui non habet iustam causam vocandi, sed vocat contra solennitatem iuris. Iste vocat non ritè cui nõ datur actio: quia peccat in forma, seu solennitate vocationis, vt in legibus contrarijs. Et per hoc respondeo ad quæstionem, de qua dubitatur. Ecce filius emancipatus facit patrẽ suum vocari in ius, non impetrata venia. pater dicit se non teneri procedere, virtute illius citationis: quia non ritè facta est.

3 Cõtradicit † filius, quòd tenetur procedere, quia nulla lex dicit, quòd propter defectum veniæ impetratæ citatio sit nulla. Sed dicit, filium teneri ad pœnam 50. aureo. Ad quam agat pater si vult, tamen procedatur in causa. Dubitatur quid iuris? Et dicunt quidam, ꝙ est in optione patris, vel repellere filium agentem, proposita exceptione, veniæ non impetratæ, vel agere ad pœnam, non proposita exceptione, vt inf.de pac.l.reseru.§.si pacto. sed nunquam simul vti potest pu. articulo 1. de do. ex.l.apud Celsum.§.Labeo ait. Certè illa iura benè dicunt, alterum posse fieri, non vtrumq; in suis casibus. Sed quòd excep. veniæ non impetratæ impediat processum, hoc non probant. Sed hoc probatur per leg.hu-

4 ius tit. Nã prout † diximus nunc, qui vocat patrem & similes personas ad iudiciũ, venia non impetrata, non ritè vocat; quia peccat in forma & solennitate citationis, vnde est, quòd non procedit actio ex hoc edicto, si quis vi eximat patrẽ sic citatum, vt sup.l.1.in fi.& l.se. & ideo nulla sit citatio. Vnde concluditur, quod virtute ipsius iudex non potest procedere, & hic sequitur, quòd pœnam petet, in quãtum deliquit temerè vocando, vt sup.de in ius.vo.l.2.& quia nulla fuit vocatio, vt ex prædictis apparet, virtute ipsius non procedetur. Secundò op.dicit hîc, ꝙ ista actio datur quantum ea res est, id est, quanti interesse iurabitur, & competit ad interesse partis iuramento taxatum, secundum quosdam. Sed contra hoc, quia ista actio datur vocãti nõ rectè, id est, non iustè, vt quia non habebat actionẽ, vt hîc patet in secundo respon. huius §. Sed tunc si non habet act. non interest, & sic non cõpetit ad interesse. Præterea si actor vocauit in ius reum per calumniã, si tamen hoc calumniosè fecit, ita est præsumendum, ꝙ per calumniam iuret tantum sua interesse, vel tantũ sibi deberi: quia qui semel malus, &c. & sic non est recurrendum ad iuramentum eius, quia præsumendũ est, eum deierare, ne iura

5 quæ † abhorrent periuria: facile periurantem ad iuran dũ admittãt, ar. C.de indicta vid.l.2.& in Auth.vt debi. &c.§.vlt. Præterea regulariter non iuratur in litẽ, fallit in quibusdã casibus, vt in actione bonæfidei, & in arbitrijs, & incertis delictis, vt inf.de in lit. iu.l. in actionib. & C.vnde vi.l.si quando. & inf.eõd vi aut clam.l.semper. §.in hoc interdicto. Sed iste casus non reperitur de illis. Ergò sub regula remanet. Per ista cõcluditur, quòd intellectus glo. & suorum sequacium in isto §. non potest stare, quã cõcedit Pe.de Bel. Quid ergò dicemus? Certè secundum eum respondendũ est, per interemptionem, quòd actio ex hoc edicto non cõpetit ad vindictam. Sed instatur contra intellectũ Pe. & ostenditur, ꝙ non procedit, vbi actio cõpetit ad vindictam, taxata est quantitas pœnæ, vt patet in actione in factum, quæ datur contra libertum, qui vocat patronum in ius irreuerenter, vbi taxata est pœna, vt sup.de in ius vo.l.pe. Sed hîc non taxata est: Ergò, &c. Ad hoc respondetur similiter, per interemptionem, quòd imò taxata non ad illud quod in veritate interest, sed quanti res fuerit æstimata, id est, quanti res taxatur, quæ petitur verbi gratia: Voco te ad iudicium super libro, aliquis te exemit, tenetur mihi quanti lib. petitus æstimatur cõmuniter. & ita intelligit Pe. istũ §. Glo. & nostri Doc. omnes aliter intelligũt,

6 & dicunt, ꝙ licet † actio ex edicto detur ipsi vocanti ad vindictam, vt not. infr.eo.l.§.pe. in glo. vlti. Tamen ista vindicta sumitur secundum æstimationem rei petitæ,

7 & † ista æstimatio fit per iuramentum actoris in litem præstitum; & sic interliniebat hunc textum Franc. Accu. me audiente, & sic interlineauit Odo. vt patet ibi in lectu. sua. Præterea si quis bene respiciat literam huius §. videtur loqui de æstimatione rei, per iuramẽtum actoris: quia dicit, ab actore æstimata: nisi velles dicere ꝙ stimata, scilicet, in petitione sua: non æstimata, scilicet, per iuramentum. Sed si per iuramentum actoris æstimetur, tunc ob. quia præsumptio est, quòd ita iuret per calumniam, sicut per calumniam petit, quia semel, &c. Item ob. quia regula est in contrarium, quæ iurare non permittit, nisi in quibusdã casibus, de quibus iste non est. Ergò, &c. vt sup. dixi. Potest fortè dici, quòd l. ista in actione danda vocanti non considerat verum interesse vocãtis: quia siue sit creditor, siue non, siue damnum sit passus, per exceptionem vocati, siue non, concedit actionem propter iniuriam sibi factam vindicandam, & quia iniuria principaliter redundabat in damnum rei petitæ, vult l. ꝙ pœna imponatur, secundum æstimationẽ rei, super qua vocabatur exemptus: & licet actor calumniaretur contra reũ in ea petenda, non tamen præsumit l. ꝙ calumnietur in iurando. quia sic esset immemor salutis æternę, quòd non præsumitur, vt C.ad l.Iul.re. vlt. æstimabit ergò actor rem, seu eius valorem quem petebat, per iuramentum: & in hoc releuatur, quia non probat per testem, sed per iuramẽtum. Nec ob. quia regula quæ non permittit iurare, est in cõtrarium, quia sicut in odium violenti iuratur contra eum, vt l. si quãdo C. vnde vi. Item sicut in odium clam ingressi etiam iuratur,, vt inf. quod vi aut clam.l.semper.§.in hoc interdicto. Sic & in casu nostro, in odiũ eximentis, & contemnentis iudicẽ, & partẽ, vt hîc notatur in glo. Sic & aliàs fit æstimatio, ratione iniuriæ per sacramentum, vt no. inf. de iniur. l. iniuriaru. Dicendum ergò videtur, ꝙ in hac actione danda, ipsi aduocato non curatur de interesse, sed curat de vindicta & de pœna. Sed qa vindicta & pœna taxantur secundum res, q̃ petebantur, potest esse, ꝙ si non debebatur sibi, posset in hac pœna venire interesse actoris, ratione damni, propter amissam actionẽ: quia interesse cõsideratur in persona hæredis, vt inf. ea.l.§. fin. Si aũt non debebatur, tunc nihilominus tenetur ad æstimationem rei petitæ, & æstimatur res petita per sacramentũ eius principaliter. Ergò competit ad vindictã in persona vocantis. Quæritur circa istũ §. de vna quæstione in gl. quæ satis est dubia. Modò examinemus eam. Quærit gl. ita, vocabam te ad iudiciũ, & petebam: aliquis per violentiã te eximit. Ago contra ipsum, actione ex hoc edicto. Venietne debitũ, quo mihi tenebaris? Distinguunt quidã, aut propter hoc quia fuisti exemptus, perdidi actionem meam præscripione completa, & tunc veniet debitum: aut actionem non amisi, & tunc non veniet principale debitum, sed veniet solum damnum expensarum, vt infr. de ver. ob. l. si quis stipulatus Stichum aut Pamphilum.§.vlt. Glo. dicit contrarium, & mouetur: quia interest, plures habere debitores, vt infr. de li. le. l. 3. in fi. Iac. de Ra. dicit, ꝙ glo. non dicit verum, imò distinctio prædictorum continet veritatem, & pro eo est: quia hæc actio competit ad interesse, quanti fuerit iuratum in litem, sed quando actio remanet salua, non interest, ar. inf. de dam. infec. l. ꝙ. & inf. de re iudi. l. si quis ab alio, & d.l.si stipulatus sum.§. vlti. Præterea videtur casus. sup. eo. l. proxi. §.1. vbi dicit, quòd actio est amissa. Ergò, &c. secundum eum. Pe. verò dicit, quòd gloss. dicit verum, sicut euangelium: tamen ipsa probat hoc multum debiliter. Nam verum est, quòd vtile est creditori, quòd actionem habeat contra plures, si hoc est lucrum suum, cuius lucri non repuatur interesse, Ergò, &c. cũm tamen hoc procatur ex isto §. Item potest persuaderi sic: Non est dubi-

8 um, quin sit grauius † puniendus, qui eximit aliquem, ne ad iudicium veniat, quàm ille qui sola contumacia non venit: qui eximit, contemnit authoritatem iudicis, ergò

cis, ergò grauius delinquit. Sed constat, quòd vocato qui satisfecit, in iudicio sisti nõ veniente ad iudicium, committitur stipulatio ad totam rem petitam. Esto ꝙ actio salua sit, infr. si quis cauti. l. si eum. §. qui iniuriarum. Hoc etiã, pbatur inf. eo. tit. l. & post tres. Nam frustra daretur sibi beneficiũ purgandi morã, intra paucos dies. Si ad interesse conueniretur, exciperet eum reus, quod actio principalis salua foret, & sic frustratorium esset illi? l. beneficiũ: quia nõ verisimile est. l. hoc velle, ar. inf. nau. cau. ita. l. & ita. §. hoc edicto. Si ergò principa-

9 li † actione salua, potest reus conueniri post solam con-

10 tumaciam ad totũ debitũ: Ergò multò fortius † vi eximens, qui plus delinquit. Præterea hoc, pbatur, quam aliter certum est, quòd l. debet intelligi lata in casu dubij, vt Authen. de fide instru. in prin. sed l. dicit, ꝙ si actũ fit contra eximentem, agi potest contra debitorem, vt

11 inf. eo. l. vlt. Sed si dicamus, ꝙ † agatur ad expen. contra eximentem, nullum est dubium, quòd potest agi contra debitorem ad debitum. Ergò vt l. sit lata in casu dubij, debet intelligi, quòd agatur contra eximentem, ad totam rem petitam, vel eius æstimationẽ. Præterea hoc

12 etiam persuadetur alia ratione: quia † ex causa delicti, casus aduentitius spectatur, contra delinquentem, vt infr. de furt. l. eum qui mutat. §. Pap. multò ergò fortius in proposito spectari debet casus fortuitus in persona

13 vocati, cõtra vi eximentẽ, † qui magis delinquit, quàm fur, cùm violentia maius delictum sit, quæ parit publicam accusationem. Præterea non solùm ex dolo, sed etiam ex culpa talis casus spectatur, vt inf. de neg. gest. l. diuortio, & ibi not. & per istas rationes Pe. approbat gl. Ad rationes aliorum respondet sic. Primò ad illud, q̃d dicunt, quòd sic est in edicto, per quem facta est responsio, ideò est illud, quia edictum illud prosequitur interesse, hoc autem prosequitur vindictam, vt patet in isto §.1. Secundò ad l. sup. proxi. §. eximere. vbi dicit, actionis dies transire. ergò, &c. Respon. quia subaudiri debet hîc, maximè. Nam idem, si dies non transiret, cum etiam per calumniam vocato detur actio ex hoc edicto, vt patet in isto §. & ita debet intelligi secundũ eum, &c.

SVMMARIA.

1 *Debitor non liberatur solutione eximentis contra quem actum est & num.3.*
2 *Possessor an exigatur exacto doloso?*
4 *Absolutum esse, & condemnatũ esse, & soluisse paria sunt.*
5 *Restituta euanescit actio.*
6 *Iuramentũ in litẽ, est iuramentũ veritatis, non affectionis.*
7 *Reus quando actio est merè & in totũ pœnalis, non liberat alterũ soluendo, secus quando plures cõmittunt delictũ.*
8 *Delictum quando est tale, cuius ratione pœna imponitur ex parte vnius tantùm, tunc refert: aut communicato consilio, aut proprio animo delinquatur.*
9 *Extraneus si sit eximens exactione conuentus, vtrum possit conuenire debitorem.*
10 *Eximentes si sint plures, & vnus sit exactus, nunquid habeat regressum contra alium?*

SQVI DEBITOREM. Hæc lex duo facit. Primò enim ponit dictũ suum. Secundò ibi, quia pœnam, &c. subiecit rationem sui dicti. Casus ponitur vt litera placet. Nota ex l. ista, quòd vbi duo tenẽtur, quorum vnus delicto est obnoxius, & soluit, alium non liberat. Ratio est, quia soluit ex causa delicti proprij, ꝙ alius non commisit, & ideò ei non prodest. & idem esset, si ambo ex delicti causa tenentur, in qua non communicarent eodem modo, vt si forte vi eximens, vocatus ex hoc edicto, exemptus est ab alio: tunc enim vno soluente, non liberatur alius, per eandem rationẽ. Ergò, &c. vt inf. ad l. Aquil. l. illud. His literalibus expeditis, accedamus ad materiam huius l. quæ vtilis & subtilis est, op. & quærendo. Primò opposicio. Dicit hîc, quòd

1 † si actum sit contra eximentem, & soluit, nõ liberatur debitor. Sed contrà, quia vbi aliàs, qui iussus est mitti in possessionem, si fuerit prohibitus, & agit contra pro-

hibentem quem soluit, non potest amplius agi ad debitum: & sic opp. inf. de re iud. l. si quis dolo. §. 1. Sol. variꝭ modis. Sed ista est vera, quod ibi ipse idẽ debitor prohibuit mitti iussum, ne veniret in possess. & actum fuit contra ipsum ad interesse, ex edicto, ne vis fieret, in quo interesse venit debiti æstimatio, quam condemnatus soluit, vnde liberatur à principali actione debiti. Sed hîc alius impediuit, quàm ipse debitor: & ideò illo alio conuento & soluente, non liberatur debitor. & ista sol. probatur inf. de ta. exhi. l. 3. §. fi. Ratio diuersitatis colligitur ex illa regula, bonafides, &c. vt inf. de re iu. l. bona fides, licet ipse & glo. sua, quæ est inf. ne vis fi. ei. &c. l. 1. in fi. aliter intellexit, & malè, vt patet ex prædicto §. fi. & si sub conditione. Secundo op. circa hoc, & videtur, q̃d semel exactum, non possum iterum exigere, etiam ab alio, vt inf. si fa. fur. fe. di. l. quoties. Solu. ibi non potest alius exigi, qui debet habere regressum ad illum, contra quem est iam exactum, & ad plenam solutionem distinguitur: aut non delinquens habet talem causam contra delinquentem, ex qua datur contra eum regressus, & tunc ex acto delinquente, alius non exigitur, vt dicta l. quoties. & sic intelligitur, secundum Ia. de Ra. infr. de re. eo. l. illicitè: aut non habet talem causam, & tunc exacto doloso exigitur etiam alius, vt hîc, & inf. de peti. hæredi. l. etiam. §. item si quis, & inf. de solu. l. Stichum. §. qui dolo. Et sic intelligitur ista l. secundum Ia. de Ra. & Pe. & secundum Dy. vt per eum, extrà, de re. iur. cap. bonafides. lib. 6. Quidam alij dixerunt indistinctè,

2 quòd † exacto doloso exigitur possessor, & probant sic. Paria sunt absolutum esse, & condemnatum esse, & soluisse, vt inf. de ex. rei iudi. l. si quis cùm totum. §. planè. Sed debitore absoluto, nihilominus agitur contra eximentem, ergò, &c. Probatio, hoc edictum competit vocanti, & si sit calumniator, vt sup. l. proxi. §. meum. & sup. ea. l. sed eximendi. §. item si quis. calumniator autem non reputatur, nisi qui succubuit, vt C. de edic. diui Adri. l. 1. & inf.

de testi.l.3.§. quæ crimina.& sic reo absoluto,aget actor nihilominus actione,ex hoc edicto contra eximentem. Ergò ipso condemnato & exacto, cùm ista sint paria,vt d.§ planè. Tertiò probatur,quia vbi quis cœpit teneri, quia fecit quod facere non debuit, non liberatur per superuenientem casum, nec per superueniens factum, quo desinit interesse, vt inf. ad l.Aqui. l.ita vulneratus, vt sup. de condi. fur.l. qui furtum, & inf.de furtis.l.inter omnes, & infr. de vi. & vi.ar.l.1.§.rectissimè.& ar.si quis cau.l. qui autem.§ illud.& infr.de eden.l. vbi.§.1. sed in casu nostro,eximens fecit quòd facere non debuit:Ergò,&c.Certè quæstio ista visa est Pet.satis dubia,& meritò: quia rationes proximæ multum vrgent, & videtur contra stimulum recalcitrare, qui insurgit ex prælleg.l. Stichus.§.dolo.& l.nec nulla.§.pe. vbi dici-
5 tur, † quòd restituta euanescit actio. Non ob.quòd qui obligatur: quia facit quod facere non debuit,non liberatur per superueniens factum, quo desinit interesse: quia verum est, vbi per superueniens nihil adest creditori. At vbi per superueniens,adest ei, vt per factum solutionis,vel restitutionis:tunc liberatur, vt in quæstione nostra per prælegata iura. Ita potest responderi, tamen non est sine dubio. Continua hanc secundum Pet.vt prædixi. Solutio, quæritur, quid si plures fuerint eximentes,quorum singuli tenentur,vt sup.l. proxi.§.pe. nunquid vnus soluendo liberet alios? Videtur quod sic,vt inf.de eo per quem factum est.l.1.§.si plures. & infr.de dolo.l.si plures. Econtrà videtur quod non, quod sic ostenditur. Facit, quia contra eximentem datur actio ex hoc edicto : ita datur contra corrupentem album actio in factum. Sed vbi plures corruperunt, vnus soluendo non liberat alios,vt sup.de iurisdict. omiudi.l.si id quod.§.vlti.& l.seq. Idem est in actione. l.Aquil.vbi vnus soluendo non liberat alios, vt l. inter alios.§.si plures.infr.ad l.Aquil.quid dicemus in hac quæstione? Dicit glosf. quæ est sup. l. proxi.§.in eum,quòd quatenus in hac venit per iuramentum in litem verum interesse, vnus soluendo liberat alios, quatenus non excedit, si iuretur in litem, est pœna, & vnus soluendo non liberat alios, & sic refert, aut actio est pœnalis, aut non. Si non est pœnalis, sed prosequitur interesse, respectu agentis: tunc verum est, vnus soluendo liberat alios, vt infr. de eo per quem factum est.l.1.§.si plures.Si actio est pœnalis, tunc non liberat, vt dictis ll.& ita cum iuratur in litem, verum interesse: quia est tunc pœna respectu agentis : vnus hoc soluendo nõ liberat alios.Ita no.sup. l. proxi.§.in eum.Aduertatis,si verum est,quod gl.dicit,sequeretur, quòd omnis actio bonæfidei esset pœnalis,quia in illis iuratur in litem,vt inf. de iureiuran. in actionibus,ergò,&c.quod non est dicendum. Prætereà si præstito iuramento ageret actor contra alium,& exciperetur contra eum,quia sibi est solutũ interesse,& ipse diceret, quòd plusquam verè interfit, iurauit, iam ambularet suum periurium: quod esse non debet,ar.C.de re.cre.l.2. & inf. de in li.iu. l.vlti. Sed ad hoc dices tu,quod iuramentum in litem est affectionis, ratione cuius potest plus iurari, quàm
6 verè interfit.Sed certè secundum veram opi.† iuramentum in litem est iuramentum veritatis, nõ affectionis, vt plenè probaui C. de sen. quæ pro eo quod in.pro.l.vna, in lectura nostra. & non impartitur plus tale iuramentum, quàm probatio testium,à qua releuaretur iurans. Vnde inter iuramentum & probationem per testes non est differentia in vtilitate, sed in facultate probationis tantum, & tunc cum iuretur de veritate, non est verisimile, quòd sit immemor salutis æternæ, vt C. ad legem Iul.re.l.vltima. Vnde obstaret exceptio agenti contra alium,cùm amplius sua non interfit,secundum Pet. & ex hoc concluditur secundum eum, ꝙ hac actione in factum vnus ex pluribus eximentibus cõuentus, soluendo liberet alios. Sed huic conclusioni videtur obstare,quòd actio ex hoc edicto prosequitur suam vindictam,vt sup. l. proxi.§. fin.& ibi no.vt quod datur calumnianti, & non rectè vocanti aduersarium, vt sup.l. proxi.§.in eum. Ex quo probatur, quod non competit ad interesse, imò ad vindictam. Verum est,quòd vocatus potest facere verè interesse. Sed licet verè nihil interfit,nihilominus datur actio ex hoc edicto,vt ibi dixi. Ergò est pœnalis respectu agẽtis, & vnus liberat alium. & si dicis,verum,si est calumniosè vocans,videtur melior conditio calumniantis, quòd esse non debet. Considerata ergò principali qualitate huius actionis pœnalis, vel apta est ad hoc sine natiuitate,vel potest dici, quòd quatenus agens consequutus est verum interesse, licet suo sacramento declaratum, non fit pœnalis, aliàs sic, vt dicit glosf.in fr.ad legem Aquil. l. item Mela. §.si plures. Vel dicendum est,quòd semper vnus liberat alium : quia semper obstat exceptio , quòd non consequutus est interesse suum : & si dicit,quòd calumniosè agebat, non auditur, quia allegaret turpitudinem suam,quod esse non debet: vt l.si seruus plurium.§.1.inf. de leg.1.sed quomodo si actio salua sit, potest dici,quòd sit consequutus interesse,imò cõsequutus est pœnam, & ad pœnam est apta nata competere hæc actio l.Aquil. & ideò videtur dicendum, quòd vnus non liberet alium, vt not.sup.l.proxi.§.pe. Vel dicendum est, quòd si ex pluribus eximentibus vnus fuit debitor vocatus,& conuentus, quòd ille soluendo liberet alios, aliàs non, vt dictum est supra in prima quæstione. Non ob. de eo per quem factum est. l.1.§. si plures : quia ibi actio non est in totum pœnalis , nec apta nata est competere ad pœnam,licet aliquo genere pœnalitatem contineat. &
7 sic refert, aut † actio est merè & totũ pœnalis,vel apta nata competere ad pœnam, vt actio l. Aquil.& tunc vnus soluendo non liberat alios, ne delicta remaneant impunita, vt l.ita vulneratus,ne talis actio diuersoiure censeatur,ar.supra de vsuc. l.eum qui:aut non est merè pœnalis in totum,vel apta nata ad hoc,& tunc licet aliquid pœnalitatis respectu conuenti habeat, vt dictal. 1.§.si plures. vel respectu agentis , vt de calum.l. hæc actio. & tunc vnus soluendo liberat alios, ita dicunt gl. Sed contra prædicta videtur, quia l. dicit, quòd si plures committunt delictum,ratione cuius nascitur actio merè & in totum pœnalis,vnus soluendo liberat alios, vt infr.si fa.fur.fe.di.per totum. Solut.ibi deliquerunt plures,qui sunt de eadem familia. Sed cõtra hoc est suprà de iurisdi.om.iudi.l.si familia. Sol.ibi nõ communicato consilio deliquerunt, vel ibi speciale in albo prætoris,propter eius maiestatem contemptam vindicandam, vt dicit gl. Item contra prędicta videtur, ꝙ etiamsi delictum committatur,cuius actio non competit merè pœnalis ex vtraq; parte,vnus soluendo non liberat alios,vt inf.quod vi aut clam.l.semper.§.si quis.& si communi consilio. Præterea quòd vno soluente, alter non liberatur,probatur: quia sic est in re merè persequutoria:ergò multò magis, vbi ex vna parte tantùm est pœnalis, vt infr.de fur.l. qui re.§.1. Ex prædictis videtur, quòd distinctio glo.non procedat. Sed ad omnia cõtraria tollenda,& ad pleniorem notitiam, cum quæritur, an pluribus delinquentibus vno soluente, alij liberentur,distinguendum est secundum Dy. aut delictum est tale, cuius ratione mera pœna imponitur ex parte actoris & conuenti: aut est tale delictum,cuius ratione imponitur pœna ex parte alterius tantùm. Primo casu refert:aut deliquerunt plures sub vno nomine, vt vna familia , vnum collegium, vel vniuersitas: & tunc solutio per vnum facta,liberat alios,quia videtur perinde,ac si vnus deliquisset, vt infr.si fa. fur. fec.di.per totum:aut deliquerunt vt singuli, distincti sub diuersis rationibus , & tunc siue communicato consilio, siue proprio animo deliquerunt, quilibet tenetur insolidum,nec vnus soluendo liberat alium, vt sup.de iurisdi. om.iudi. l.si quis id.§.vltimo, cum l.se.& infr.ad l.Aquil.l. Item Mela.§. plures. & infrà de fur. l.vulgaris.§. si duo. Se-
8 cundo casu quando delictum † est tale, cuius ratione imponitur pœna ex parte vnius tantùm: tunc refert: aut communicato consilio,aut proprio animo deliquerunt. Si communicato consilio,vno soluente liberatur alter,vt inf.ꝙ vi.aut clam.l.semper.§.si in sepulchro,secundo respõso. Si ꝓprio animo deliquerũt, tunc subdistingue:

stingue:aut concurrunt in idẽ tempus,tunc vno cõuento,alter liberatur,vt inf.de eo per quem factũ est l.1.§.si plures.& inf.de his qui.deiec.l.perceptione.& d.l.semper.§.in sepulchro. ver.si cùm.vel si de diuersis temporibus, tunc vno soluente alter non liberatur, quod patet:quia ibi agitur rei persequutoria,in qua vno soluente alter nõ liberatur, vt inf.de furt.l.qui re. Ergò multò magis, si ex altera parte est pœnalis, vno soluente non
9 liberantur alij,vt dictũ est sup. Tertiò † quæro,si extraneus eximens actione, ex hoc edicto conuentus,vtrum cõueniri possit debitorẽ,& ista quæstio plana est : quia si debitor non est liberatus , vt hac l.non conueniet eũ. Præterea ꝓpter suum dolũ & suum delictum soluit.ergò,&c.vt inf.de peti. hęredi.l. nec nullam.§.pe.& ita determinatur in gl.inf.de re iudi.l.si quis ab alio.§.1.Quar
10 tò & vltimò quęritur, † si sunt plures eximẽtes,& vnus sit exactus,an habeat regressum cõtra alium , & vtrum per solutionem eius alij liberentur, necnon, & si liberentur, habeat regressum, vt infrà de ijs qui deie.vel.l.si verò.§. cùm autem. Dic si ex facto alieno sit, aliàs non Gl.tamen dicit, quod aut agitur ex vero maleficio, & tunc vno soluente,non liberantur alij:aut ex quasi maleficio,& tunc sic eodẽ modo distinguitur in liberatione,vt not.inf.de ac.& obligat.l.ex maleficijs.§.is quoq;. ex cuius cœnaculo & inf.nau. ca.l.vl.§.seruorũ.& idem dicit Dy.in lectura sua,insti.de ac.§.1.& videtur assignare differentiam inter obli.ex delict. & inter obligati.ex quasi delicto,vt patet ibi per eum.

RVBRICA VIII.

Qui satisdare cogantur,&c.

SVMMARIA.

1 *Præceptum cui per rerum naturam quis parere non potest, nunquid sit alicuius momenti? & nu.7.*
2 *Casus fortuitus contingens ante morã,liberat promissorẽ. Secus si contingat post moram. nu.3. & 11.*
4 *Mors naturalis & ciuilis æquiparantur, & nu.8.*
5 *Exceptio quæ competit reo, statu mutato , vtrum competat fideiussori? & nu.9.*
6 *Homo sisti promissus,si ante diem exhibitionis moriatur,an teneatur qui promisit?*
10 *Casus in re danda, nunquid liberat promissorem à promissione pœnæ?*
12 *Reum si quis promiserit iudicio sistere certa die sub pœna: tum si moriatur reus ante moram , vtrum committatur pœnalis stipulatio?*
13 *Promissum ædificandi domum factum , & factum promissum sistendi in iudicio, æquiparantur.*
14 *Reus vocatus ad iudicium , qui non possidet immobilia, an teneatur satisdare?*
15 *Reus qui promisit iudicio sisti certa die, si non steterit die promissa, contracta est obligatio ad interesse, tamen si intra tres,pluresue dies comparuerit , purgat moram.*
16 *Reus conuentus ad pœnam promissam , & sic ad interesse in taxatum:si velit excipere,nunquid audietur?*

QVia sub hoc titulo situantur quædam leges, quas singulariter intendimus prosequi, modò est necesse vt videamus continuationem huius tituli ad præcedentes,& quidam continuant hoc modo. Quia in ius vocati debent interdum satisdare, vt inf.eo.l.sciẽdum. ideò subijcitur hic Rubrica, qui sa.da. co. verùm quia sunt quædam quæ iuramento suo committuntur, vt inf.vlt.l. Item & suæ promissioni,quando pars hæc admittit, vt not.inf.l.1. de his etiam dicit.

SI DECESSIT. Lex ista continuatur ad pri.l. sequentis,in cuius lectura tenebo ordine coniuctũ. Primò enim dividam.ponam casum,& literaliter expediam. Secundò,signabo contraria & dissoluam. Tertiò & vltimò, quæram & determinabo. Venio ad primum, & dico quod l. nostra cum l.sequenti diuiditur in quatuor partes. secunda pars incipit ibi;

natoris ingenium non euadit. Secundò op. dicitur hîc, quòd † præceptum contra mortuũ iocũ non habet. Sed contra, quia lex dicit, q̃ de crimine contra hæredẽ mortuum valet inquiri, & transit in hæredẽ hæredis, vt inf. de fidei. lib. l. cùm quæritur, in prin. Sol. dicit gl. quæ est hîc, quod ibi latum fuit decretũ pro mortuo, & ad eius fauorem, scilicet, vt iura patronatus conseruentur hæredi. vnde transit in hæredem hæredis mortui: quia sibi prodest. Hîc latum est contra mortuum, vnde transit hîc, vt sibi noceat. Dicer gò, aut decretũ fertur pro mortuo: aut contra defunctum. Primo casu tenet, vt in contrario. Secundò nõ valet, vt hîc, & infr. quæ senten. fine ap. rescin. l. pe. & idẽ inf. no. de re. iur. l. Neratius. Sed ista sol. non valet vnã muscam, quia secundum eam iudicium claudicaret, quod esse non debet, vt inf. de arbi. l. cum dies. §. pe. & resultaret inæqualitas, quæ in iudicijs reprobatur, vt C. de fru. & lit. ex. l. vlt. & de proxi. sa. scri. l. in sacris. Quare ista sol. nõ placet. alio modo soluit, q̃ ibi est speciale fauore libertatis, ar. inf. de re. iur. l. libertas. & hanc solut. tangit gl. in dict. al. pe. inf. quæ sen. fine ap. re. Sed ista sol. est peior, quàm prima: quia in l. contraria, quia quòd sit data libertas, nihil lucratur hæres, cui iura patronatus referantur: & ideò non ibi est speciale fauore libertatis. Dicas ergò quòd hæc loquitur in sententia vel præcepto, ibi loquitur in decreto iudicis, & sic alius est casus, ratione diuersitatis: quia in sententia non cõtrahitur nisi inter partes, ex quasi contractu. & oportet vtranq; partem esse in rerum natura, vt inf. de iudi. l. de qua re. §. vltimò. & de fide. com. liber. l. cum quasi. Sed in decreto non sic: quia decretum magis respicit rem, quàm personam certam, vt patet, cùm iudex decreuit rẽ posse alienari: hic magis respicit rem, quàm personam. Sic quando iudex decreuit libertatem competere seruo, & iura patronatus reseruat, in rem magis excipitur tale decretum, quàm in personam. Sic intelligitur d. l. cum quasi, secundum Pe. Alij vt Ia. de Ra. dicunt, quòd ideò non transit in hæredem, quia hæc promissio, de qua hîc loquitur, est personalis, id est, de persona certa. & personalia non complectuntur hæredes, quæ sol. quantũ est ad hanc l. potest procedere: sed proxima superior generalior est. Tertio opp. dicitur hîc, q̃ 8 † paria sunt, mortuum esse naturaliter, & mortuum esse ciuiliter, vt hîc in fi. l. Sed cõtrà, quia mors ciuilis non æquipollet naturali, & sic op. inf. de ver. obli. l. ex parte. §. in insulam. Ista est via brocardica, sed quantũ ad præsens attinet, dicendũ est, q̃ mors ciuilis æquipollet naturali in ijs, in quibus per eã idẽ repræsentatur effectus: Secus vbi non idem resultat effectus, sicut in casu nostræ l. Nã in ciuili mortuo non potest cadere exhibitio, sicut nec naturaliter mortuo, etiã mors ciuilis æquipollet naturali. Sed in casu contrario cadere potest in ciuiliter mortuo, date re ad quã se obligauerat promissor: & sic non æquiparatur, ar. C. de do. inter vi. & vxo. l. res. Quartò op. & ista op. respicit quartam partẽ, quæ est in prin. l. se. Dicitur hîc, quòd exceptio quæ competit reo principali, statu eius mutato, non competit fideiussori. Sed contrà. infr. si quis cau. l. sed & si quis, in prin. Contrarij huiusmodi timore variatus est per antiquos patres nostros Doct. intellectus principij huius l. Nã quidam habent in litera, nõ. vt dicat, si non. p̃ non condemnato, &c. alij habẽt, siue non, secundũ literã negatiuam respondetur: q̃ hîc fuit condemnatus, postquã debuit exhiberi, & post moram in l. contraria respondetur eodem modo: quia hîc fuit condemnatus post morã, & ibi si non pro condemnato, exponi debet, p̃ condemnato, nũc scilicet post promissionẽ factam de iudicio sisti. & post morã exhibitionis. & isti intellectus nõ placent: qa secundũ hoc minus idẽ poneret hîc, q̃ posuit in l. præcedenti proximè, & sic nugatorie repeteret idem & superfluè, quòd esse non debet: quia in in iure nostro nihil est nugatorium, nihilq; superfluum, vt no. C. de no. Codice compo. circa medium. Alij volunt legere hoc, per signum, ponendo casum, videlicet, vt dicamus, pro condemnato, condemnando: & qui decesserit condemnandus, intelligũt post moram exhibitionis. Iste intellectus laborat eodem vicio, quo superiores. Probatur sic: Legendo offenditur litera, & in dubio non est à verbis recedendum, vt inf. de excer. l. 1. §. si qui nauem ibi, in re dubia, & propterea etiam non ille intellectus placet: imò magis displicet. Tu ergò dicas, quòd reus condemnatus fuit in certa summa pecuniæ: & de illa dedit fideiuss. apud Prætoriam, deinde condemnatus capitaliter fuit prædictus reus, cui etiam incœpit competere sibi exceptio, non tamen fideiussori prodest: quia status rei mutatus est. Sic intelligit Pe. princ. huius l. cuius intellectus placet & C. de fideiusso. l. 1. Sed nunc quomodo respondebimus ad contrariam l. infr. si quis cau. l. sed & si quis in princ. quæ dicit, quòd exceptio competit fideiussori, statu principali mutato. Certè dicendum est, quòd mutatio status rei non facit in l. ista, quòd impossibile fit fideiussori implere quòd promisit, videlicet soluere pecuniam, pro qua fideiussit. Sed in l. contraria mutatio status facit impossibile, quòd impleat quod conuenit, videlicet, exhibere reum deportatum. Vnde exceptio prodest fideiuss. Sed si mutatio status rei tollit exceptionem fideiuss. iam factum eius nocet sibi, quod est contra l. infr. de pœn. l. vltima. Ad hoc respondeo, quòd sibi cœpit competere exceptio aliunde, quàm mutationem status: & ideò ad plenioré notitiam cùm 9 dubitatur, nunquid † mutato statu principali rei competat exceptio fideiussori? Distinguendum est: aut cœpit competere exceptio fideiussori, ne factum rei sibi noceat, vt inf. de pac. l. vltima. inf. eo. tit. leg. sciendum. Si cœpit competere ante status mutationem, tunc refert: aut erat tale debitum siue factum, quod potest impleri, non obstante mutatione status: & tunc exceptio competens principali, non competit fideiussori, vt infrà de fideiuss. l. capitis. & C. de fideiussor. l. 1. & l. si indebitam: aut erat debitum vel factum, quod impleri non potest propter status mutationem: & tunc refert, aut mutatio contingit ante moram: & isto casu competit exceptio fideiussori, vt infr. si quis cau. l. sed si quis, in prin. aut mutatio rei contingit post morã: & tunc non competit sibi exceptio, vt sup. l. proxi. circa fi. & ita distinguendo saluantur prædicta iura. Glo. tamen distinguit alibi, inter contractus & iudicia, vt in contractibus mutatio status non prosit fideiussori, vt C. de fideiuss. l. 1. sed in iudicijs prosit, vt suprà l. proxi. & infrà si quis cau. l. sed & si quis, in princ. & ita not. C. de excep. tio. l. defensiones. Ratio diuersitatis inter iudicia & contractus est: quia in iudicijs obligatus est ad faciendum, & in contractibus ad dandum. Sed talis ratio nulla est: quia sequeretur absurditas, vt qui reus esset obligatus ad faciendum domum, & mutasset statum: quòd fideiussor non teneretur. Item si esset obligatus ad dandum, & mutauerit statum, quòd fideiussor non habeat exceptionem: & ideò reiecta prædicta differentia distingue, vt suprà. Sumus expediti de contrarijs: veniamus ad quæstiones. Primò circa l. istam quæro. L. ista loquitur in iudicijs, quid in contractibus? ponamus sic in facto. Titius promisit mihi Stichum dare certa die, & si non daret, promisit mihi pœnam. Nam ante diem est mortuus Stichus promissus, venit prætereà dies: nunquid liberatus est Titius? Videtur quòd non: quia difficultas præstationis non liberat promissorem, vt vt inf. de verb. oblig. l. continuus. §. illud. Econtrà videtur quòd sic: quia sic est in iudicijs, vt hîc. ergò idem in contractibus: quia iudicia quasi contractus sunt: ergò, &c. v. infr. de pecu. l. 3. §. illud scribit. Glossa quæ est hîc determinat, tamen cum dubio, fortè quòd non sit liberatus per l. infrà de verbor. obligat. l. in illa stipulatione. Sed contrà dicit glossa alibi, vt infrà de ver. obligat. l. si homo. in princ. glossa pro qua facit expressè. infrà de constitut. l. qui autem. §. si quis, & de verbor. obligatio. l. inter stipulat. §. fit rem. vbi dicitur, quod casus † in re danda liberat promissorem à promissione pœnæ. Quid dicemus? Odof. in hac quæstione distinguit: aut pœnalis stipulatio incœpit à conditione præcedente, aut incœpit à præcedente cõuentione. Primo casu, si Stichus moriatur ante diem, non liberatur à promissione pœnæ, promissa, vt d. l. in illa. Secundo casu 11 † si Stichus moriatur ante moram, liberatus est à pœna. l. vt dictis ll. & sic glossa quæ est hîc, quæ fuit Azo, malè dicit. Sed glossa quæ est in d. l. si huiusmodi. quæ Io. fuit, est vera. ideò est, quia à præcedenti conuentione incipit stipulatio, Stich. promissus in obligatione principaliter, cui principali obligationi accedit pœnalis obligatio. & accessorium debet regulari secund. naturam principalis, vt inf. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. & infrà de iniur. l. cum posit. Nunc ita est, q̃ per mortẽ Stichus reus liberatà principali, vt inf. de ver. obl. l. si ex legati cã. ergò & à pœna. At vbi stip. pœnalis incipit à præcẽti conditione, tunc non est Stich. in obligatione: cùm pœnalis possit accedere: & ideò Stichus, quia non est in obligatione, eius interitu non liberat promissor. Nam non potest esse liberatio, vbi non est obligatio. & pœnalis stip. committit adueniente die, vt d. l. in illa. & hoc tenet ibi Dyn. qui scripsit hoc apertius extrà de re. c. nemo potest ad impossibile. li. 6. Iac. de Ra. non stat simpliciter in sententia prædictorum, imò dicit: quòd qñ incipit pœnalis stipu. à præcedenti conuentione, q̃ tunc interitu speciei, promissa añ moram non liberatur, promissor: imò distinguendum est, aut species, promissa interijt casu fortuito: aut facto alterius. Primo casu verũ est, quod dicit Io. & sequaces sui. Secũdo casu, aut ex tali facto datur regressus contra primentem: tunc non liberatur, arg. l. si quis cau. l. fi. Videtur ergò secund. eum, si seruus, promissus tali casu moriatur, q̃ ex eo nullus datur regressus: tunc liberatus est, promissor pleno iure, ver. gra. qa lapis ab aëre concitatus vel commotus, eum intuẽtem interfecit. Si mortuus fuit tali casu, in quo datur regressus: vt quia facto alterius sine cã interfectus est, tunc non liberatur, promissor ipso iure: quia ipse habet actionẽ suam, q̃ saltẽ cedere tenetur. & ex hoc mouetur p̃dictus Iac. de Ra. sed Pet. indistinctè dicit, q̃ liberatur pleno iure promissor. adeò q̃ etiam actionẽ cedere: vel coruum, vel canẽ dare iure, promissorum, si aliter fuisset, promissum nõ teneatur. 12 Secundò quærit, dicitur hîc, q̃ si † aliquis, promisit reum iudicio sistere certa die sub pœna: quod si moriatur reo ante moram, non committit pœnalis stipu. Sed pone q̃ promissor se in tantum arctauit: quòd si semper curreret, illum non posset sistere illa die: tamẽ contingit eum mori ante diem casu fortuito, nunquid tunc committetur stip. pœnalis cum effectu? Dicit gl. quod hoc factum duo habet in se, scilic. diem & conditionem, scili. si tunc viuat. Ex eo ergò quòd cõditionale est, statim debet agi: cùm sit certum, iam conditionẽ defectam esse culpa vel mora. Sed ex eo, quòd in diem est, expectari: & hoc patet, vt inf. de ver. ob. l. in illa. & l. cùm stipulatus sum mihi à Proculo, & l. insulam. Ista verba sunt gl. quæ vario modo intelligitur per modernos Doctor. Dicunt enim quidam moderni iam quibusdam temporibus, quòd Iac. de Ra. dicebat ex eo, quòd ista promissio habet diẽ, debet expectari, vt l. cõmittatur stipulatio pœnalis cum effectu. & hoc præualet. & ita intelligunt quòd hæc glo. loquitur, & hoc tenet Petr. Alij moderni dicunt, quod hoc nouissimè præfatus Iac. renuit, quod stipulat. pœnalis efficax committatur adueniente die, & ita quòd gloss. dicit, quòd debet expectari, &c. intelligit, scili. vt tunc committatur pœnalis stipulatio cum effectu, & hæc opinio est magis amica gloss. quam etiam Odofre. videtur tenere. Sed quia vrgentiorem rationem habet, debet obtinere. vnde benè est, vt videamus iura & rationes vtriusq; partis. Deniq; sequatur, quod magis est est verum, pro vltima opin. Iac. præfati & aliorum, qui hoc tenent, scilicet, quòd efficax stipulatio committatur, videtur l. expressa. Ecce ca. tur, quòd si aliquis, promisit mihi domum facere: & si non fecerit, promisit pœnam, & ita se arctauerit, quod non potest intra Calend. domum facere, & ideò post tale arctationem prorogaui sibi diem, nihilominus tamen pœna cõmittitur contra eum. Ergò, &c. vt inf. de ver. obli. l. cùm stipulatus sum mihi à Proculo. Prætereà & hoc, p̃batur sic, sicut per interitum speciei sit liberatus debitor: sic si quis impediatur propter vim fluminis, vel aliam tempestatem: an

habebit exceptionem? L. dicit quod non, quando sibi imputari possit. Sic est in casu, ppõsito. Item qui in tantum se arctauit, quod parere suæ promissioni non potuit, vt inf. si quis cau. l. 2. §. si quis. Tamen contrarium pro alia opinione, quam tenet Pe. probatur sic: quoties pœnalis stipulatio incipit à præcedenti conuentione vestita, non potest prodesse mihi, nisi reo existente in mora implendi, præcedente conuentione, vt inf. si cer. pet. l. lectura. §. sed fortis. Modò ita est, vbi quis promisit Stichum Bononiæ sistere: mora cõtracta est in diem. Item, sub conditione, si non stat, promisit pœnam, nec potest in mora constitui, nisi dies venerit, vt inf. de verb. obli. l. si pupillus. Ex hoc arguitur in casu proposito, tamen quia tantum se arctauit, quod non potest illa die Stichũ sistere, conditio extitit: si dies non venerit, & ideò cùm dies non venit, potest ante interpellari: nec in mora constitui. Ergò si mortuus fuit Stichus, iste casus fortuitus, qui contingit ante moram, liberat promissorẽ, vt in effectu pœnalis stipulatio non committatur, arg. inf. de verb. oblig. l. in illa. & inf. si quis cau. l. si eum. §. homo sisti. & ita quòd hîc dicit glossa debet expectari dies, scili. quantum ad excusationem promissoris. & hoc præualet, secund. istum intellectum. Sed huic sententiæ, & huic conclusioni videt expressè cõtradicere, præal. l. cum stipulatus sum. Sed ad hoc respondetur, quod ibi est alius casus diuersus. Nam ibi est in obligatione factum successiuum, vnde refert: aut est in obligatione factum successiuum sic dictum, quod non momento, sed per successionem temporis completur: aut est in obligatione factum momẽtaneum, quia momento completur. Primo casu, non committitur pœna cum effectu: quia obstat exceptio per rationem, quam suprà dixímus. Secundo casu committitur: ratio est, quia in facto momentaneo non est tempus certum ad incipiendum, vel mediandum, vel perficiendum, nisi quatenus ab homine præfigitur. Ergò cùm non habeat tempus expressum ab homine, nõ potest in mora constitui, sed in facto successiuè promisso, licet nunquam fuerit tempus ab homine præfixum, habet tamen diem & tempus ordinatum à l. Nam debet incipere & mediare cum potuit, aliàs in mora est, vt inf. de ver. obli. l. stipulationes non d. §. vlt. Dices tu modò, quod per istam responsionem debet concludi contra Petr. in hoc casu. Nam factum est successiuum, non momentaneum: quia nullus posset vno momento ire Bonon. Ad hoc ipse respondet, verum est, quod ipsum ire Bononiam vno momento, est impossibile. sed ipsum sistere, vno momento potest fieri. licet enim & hîc versetur factum successiuum: tamen forma obligationis est factum momentaneum, scilicet, ipsum sistere, quod momento potest expediri: & nos sic debemus intelligere illud, quod est in forma obligationis, aliter sequeretur, quod omnis stipulatio dandi diceretur stipulatio faciendi: quia dari non potest sine traditione, quæ est facti, vt C. de pact. l. traditio. cùm nos iudicamus stipulationes pœnales, hoc q̃ est in forma, vt probatur insti. de stip. ser. §. sed cùm factum. coniuncta. l. si seruus cõmunis meus & tuus. infr. de stip. ser. Quam ergò opini. tenebimus? Certè si quis vellet tenere opini. Iac. quam per rationes & iura satis ostendit, p̃babilem esse, videtur sibi obstare, q̃ dicitur de casu tẽpestatis, quæ nõ excusat eum, qui se arctauit, vt d. l. 2. §. si quis eum. inf. si quis cau. cum ibi fuerit dies apposita, vt patet ibi, dum dicit, cur nõ multò aut profectus est ante, quàm dies, promissionis veniret. Prætereà 13 l. videtur † æquiparare factum promissum ædificandi domum, & factum promissum sistendi in iudicio, vt inf. de ver. obli. l. insulam. Et sic videtur dicendũ, quòd in casu nostræ quæstionis expectatur dies ad obligationem efficacem: quia istud videtur potius factum successiuum, quam momentaneum, vt d. l. insulam, & habet tempus inchoandi, vt & illud habet, & p̃cõsequens, contrahitur mora per arctationem tanti temporis: quo non posit exhiberi in iudicio. Sed dices tu modò aliud, quando facto successiuo: quale est istud, secundum opi. communem: tũ non debet cõmitti pœna in totum, imò

tantum pro illa parte, scil. inchoandi, vt d.l. stipulationes non diuiduntur. §. vlt. Sed ad hoc respondeo, quod stipulatio committitur pro parte, quando non est promissi pœna in totum. Vbi est promissa pœna: tunc quia pœna est vniformis, & loco totius interesse interponitur, ratione partis eius tota committitur. & hoc, pbatur sic. Certum est, quod qñ iudicatum solui promittitur, dicitur, pmittere, imò defendi. & si in mora fuit inchoandi, tota stipulatio iudicatum solui committitur, ex eo quod verbū sonat, vt inf. si quis cau. l. & si post tres. & inf. iud. sol. l. iam tamen. §. in hac. & l. cùm quærebatur. Vnde refert, an in facto successiuo sit apposita pœna necne. Tertiò quæritur, cùm quis certa die promisit stare in iudicio, contrahitur obligatio ad interesse, vt sup. l. 2. §. fi. & inf. de verb. obl. l. quoties. Sed quid petetur, & quid probabitur? De hoc est magnum iurgium inter prædictos Doct. Dicit enim Ia. de Ra. quod probabit, quod tm̃ petebat actor, vt puta 10. & quod reus promisit iudicio fisti. Istis probatis, sufficienter ostensum est de interesse. Vnde actor petet 10. Quæ petebat nomine interesse, & probabit quod 10. petebat, vt dictum est, & sic intelligit sup. e. l. 2. in fi. & l. 3. circa fi. ibi, quantum res esse intelligitur & ibi, quanti erat natura actionis. & hoc vult sentire gl. quę est in d. l. 2. in fi. sup. eo. quæ dicit, quod interesse venit, quod principaliter petebatur. & ista opi. pro-
14 batur sic: L. dicit, quod † reus vocatus ad iudicium, qui non possidet immobilia, tenetur satisdare, vt sup. e. l. 1. & inf. e. l. sciendum. Sed si hoc esset, quod deberet, pbari verum debitum: iam fideiussoris promissio non impetraret obolum, & sic nō esset interponenda talis cautio, vt inf. vt le. no. l. hæc stipulatio. §. dignus. quia ergò interponitur, sufficit probari solùm, q̃ tantùm fuit petitum. Præterea hoc probatur formali ratione. L. dicit,
15 quòd † si reus qui promisit iudicio fisti certa die, nō steterit die promissa, contracta est obligatio ad interesse: tamen si intra tres pluresue dies comparuit, purgat moram, vt inf. si quis cau. l. & si post tres. tunc arguo, aut est contracta obligatio ad interesse, quantum probabitur: & tunc purgatio eum non releuat. Necesse est ergò dicere ad hoc, vt actor agere possit, quod sufficit, pbare tantum fuisse petitum, vt d. l. & si post tres. E contra Pe. dicit, quod debet probari verum debitum. & hoc probat sic: L. cauetur, quòd magis delinquit, qui facit quod nō debet, quàm qui non facit quod debet, vt inf. de impen. in re. do. fa. l. 1. & no. in l. 3. inf. ad Sill. Modò ita est, quod qui non admittit missum in possessionem, facit quod facere non debet: & tamen non contrahitur obligatio, ad illud quod petitum est: ergò. &c. vt inf. ne vis fi. ei. l. 1. §. hæc verba. Præterea hoc probatur, quia l. dicit, quod si reus vocatus ad iudicium non comparuit post litem conte. contrahitur eremodicium, & si inueniatur quod sit debitor, condemnabitur: & sic non absoluitur. Ergò ad verum debitum respicit, & istud venit in interesse, vt C. de iud. l. properandum. §. si autem ex gestis. Præterea & ante li. conteſt. & secundo decreto non fit missio, nisi pro modo debito. Ergò oportet probari, an in veritate debi. & dic, vt inf. vt in præl. leg. l. 1. §. & in Auth. de exhib. re. §. fi verò. coll. 5. Tu dices modò, quòd ibi petitur ferri sententia, vel missio, fieri virtute libelli, seu petitionis, sed nos agimus hîc de interesse, quòd venit virtute stipulationis de iudicio fisti. Dic ergò, &c. ad hoc, quia stipulatio facta circa aliquem actum, debet intelligi secundum naturam ipsius actus. Sic & in proposito, arg. inf. vt leg. no. ca. l. 1. §. fi sub cõditione. & inf. de vsur. l. si stipulatus. Probatur, in prætorijs stipulationi. l. dicit, quòd commodius est certam summam comprehendere: quia quanti cuius q̃ interest, pbatio difficilis est, vt inf. de præto. sti. l. vlt. Item, ista stipulatio de iudicio sisti est prætoria, vt inf. de præto. stip. l. 1. & quanti ea res est, promissionem continet, vt sup. si quis in ius voca. l. vlt. Ergò commodius est, in ea certam summam adducere, vel exiguam quantitatem deducere, propter difficultatem probationis interesse. & sic concluditur, quòd non sufficit probare, quantum est debitum, sed quantitatem debitam notã. Prætereà l. dicit, quod si aliquis promisit reum sistere, qui tempore liberatus est: debet eum exhibere, vt veritas inquiratur. Ergò cum ad interesse agitur, inquiritur vtrum interfit, vt inf. si quis cau. l. si eum. in prin. Sed petitur, quæ opin. est vera? Certè dico distinguẽdum, aut promissum est simpliciter sine adiectione pœnæ. aut promissum est cum certa quantitate pœnæ, si promissum est simpliciter, tunc probandum est, quòd tantum fuerit verè debitum: & si non probetur hoc, licet probetur tantum petitum, non consequatur actor quicquam per iura superius allegata pro parte Pe. cuius in hac parte opinio verior est. Secundo casu, vbi promissa est pœna: tunc videtur partium conuentione taxatũ interesse, & iuris præsumptione in tantum interesse videtur: quare tunc sufficit probare tantum promissum esse nomine pœnæ, vt infrà de præscrip. l. 1. & sup. e. l. 2. §. fi. vbi est casus, rectè intelligẽdo, quid ibi gl. dicat. Non ob. iura & rationes, quas Iac. de Ra. pro se induxit. Primò enim non obst. argu. quòd inducebat de superuacua defensione: quia licet competent reo omnes defensiones, quæ primo competebant, tamen reo existente non soluendo, fideiussor tenetur, argum. inf. vt le. no. ca. l. 2. §. fi sub conditione. Secundò non ob. arg. quod inducebat de l. c. si post tres. quia ibi loquitur, quando fuit pœna promissa: & tunc aut reus purgauit moram, & tunc euitat pœnalem stipulationẽ, aut non purgauit: & petetur quantitas promissa nomine pœnæ: quia in tantũ præsumitur interesse, & in tan-
16 tum taxatur partium conuentione, vt dictum est. Sed pone, † reus conuentus ad pœnam promissam, & sic ad interesse iam taxatum vult excipere, quòd non inter est natura. nunquid audietur? Videtur quòd sic, vt inf. de verb. obli. l. 2. §. vlt. in hac quæstione ego dico distinguendum: aut promisit pœnam errans, aut consultè, vt si promissa sit inconsultè quantitas. 200. aur. tunc detur exceptio. Si consultè, non datur exceptio cum effectu: quia ope replicationis confutaretur, vt inf. si quis cau. l. si quis. §. vlt. circa fin. vbi est casus, & hoc fecit contra quosdam modernos Doct. de Bonon. qui temerariè loquentes aduersum Dyn. Doct. excelsum, volunt dicere, quod non sit interesse conuentum iuris præsumptione. Nam in obligatione facienda succedit interesse in obligatione post moram, vt l. si quis ab alio. §. fi. inst. de regiu. quod quidem interesse potest taxari partium conuentione, vt sup. de præto. stip. l. vlt. & ius præsumit in tantum interesse, nisi probetur contra per eum, qui contra hoc errans, vt dictum est. & sic ego defendebam tũc opin. gloss. & præceptoris mei Dyn. contra præfatos æmulos suos. De hoc suo loco plenius dicetur.

SVMMARIA.

1 *Procuratoris agentis licet sit conditio mutata, nunquid propter hoc satisdatio euanescat?*
2 *Possessio fundi de quo est controuersia, an releuet à satisdat.*
3 *Possessio rei immobilis non releuat à satisdatione.*
4 *Defensor qui defendit reum sine mandato, et dedit fidem de iudi. solui. si postea habet mandatum, fideiuss. non tenetur, num. 8. & 9.*
5 *Mutatio non est de nihilo ad aliquid.*
7 *Conditio an videatur mutata per subsequens mandatum in procuratore, qui egit sine mandato ex parte actoris, & nume. 9.*
10 *Procurator actoris sicut nihil agit de mandato: ita procurator rei nihil agit in præiudicium domini.*
11 *Conditio de aliquo ad aliquid quando committitur, est stipulatio fideiussoria.*
12 *Conditio procuratoris rei quando mutatur, non potest committi ex clausula de dolo.*
13 *Defensio potest fieri per quemlibet.*
14 *Conditione mutata ex parte procuratoris rei, non potest committi stipulatio ob rem non defensam.*
15 *Stipulatio non committitur de iure propræterito tempore, sed pro futuro.*
16 *Satisdationes probantur ex parte procuratoris actoris ad firmandum iu' ium.*

17 Pro-

17 *Promittens de iudicio sisti non tenetur post sententiam.*
18 *Rationem facere promittens, promittit soluere.*
19 *Equum venditum, si venditor promittat benè ambulare, an valeat promissio?*
20 *Stipulatio de iudicio sisti, non committitur post condemnationem rei principalis.*
21 *Verbum iuris, & verbum hominis, quomodo differant?*
22 *Promittens vel dicens vnum, vtrum videatur ea dicere sine quibus id esse non potest?*
23 *Stipulatio seu cautio de iudicio sisti, vsq; ad quod tempus possit peti?*
24 *Cautio de iudicio sisti, nunquid requiratur in omnibus causis?*
25 *Causarum quædam sunt ciuiles, quædam spirituales, & quædam capitales,*
26 *Commentariensis, qui præest custodiæ carceris, si ipsius dolo aufugiat incarceratus, qua pœna puniri debeat?*
27 *Corpus suum. an quis possit obligare pro corpore alterius?*
28 *Obligare se de directo. Item, obligare se per quandam consequentiam, quid sit?*

EVLIANVS. Quidam intelligunt hanc l. in satisdatione de iudicato solui, & ita intelligit Azo & sui sequaces. Quidam alij intelligunt de satisdatione de iudicio sisti, vt Bulg. & quidam Moderni. sed de hoc inferius videbimus. Casus huius l. facilis est, licet l. ista difficilis facta sit, ex varietate gloss. Ecce casum, prout litera iacet. quidam possidebat fundum ad me pertinentem. tu amicus meus, nomine meo sine aliquo mandato cœpisti petere ab eo istum fundum: & recepisti satisdationem ad firmandum iudicium, deinde hoc audito placuit mihi, quòd tu amicus cœpisti pro me facere, & dedi tibi mandatum, & sic mutata est conditio tua, de non habente ad habentem mandatum, quæritur, an fideiussores dati teneantur? Dicit Iul. Iurisconsult. de hoc quæsitus, quod sic. Hoc dicto, litera est plana. Nota ex
1 l. ista, quòd licet mutata † sit conditio procuratoris agentis, non propter hoc satisdatio euanescit. Concor. infrà iudi. sol. l. 3. §. 1. Ad istam l. opp. dicitur hîc, quòd possessor fundi consuetus & satisdedit. Sed contra: quia iste possidebat fundum, & ideò rem immobilem. Possessor enim rei immobilis non tenetur satisdare. & sic obst. infrà l. sciendum. Propter istud contrarium euitandum, dicunt quidam, quòd hîc loquitur de satisdatione iudi. sol. quæ præstatur ex parte rei. Sed tunc incidit in Scillã, qui voluit vitare charybdim. L. cauetur, quòd nemo suo nomine conuentus, promittit de iudi. sol. & sic opp. contra istos, instit. de satisda. §. sed hodie. Ad hoc respondetur, quòd olim suo nomine cõuentus, aut conueniebatur actione personali, & nõ satisdabat, vt infr. de noxa. l. si plurium seruus furtum fecerit. §. 1. & inf. de procur. l. sed hæc. §. defendere. & inf. ex qui. cau. in poss. ea. l. hæc autem. §. fin. aut conueniebatur reali. & tunc satisdare tenebatur, vt inf. de procu. l. in causæ cognitione. §. vlt. & inf. de fideiuss. l. si cùm hominẽ & hîc. Hodie verò suo nomine conuentus quacunq; actione, non satisdat, vt dicto §. sed hodie. Vnde hic loquitur in conuento reali actione & in satisda. iudi. sol. secundum hæc iura, secundum eos. Sed contra hunc intellectum sic instatur. Certum est, quod possessor rerum immobilium verè satisdat de iudic. sisti, vt inf. e. l. sciendũ: tunc arguo, quod non tenetur cauere de iud. sol. qa stip. iudi. sol. continet tres clausulas, scili. de soluendo, quod verbum sonat, & de dolo malo, vt absit, & de defendendo. Sed hæc vltima clausula comprehendit satisdationem de iudicio sisti, arg. præalleg. l. hæc autem. §. vlti. in fin. inf. ex qui. cau. in poss. ea. vt hæc gl. dicit. inf. de procur. l. si defunctus. §. vl. ergò, &c. Ad illud potest respondere, quòd non tenetur cauere, quantum ad illam clausulam, quæ importat illam, de iudicio sisti. sed quãtum ad aliãs sic. Sed hæc responsio non videtur bona: quia sic separaretur, quod esset impossibile, vt inf. de accep. l. accepto fuerit iata. tamen hoc tollit, quia hoc non est impossibile, cum illud aptari possit per l. quod potest aptari per conuentionem partium, vt inf. de po. l. 1. §. si conuenitur. & C. de fideiuss. l. vlt. Sed per conuentionem partium illa potest remitti: Ergò & per l. arg. C. de fideiusso. l. sancimus. & defenditur iste intellectus Azo. per quosdam Modernos. tñ non potest defendi, vt patet per d. l. si cum hominem. Sed qualitercunq; admittetur iste intellectus, scil. quòd hæc l. loquitur de satisda. iudi. sol. non placet Iac. de Ra. nec Pet. de Bel. per. quia sermones exigendi sunt iuxta l. materiam, vt infr. loc. l. si vno, in princi. & inf. de vsur. l. si stipulatus. Sed ista l. posita in materia de satisdatio. iudi. sisti. ergò, &c. quare secundum eos, intellectus vul. est verus, vt hæc l. intelligatur de satisdatione de iudicio sisti. Sed huic intellectui videtur obst. infr. eod. l. sciendum. §. si fundum. vbi videtur, quòd possessor fundi nõ satisdat. Respondeo, verum est, quòd non satisdat possessor fundi, de quo fundo non est controuersia: secus est, si de illo fundo possessio est causa, vel controuersia sit, supr. eo. tit. l. de die. §. quidam autem. Ita hoc intelligunt. Hoc non placet gl. imò
2 dicit, quòd † possessio fundi, de quo est controuersia, releuat à satisdatione, & intelligit, quòd in prædicto §. quidam autem. satisdedit sponte. Sed hoc non probatur aliqua l. imò est quædam diuinatio secund. Ia. & Pe.
3 Vnde veritas est, quòd † possessio rei immobilis nõ releuat à satisdatione, vt hæc l. & d. §. quidam. & hoc plenius explicabo in d. l. sciendum. Secundò opp. dicit hîc, quòd mutata conditione procura. non euanescit satis-
4 datio. contra, qua l. dicit, quod vbi † defensor defendit reũ sine mandato, & dedit fidem de iudi. sol. si prætereà incipiat habere mandatũ, fideiussor non teneret: quia mutata est eius conditio. & sic op. inf. iudi. sol. l. si ante, in fi. Eodem modo ob. inf. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. 1. §. vlt. siue intelligatur hæc l. in istis iud. sol. siue in iudic. fisti, prout stipulatio de iudicio sisti cõprehenditur sub clausula de defendendo, quæ includitur iudic. solu. vt dictum est sup. proxim. Sol. dicit gloss. hîc loquitur, vbi contingit mutatio in personam procuratoris actoris. Iura contraria loquuntur, vbi cõtingit mutatio in persona rei. Ratio diuersitatis est secũdum quosdam, quia
5 mutatio est de aliquo in aliquid: sed de † nihilo ad aliquid non est mutatio, imò creatio. Modò ita est, quòd
6 † mutata conditione procurator ex parte rei potest interuenire, siue mandato ad defensionem, vt C. de procura. l, exigendi. & sic quod facit, de iure tenet, & conditionem habet, secundum hunc intellectum: & ideò si huic procuratori datur mandatum, mutatur eius conditio: quia mandatum nõ trahitur retrò, ad illud quòd iam tenet: vnde fideiussores dati ab eo liberantur. Sed
7 † in procuratore, qui egit sine mandato, ex parte actoris, non videt mutata conditio per superueniens mandatum: quia sine mandato, de iure nihil agit, vt C. de procurat. l. licet. & sic de nihil ad aliquid non est mutatio. Sed nunc cùm mandatum ei datur, incipit primò mandatum habere conditionem: & trahitur retrò sua conditio fictione iuris. Contra istam rationem instatur, quòd vbi conditio procuratoris ex parte agendi in re aliqua, fit mutatio eius, non liberet fideiusso. obligatione, vt patet in coniuncta persona, quę habet agere sine mandato, vt infr. de procura. l. sed & hæ. Vnde si egit, prætereà suscipiat mandatum: fideiussores ante dati tenerentur, vt inf. iudi. solu. l. 3. §. 1. Ad hoc respondet, vbi coniuncta persona agit pro coniuncta, fit mutatio conditionis per subsequens mandatum: quia coniuncta persona non agit sine mandato de iure, nisi habeat ratum, vt infrà de procurat. l. Pompon. §. vltimo. Et ideò
8 † ratihabitio vel mandatum non mutat conditionem eius: quia primò nullam habebat conditionẽ de iure: ac procurator ex parte rei defendit sine mandato, imò & contra mandatum. l. solutione. ff. de sol. & sic est aliqua eius conditio, quæ mutatur in aliquid per ratihabitionem per subsequens mandatum. Ita respondet gloss.
9 Sed hoc non est verum: † quia simplex procur. ex parte rei defendit contra mandatũ, vt in Auth. vt omnes obe. iudi. pro. §. si verò. & in d. l. solutio. Nam procurat. simplex in

plex in rem suam non est procura. imò dominus, vt no.
10 inf. de procur. l. non solum, in princi. Prætereà, † sicut procurator actoris nihil agit sine mandato: ita procurator rei nihil agit in præiudicium domini, vt C. de procur. l. licet. & ideò sicut in procuratore actoris ratihabitio retrotrahitur, sic in procuratore rei retrotrahitur in præiudicium domini, vt inf. de iudi. l. licet. Prætereà,
11 † vbi conditio de aliquo ad aliquid commutatur, est stipulatio fideiussoria. & ideò hæc ratio in qua, vt fertur, multum laborauit Ia. But. nō valet vnam muscam. Alia ratio diuersitatis in glo. videlicet, quod ex parte agendi semper est persona certa, cui acquiratur obligatio, siue à procuratore in dominum, vel contra: vel à procuratore in seipsum fiat mutatio, nihil est, quod minus stipul. committatur, sed ex parte defendendi non sic: quia ex persona procuratoris rei impossibile est stipulationem committi. & hoc ostenditur sic. Qui promittit iudi. sol. tria promittit, scil. quòd verbum sonat, & dolum abesse, & rem defendi, vt infr. iudic. solu. l. iudicatum solu.
12 Modò ita est, quod quando † mutatur conditio procuratoris rei, non potest committi ex clausula de dolo: quia dolo nihil facit procurator, si dominus transfert iudicium. Item nec ex clausula ex defendendo, quia ni-
13 hil † refert, per quem fiat defensio, dum tamen fiat, vt inf. iud. sol. l. 3. §. pen. versi. ob rem. Prætereà qui promittit iud. sol. videtur promittere defendere arbitrio boni viri, vt inf. de procur. l. procur. §. vlt. Sed bonus vir non arbitraretur, vt defenderet in iure domini, ar. inf. de procur. l. sed & hæ. §. defendere. Item nec pro illa clausula, quam verbum sonat: quia videtur promisisse soluere, q̄ iudicatum fuerit in suam personam, nō in aliam, vt inf. iud. sol. l. cum quærebatur. §. fi. & l. cum apud. Ista est secunda ratio quam gl. ponit. Sed contra eam instat: quia
14 hoc modo ratio ista dicit, quod † mutata conditione ex parte procuratoris rei, non potest committi stipulatio ob rem non defensam: quia non refert &c. Sed hoc esset verum, quando impletur illud quod ꝓmisit, videlicet, vt defendatur, & non quando non impleretur: vt quia nec per se, nec per alium defenditur, & mutatur procuratoris cōditio: aliàs actor esset delusus. Et si dicis, quod hoc non arbitraretur bonus vir, scili. vt procurator inuito domino defendat, potest responderi, quòd procuratoris mutatio facit fidem, vt obligentur procu. futuro tempore per mutationem. Sed non facit, quod fideiussores non remaneant obligati, ad illud quod promiserunt: etiam si committitur stipulatio ob rem non defensam, ex quo nullus defendit, vt inf. iudi. solu. l. 3. §. si reus, & arg. inf. de ædil. edict. l. iustissimè. in fin. Nec est
15 † mirum, quòd pro præterito tempore committitur stipulatio, sed pro futuro non, vt aliàs infr. de leg. 1. l. apud Iul. §. hæres. & de vsuf. leg. l. quæro. & ideò ista ratio non est sufficiens. Alij reddunt aliam rationem, videlicet, ga non mutatur conditio personæ ex parte procuratoris rei. Ideò non committitur stipulatio: quia cautum est pro persona certæ conditionis, sc. ꝓ non habente mandatum. vnde mandato prætereà superueniente, vel alia mutatione, videtur conditio personæ & iudicium mutatum, & aliud iudicium in alia persona videtur mutari. Ergò stipulatio non debet committi, vt inf. iud. sol. l. 3. & l. cùm apud. Sed ex parte actoris non est inuenire ali quam personam, per quam satisdatum fuit, si non acto
17 ris procurator satisdet de iudi. sol. sed ei satisdatur. & sic non conditio dantis, sed recipientis satisdatio mutata
18 est, & ideò mutatio recipientis non debet prodesse fideiussori: quia non pro ipso, sed pro alio apud eum interuenerunt: & si hoc esset, iam sua mutatio ei noceret, sed in reo non possum dicere quod noceat, imò prodest, ex quo nō tenētur fideiussores, quos ipse dedit. Propterea nō est inuenire iudicium nouum, sed quod incœptum est, continuatū videtur, & non mutatio. Ergò dicamus, si agenti pro aliquo sine mandato ꝓmissum est de iudi. sol. & dominus prætereà ratum habebat, quòd nihilominus committitur stipulatio, cùm non sit inuenire fideiussores non obligatos pro alio, sed pro eodem: q̄is mutata sit conditio personæ eius, apud quem interuenerunt. Et ista ratio fuit Dyn. quam posuit in d. l. si aũt. & aduerte, quia ipse dicit, quod mutata persona procuratoris actoris, non videtur nouum iudicium, sed illud quod incœptum est continuatum: sed mutata persona procuratoris rei sit. Vnde hic posset quæri etiã, cur tàm maximè non habetur, quod ratihabitio retrotrahatur ex parte vtriusq̄, vt supr. dixi. cùm est eadem instantia iudicij. Prætereà † ex parte ꝓcuratoris actoris præstantur aliæ satisdationes, ad firmandum iudicium: in qbus
16 est eadem ratio, &c. vt inf. dicetur. Quid ergò dicemus? Certè gl. benè dicit, quæ est hic, & nō assignat rationes sufficientes: licet benè soluat contrarium, tamen nescit sicut ille qui benè cantat per naturam. alibi, vt in dic. l. si autem. glo. sufficienter assignat, vbi tradit rationem, q̄ hîc non potuit videre. Dicendum est ergò ad solut. contrarij, sicut hîc dicit glos. videlicet, quod hîc loquitur in procuratore actor. in l. contraria loquitur in procurat. rei. Ratio diuersitatis est, quia factum meum mihi præiudicare debet, nō alij, vt inf. de re. iu. l. non debet. Cùm ergò reus mutat conditionem sui procuratoris, non est conueniens, vt iterum satisdet: Imputet enim sibi, qui hoc facit, licet vbi mutat actor conditionem procuratoris sui, tunc factum suum non debet præiudicare. Dicit gl. & benè, in d. l. si autem. Aduerte ergò, quod hic dicit, quod hîc loquitur in procura. acto. ibi in procur. rei: licet hoc sit verum, tamen non sufficit hoc, necest ratio diuersitatis, quod procu. rei satisdet de iud. sol. sed procur. acto. non: quia idem esset in ꝓcur. acto. quando cauisset de rato, vel de defendēdo in causa recōuentionis, vt l. Pomp. §. rati. & l. seruum. §. ait Prætor. inf. de procur. vel de lite prosequenda, vt C. de Epis. & Cler. Auth. generaliter. Nam tunc non committeretur stipulatio, si mutaretur eius cōditio. Sed est ratio diuersitatis illa, videlicet, quia mutatio contingit hîc in persona stipulantis, sed in l. contra. contingit mutatio in persona ꝓmittentis. Vel propriè dicitur, soluendo contrarium, quòd hîc loquatur in persona procura. acto. Verum est, quia procura. acto. hîc stipulatus fuit. In l. contraria loquitur in procur. rei. verum est, quia procur. rei satisdedit. idem esset, ac si satisdedisset procurator promittentis, hoc facit, quicunq̄ sit, vt dictum est per Iac. de Ra. & Pet. Expeditis contrarijs, veniamus ad materiã huius quæ tractat de satisdationibus iudicialibus. Primò ergò circa gl. Hîc quæro, quia reus de iudicio sisti. & de iudi. sol. satisdat in casu secundum hæc iura, vt hîc, & inf. eo. l. sciendum. Sed actor ex illa persona non satisdat de aliquo. Quæ sit ratio diuersitatis? Respondeo, in promptu est: quia reus præsumitur fugere, & ideò fugitiuus appellatur: Sed actor non, quia fatagit peruenire ad suum, vel sibi debitum: & ideò cùm de præsentia acto. præsumatur, non de præsentia rei, reus oneratur satisdationibus istis, vt C. de iudic. l. properandum: Sed iure isto hodie tenetur actor cauere de lite prosequenda, vt C. de Epis. & Cle. Auth. generaliter. Secundò quæro, quando reus debet promittere de iudicio sisti, quibus verbis, ꝓmissio & satisdatio fieri debeat? Dicunt quidam, quòd debet promittere reus, quod faciet rationem, & fideiussor quod faciet reum facere rationem: & si ita, ꝓmittit, sufficit, prout ar. supr. de off. proconsl. obseruare. §. proficisci. Econtra videtur, quod non sit ita promitten
17 dum: quia † promittit de iudicio sisti, non tenetur post
18 sententiam, vt inf. de fideiuss. l. græcè. §. post lit. contest. sed † qui promittit facere rationem, promittit soluere, vt in d. §. proficisci. Ergò, &c. & istud est verum. Quid ergò dicemus? Certè refert: aut quis ꝓmittit pro se iudicio sisti, aut promittit pro alio. Si pro se, non est dubium: cùm factū suum promittat. Si pro alio, dicunt quidam, quòd debet ꝓmittere, quòd talis in iudicio sistet. Sed videtur, quòd talis ꝓmissio non valeat: quia si promittit factum alienum, vnde non obligatur, vt infrà de ver. oblig. l. stipulatio ista, in princip. & ideò dicunt alij, quòd debet promittere se facturum & curaturum, &c. quòd tunc promittit factū suum: & tunc tenet. Sed primi dicunt contra, quod est verum, cùm in quibusdam stipulationibus fallit, vt in prætorijs stipulationibus, de qui-

bus est ista stipulatio, de iudicio sisti, vt patet inf. de verborum obligatio. l. quoties. & not. glos. insti. de inutil. stipul. §. si quis alium. Petr. dicit, quòd non fallit: quia vbi promittit factum personæ, vt rei, vel promittit factum personæ impersonaliter, valet, quod videtur mihi verum, & ideò in hac quæstione, cùm quæritur, per quę verba debeat fieri promissio, dicas: aut promittit quis factum proprium, verbi gratia: promittit quod in iudicio sistet: & tunc non est dubium, quod sic promittendo fit obligatus, vt not. suprà de in ius voca. l. vltim. aut promittit factum personę, vt rei. aut vt factum personę. Si promittit factum personæ, vt rei. Verbi gratia, promittit quis seruum venditum benè bibere &
19 comedere. Promittit quod † equus benè ambulat, & his similia: & tunc benè valet promissio, vt inf. de pœn. l. non est possibile. & infrà de euict. l. si ita. Si promittit factum personæ, vt factum: tunc aut promittit personaliter, aut impersonaliter. Si promittit personaliter, verbi gratia, promittit quis reũ in iudicio sistere, & tũc non valet, vt promittat pœnam, vt in l. stipulatio ista. Si verò promittit impersonaliter, verbi gratia, quod promittit talem reum in iudicio sisti: tunc persona contrahitur obligatio. Ratio est, quia quod factum impersonaliter promittit, potest referri ad suam personam, & sic valet, vt infrà de verbor obliga. l. quoties quis, & iudi. sol. si reus. & argumen. infrà de reb. dub. l. quoties. Tertiò quæritur, & ista quæstio iam fuit de facto: quidam conuentus, qui non possidebat immobilia, satisdedit, & fideiussor promisit per ista verba, promitto tali reo iudicio sisti: & facere alia, quæ sunt facienda in iudicio. Postmodum reus principalis condemnatus
20 est actori, nunc actor vult conuenire fideiussorem, nun quid potest? Videtur quod non: qua † stipulatio de iudicio sisti, non committitur post condemnationem rei principalis, vt infrà de fideiusso. l. græcè. §. an ergò. Econtrà videtur, quod possit eum conuenire: quia hic promisit plus facere, scilicet, aliàs facienda, alia quæ facienda sunt in iudicio. Ergò, &c. vt infrà de verbo. significa. l. verbum facere, & infrà de vsur. stipulatus, & inf. de leg. 1. l. si quando in prin. Sed contra hoc, quia reus suo nomine conuentus, non satisdedit de iudic. sol. vt insti. de satisdat. §. 1. & dixi sup. circa primam opinio. Ergò fideiussor non debet in plus teneri, quàm reus teneatur, vt dicta l. græcè. §. illud. Prætereà verba in dubio prolata debent referri ad ius: cùm ius dicat, quòd nemo suo nomine conuentus tali satisdatione caueat, vt d. §. 1. Ergò, &c. vt infr. de verb. oblig. l. continuus. §. cùm quis. Quid dicemus? Dico quòd ista quæstio est dubia, quando reus sic promitteret, & si fideiussisset: quia l. cauetur, quod cautio quæ interponi non debuit, iure interposita committitur, vt inf. fa. ercis. l. qui erat. & infrà de dam. infect. l. damni. tamen videtur distinguendum, aut est certum quòd erroneè: aut quòd ex certa scientia, vt inf. si quis cau. l. sed & si quis. §. vltim. In dubio dico recurrendum ad ius, vt suprà dixi. Quartò quæritur, prout hæc stipulatio intelligitur, iudi. sol. promittitur hoc modo, promitto soluti iudicatum. Sed
26 nunquid tenet? Dixerunt quidam, quod non, & mouebantur ita: iudicatum solui est verbum iuris, quod in se continet tria per interpretationem iuris, non vi verborum, vt inf. iudi. sol. l. iudicatum sol. Sed iudi. sol.
27 est verbum hominis, & ab homine prolatum, ideò ius non datur vltra, quam ipsum verbum sonat. Sed non sonat nisi soluere iudicatum. Ergò per ista verba sic prolata non est sufficiens cautela. & hoc probat à simili: Bon. poss. est nomen iuris: poss. bon. est nomen facti, & aliud significat vnum, & aliud significat alterum. Primum enim (sicut dixi) sonat ius, vt inf. de bon. pos. l. cum hæredes. Ergò † differunt inter se verbum iuris, & ver-
21 bum hominis. Hoc similiter patet, in verbis, quæ pronuntur in pactis resolutorijs. Nam si dicatur, res sit inempta, est verbum iuris. Si dicatur, res ad me pertinet, est verbum hominis, & aliud significat vnum, & aliud reliquum, vt patet, C. de pact. inter empt. & vend. l. 3. & inf. de in diem adict. l. 2. & de dona. l. 1. circa prin. hic &

in casu nostro. Alij dicunt, & ista est veritas, quod talis stipulatio tenet. & idem importat promittere iudi. sol. & sol. iudi. licet frequentius l. vtatur vno verbo, quàm altero: tñ & quandoq̄ transponit & vtitur. l. tali verbo transposito, vt inf. de pæto. stip. l. 2. §. incertum. Non ob. quod dicunt primi, quod cum ista verba transponunt, sunt verba hominis: & non significant ista tria, quia respondeo, quod imò verba sunt iuris, vt d. l. 2. & important de possibilitate verborũ prædicta. quod sic ostendo: † qui vnum promittit vel dicit, videtur ea dicere, sine quibus illud esse non potest, vt inf. de remiss. l. 1. §. 1. &
22 de diuor. & repud. l. 1. & de acqu. hæred. l. illud. Modò ita est, quod iudicatum solui non potest, nisi sua defensio: & nisi dolus absit, ergò, &c. vnde licet significatio verbi propria & stricta hoc non importat: tamen eius verbi possibilitas hoc requirit. Item non obst. illud, quod dicunt de alijs verbis, quia de vi & significatione verbor. aliud est dicere, res sit inempta, & aliud res ad me pertinet: quia primum resoluit, secundum non. Nam res po test ad me pertinere sine resolutione contractus. Quin-
23 tò quæritur, † vsq̄ ad quod tempus possit peti stipulatio, seu cautio de iud. sisti? Plana & prompta est responsio, quod ista cautio & omnes aliæ quæ affirmant iudicia, peti possunt, vsq̄ ad litis contest. non post, vt inf. de procura. l. Pompo. §. rati. ver. cæterum. Sed contra C. de consor. eius. lit. l. 2. Dicendum est ergò, quod huiusmodi cautiones possunt peti post libellum expositum, vt in Auth. offeratur. de lit. contest. & not. inf. de procur. l. sed hæc. §. defendere. vsq̄ ad lit. contestationem. & non post, nisi ex causa, vt supra dictum est. Sextò quæritur,
24 nunquid † cautio de iudicio sisti requiratur in omnib. causis? & videtur quod non, quia ista cautio respicit interesse, quod non æstimatur pecuniæ quantitate, vt supr. eo. l. 2. §. vltimo: & ideò non potest interponi, nisi pro causis æstimabilibus, vt pro causis ciuilibus. Sed pro causis spiritualibus & criminalibus non. Ad hoc est
5 ad ipsum seruum causa cognita, quòd actori restituatur actio sua: & sic sententia restitutionis lata pro dño, prodest actori, quod esse non debet, vt inf. de except. rei iud. l. euidenter. Sol. dicendum est, quod sententia restitutionis lata pro domino, non prodest aduersario, vi ipsius sententiæ: quia tunc esset contra d. l. sed in vim leg. quæ vult reponen. omnia in pristinũ statum, vt C. si aduers. transact. l. 1. & 2. & repu. in iudicio in intest. restit. l. vna.
6 Quintò opp. † dicitur hîc, quòd restituitur actori actio perempta. Sed contra, quia l. dicit, quòd actio semel extincta, nunquam reuiuiscit: & sic opp. de sol. l. quæres. §. aream. Circa sol. huius contrarij multa possunt dici. Sed vt citò perueniamus ad propositum, breuiter dicunt quidam: quod actio extincta, nunquam resuscitatur eadem. Verum est regulariter, per solitum cursum iuris, sicut homo mortuus nunq; resuscitatur, per solitum cursum naturæ. tamen casualiter lex resuscitat actionem miraculosè, sicut dominus noster Iesus Christus resuscitauit Lazarũ. Ratio istius miraculi est, quia restitutio oĩa reponit in pristinũ statum, vt infr. de minori l. q si mino. §. restitutio. & C. de sen. pass. restitu. l. 1. & vlt.

stitutio iurisgent. id est, effectus constitutionis, vt instit. de iure perso. §. seruitus. & sup. de sta. ho. l. libertus. §. seruitus. Sic enim voluit intelligere Ros. Non enim fuit ita fatuus, quin bñ sciret, quod vnum est alterius cã: & causa, suum pcedit causatum. tñ negari non põt, quod impriè locutus fuit, & ideò propriè debet aliter rñderi. vñ quidam volentes, pprièe respondere, dicũt, q decretũ, put de eo q̃ritur in genere, est rei regulariter, phibitæ, in certo casu per iudicem facta permissio, vt patet exemplum in pdictis reb. minorum, q̃ regulariter alienari, phibent, licet incertis casibus pmittãtur, vt patet inf. de re. eorũ, & C. de pdñs mino. p totũ. Item patet exemplum in pñti. §. coniuncta l. diuus. inf. de ser. ru. præ. Nam regulariter, phibet, ne qs accipiat rem alterius inuito eo, vt d. l. diuus. imò perdit ius suũ, vt l. extat. & l. si qs in tantã. ff. vñ vi. Iudex tamen q̃doq; permittit, quòd quis accipiat, vt qñ quis est cõtumax, & qñ quis non defendit, vt hîc. Istorũ responsio est insufficiẽs: quia sicut qñq; permittit, ita & qñq; prohibet. Nam ex quo incipit iudex cognoscere, decernere debet, faciendũ vel non faciendum, vt inf. de re iud. l. de qua re. Dicendum est er-
11 gò, quòd † decretum est rei regulariter prohibitę, certo casu facta promissio, vel prohibitio, vt in exemplis præmissis & aliter, q̃ possunt colligi. inf. de transa. l. cum hæres, & in multis alijs ll. Secũdò quæro, dixi quid est decretum in genere: nũc quęro, qualiter diuiditur? Et hîc
12 dico, quod decretum † diuidit in primũ & secundum. Nam quoddam est primum, quoddam est secũdum. & hoc, pbatur sic: nos habemus in iure nostro mẽtionem de secundo decreto, vt inf. de dam. infe. l. si finita. §. Iul. Sed non est secundum, nisi sit primũ. Prætereà, satis expresse iura ponunt de primo decreto, si quis aduertat, in d. l. si finita, multis locis, & maximè in §. sed & si quis §. non aũt. & in §. præterea, in quibus euidẽter traditur regula ordinis. Tertiò q̃ritur iuxta hoc, cùm duę sint species decreti. s. primum & secundum decretũ, quid sit primum decretum. Hîc dixit Ros. in libello suo. & gl. in
13 d. §. si plures, quod † primum decretum, est iussus primus, siue prima missio: quod quidã reprehendunt. Sed responsum est, vt sup. vidimus in 1. quæsti. tamen quia propriè diffiniendo debet dici aliter, vt sup. dixi: Debemus igitur in hac quæstione primò videre, quid sit decretum in genere, & debemus adiungere illi diffinitioni istud verbum primum, hoc modo: Primũ decretum est regulariter, rei, phibitæ in certo casu prima missio, vel primus iussus, siue prima prohibitio. Quartò quæ-
14 ritur, quare † dicitur primum decretum? & videtur, quod primum decretum respectu secundi dicatur, vt inf. de re. du. l. qui duos. Sed non est verum, imò accipit hîc primum, per abnegationem antecedentis. Nam aliquando interponit primum decretũ, & non sequitur secundum de iure vel de facto, vt inf. patebit. & dicit primum p abnegationẽ antecedentis, sed impropriè. & secundũ contra, & ante se habet iussum de cauẽdo, vt inf. de damn. infect. l. dies. §. si intra. & ideò inconuenienter dicit primum, per abnegationem pcedentis. Respõdeo, verum est, q̃ præceditur ibi iussus de cauendo, sed il ud est de alio, nõ de eodẽ, sed de mittendo. Vñ primum decretum, est primus iussus, anteq̃ non est alius iussus in
15 eodẽ. Quintò quærit, † quo iure petitur interponi primum decretum? Quidam dixerunt, q̃ iure actionis in factum, vt inf. de præscri. ver. l. quoties. & dicunt, q̃ est casus. inf. de dam. infec. l. inquilino, & inf. ne quid in lo. pu. l. si per publicum. Sed certè licet illæ ll. videant dicere, quod cautio dam. infect. petatur iure actionis, quod non est verũ, vt ibi no. tñ hoc posito, nihil ad ppositum. vnde est dicendum, q̃ primum decretum interponitur officio iudicis, vt est expressum sup. de iurisdi. om. iudi. l. 1: Non ob. l. quoties. quia vbi nõ subest obligatio, non habet locum actio, vt infr. de aur. & arg. leg. l. quintus. Sextò quærit iuxta hoc, quod dicitur, quòd iudicis officio petitur interponi, vtrum † officio iudicis nobili, qd
16 nulli deseruit: an offi. iudi. mercenario, quòd aliqñ deseruit: interponi petetur? in hoc dixerunt qdam, q̃ petit off. iud. mercenario, vt inf. de dam. infect. l. qui bona. §.

qui damni. Alij dixerunt, q̃ quando q̃ petitur officio iudicis mercenario, aliq̃n off. iud. nobili, quòd per se principaliter implorar, & vbi principaliter aliquid petitur, siue officio iudicis, siue iure actionis: tunc si primum decretum interponit, ꝓpter cõtumaciam nõ respondentis, fit p officiũ quod deseruit, vel officio nobili, vel actioni: & sic per officiũ mercenariũ, ꝓpter ministeriũ seruiendi alteri, vt C. de vet. iur. enu. §. quartus. Si verò, ꝓpter se principaliter petit aliqd, & illud idem concedit: tunc est officiũ nobile, & hoc quibusdam tẽporibus secutus fuit Pe. Prætereà se mutauit, & dixit, quod primũ decretum semper postulat interponi officio iudicis nobili, quod nulli deseruit, & super hoc principaliter implorat, ver. gra. Citat aliquis, non comparet, conqueritur aduersarius, & dixit: domine iudex, ipse nõ curat venire: tunc respondet iudex, q̃ mulctabit eum in perti. illum, si quis in ius voc. non obtempe. Dixit aduersarius, hoc nihil ad me, & tunc debet iudex dicere: amice, si tu imploras officiũ meum, mittam te in possessionẽ. Istud est officium nobile, quod nulli deseruit, nulli de mercenat. De quo dixi sup. de iurisd. om. iud. l. 1. Septimò quæritur, à quib. iudicibus habet interponi primũ decretũ. In hoc dixerunt quidam: aut petitur interponi propter contumaciam in tali causa, in qua non põt cognoscere, nisi maior iudex: & tunc tm̃ à maiori iudice interponit: aut petitur interponi in causa, in qua potest cognoscere magistratus, & tunc magistratus Municipalis qui cognoscit de principali, potest interponere illud. Nam cui committitur principale, & eius accessoriũ, vt C. de iud. l. quoties. Isti supponunt, quod primum decretum interponatur off. iud. mercenarij deseruienti, & accidenti principali cognitioni: quod est verum, vt sup. in proxi. quæstio. dixi: & sic ex errore illo, procedit & iste error. Alij dicunt, quod iussus primus potest interponi à maiori iudice, sed secundus iussus, id est, missio rei, re ipsa non potest fieri à maiori iudice, vt infr. ad Municip. l. ea quæ, & supr. de offic. eius, cui man. est iurisd. l. cognitio. §. vlt. no. & hanc opi. plures moderni sequuntur, vt patet in Specu. in Rubrica de primo & secundo decreto. §. nunc videamus. Non obst. l. quoties. quia interpositio primi decreti non est accessorium, cum non tendat ad eundem finem decreti. De hoc articulo satis dixi sup. de iurisd. om. iudi. l. 1. & in l. iubere cauere. dic vt ibi. Octauò quæritur, vtrum hoc sit necesse interponi, quia non iudice sedente pro tribunali, quia non dicunt Doctor. quod non tribuit ius in possessione, vel proprietate, vt inf. ex qui. cau. in poss. ea. l. cum legati. & inf. de acq. poss. l. 3. §. fin. tamen requiritur summaria causæ cognitio, vt patet in l. 2. in fi. C. vbi in rem actio. & propter hoc duo necessaria concludunt, quæ interponi possunt, & iudice non sedente pro tribunali, sicut dari possunt bonorum possessiones, quæ non tribuunt ius, vt l. 2. §. dies. inf. quis ordo in bono. poss. ser. Dicitur tamen, quod interponitur in loco honesto, arg. inf. de arbit. l. si cùm dies. §. vlt. & hoc sequuntur Iac. de Ra. & Dy. Sed videtur, quod debeat fieri iudice pro tribunali sedente, vt infrà de dam. infec. l. dies. §. hoc autem iudicium, vbi dicitur, quod cautio damni infecti postulanda est pro tribunali, sedente iudice, & illa interponitur celeriter & summatim, vt C. eod. titu. l. 1. ergo, &c. Quid ergò dicemus? Dicit Pet. quod primum decretum petendum est à parte in iudicio: aliàs sufficienter non interponeretur. Sed si postulatum sit ita, potest interponi ambulando à iudice, & sic nõ sedendo pro tribunali, vt d. l. dies, in prin. vt suprà probatum est. Differentia est ergò inter postulationem, & interpositionem, secundum eum. Nonò
17 quæritur, quo † ordine, qualiter peruenitur ad primum decretum. Dicunt quidam, quòd peruenitur ad ipsum per citationem ipsius principalis, vt insti. de pœ. te. liti. §. vltim. Secundo loco, si principalis citatus non compareat, peruenire debet ad illum per citationem amicorum, vt infrà ex qui. cau. in poss. eat. l. hoc autem & infrà ex qui cau. ma. l. item ait. §. fi. & tertio loco per summariam cognitionem, vt infrà vj, in poss. leg. l. si is qui. §. fi. & §. vbi in rem acti. l. 3. in fi. Sed istorum opinionis est generalis: & ideo opus est videre circa quodlibet præmissorum. Specialiter dicunt, quòd primo loco peruenitur per citationẽ ipsius partis principalis. Certe istud est verum simpliciter, tamen dubitatur, vtrum sufficiat vnus actus citationis, vel requiratur ternus actus? Et videtur quod vnus actus sufficiat, vt celeriter & summatim procedatur. Ergò, &c. vt de dam. infe. l. 1. Econtra, videtur quod requiratur ternus actus: quia reuersus volens recuperare possessionem, refundit expen. vt l. consentaneum. C. quomodo & quando. ff. de re iudic. l. contumacia. Dicendum est, quòd aut citatus dicit, nolo venire: & tunc expeditum est, quòd sufficit vna citatio, vt infrà ex qui. cau. in poss. eat. l. Fulcinius in fi. & ibi not. glos. idem no. C. quomodo & quando iudex. l. consentaneum. in glo. quæ incipit, præsumpta, &c. Et hoc dico, quia primum decretum datur ob solam contumaciam partis: sed ad contumaciam colligendam, satis est, si dicit, nolo venire: quia in certis non est locus coniecturis, vt l. continuus. §. cùm ita. de verborum obligat. Si verò nihil dicat, vel non citatur in personam, sed ad domum: tunc requiritur ternus actus, vel vnus peremptorius pro omnibus, vt d. l. consentaneum. Secundo loco dicunt, peruenire ad primum decretum, per citationem amicorum & propinquorum, per iura prædicta, vt per hoc videtur illud, quod no. glos. inf. qui. ex cau. in poss. ea. l. 2. circa principium. & iudic. sol. l. 3. §. penult. Ego dico secundum Petr. quod regulariter sufficit citari solummodo principalem personaliter, vel ad domum, tribus vicibus, vel vna pro omnibus, vt dictum est per l. dictam consentaneum. vbi est casus, nec est opus vt amici requirantur: tamen hoc fallit fauore minoris, vbi necesse est requiri amicos. Item, fallit in casibus, vbi tractatur de restitutione concedenda: quæ quia de iure communi conceditur, facilius denegatur, vt in Authenti. de non alien. §. quia verò verisimile. & ideo cùm facilius denegetur ius speciale, quam commune in casu illo, requirendi sunt amici. Tertio loco dicunt Doctores, puenire debere ad primum decretum, summaria cognitione præmissa, vt dicta l. vbi in rem actio. l. 2. in fin. & infrà vt in possessio. legato. l. fi is à quo, in principio, & istud confitecr, tamen dubitatur, quomodo fiat ista summaria cognitio. Dixit Azo, quòd fiat per iuramentum calumniæ, argument. infrà ad exhibendum. Et hoc Speculator ponit in tractatu de primo & secundo decreto. §. 2. circa principium, & in ver. sed pone. Sed hoc videtur contra casum l. C. de bon. authori. iudi. possi. l. vltima, vbi dicitur, quòd alij creditores venientes ad commodum possessionis, debent ostendere de iure suo: & & debitum suum certum facere. Cùm ergò in hac summaria cognitione requiratur probatio debiti, & quod quis sit testis in re sua, vel committatur iuramento suo, absurdum est dicere, vt C. de testib. l. omnibus. Dicas ergò, quod requiritur probatio, saltem semiplena per vnum testem, vel ostensionem instrumenti etiam priuati, vt nota. in l. bonæ fidei. C. de iureiurand. In hoc enim versatur summaria cognitio: quia proceditur etiam lite non contestata, & proceditur extra ordinem. & in hoc concordant omnes Moderni, vt plenius nota. per Roff. & per Specu. in tractatu de primo & secundo decreto. §. sequitur. ver. sed & olim. Sed Ioan. Faciolus in tractatu suo de summaria cognitione, tenet primam opinionem saltem de consuetudine: quę consuetudo in multis ciuitatibus obtinet, vt de facto videmus. Sed vbi non esset consuetudo, secundam teneo de iure com
18 muni. Decimo quæritur, † inquantum fiat missio, & qualiter? Circa hoc distinguendum: quia refert, vtrum agatur personali materia, an reali, an mista. Primo casu subdistingue: aut agitur personali ad quantitatem, aut ad genus, aut ad speciem. Si ad quantitatem: tunc mittebatur olim in omnia bona regulariter, vt infrà ex qui. cau. in possess. ea. l. 1. & 2. & C. de bon. autho. iud. poss. l. cùm proponas. Hodie pro mensura debiti declarati, vt in Auth. de exhib. reis. §. fi verò. vnde sumpta est Auth. & qui iurat. posita super dict. l. cùm proponas. & intel-

& intellige, declarati, vt inf. dicã. Si verò agitur ad speciem, aut agitur ad speciẽ certam, aut incertã. Si ad certam speciem, si quidẽ non extat, fit missio in possess. rei petitæ, ad instar realis actionis, vt in l. ex qui. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. itẽ videamus, secundo responso, cùm eadem sit ratio in personali, cùm petitur res, quæ est in reali: ergò idem ius stare debet, vt inf. ad l. Aquil. l. illud. 19 secundum Pet. Sed Dy. dicebat, quòd olim in personali fiebat indistinctè missio in omnia bona: etiã si agebatur ad speciem certam, vt ff. vt in poss. le. l. quamuis. & sic differebat à reali, vbi distinguitur secundũ eum, latitet reus vel ne, vt inf. Sed certè videtur mihi, q̃ idem fuerit olim q̃ in reali: quia eadem est ratio, & d. l. quamuis. potest intelligi de latitante. Sed hodie nulla est dubitatio: quia etiam in rem ipsam fit missio. Si aũt agitur ad speciẽ incertã, vt in debito alternatiuo: tunc aut est electio creditoris, aut debitoris. Si creditoris est electio, tũc fiat missio in eã rem q̃ eligit, vt ff. de re. iur. l. qui potest. Si electio est debitoris, tũc si op. quia dicũt quidã, q̃ missio fiet sicut in quantitate. Nam debet æstimari effectus talis oblig. & iuxta quantitatẽ æstimatam fiet hodie missio in bona debitoris continuati, vt ff. de ver. oblig. l. eum qui certarum. Alij dicunt q̃ fiet missio in possess. vtriusq̃ rei: quia per factũ debitoris contumacis fit, quominus declaratio fiat, ergò in vtranq̃ partẽ, ꝓcedit missio, ar. inf. quorũ le. l. 1. §. vt aũt. & hoc fortè verius in hac missione, ex primo decreto. Sed in missione ex secundo, tenerem primam opi. vel etiam in primo. Prima est verior, ne plus concedat primum decretum, quia ipsa diffinitiua sententia, si agitur ad genus: tunc quia non est possibile, quòd fiat missio, in rem petitam fiet, sicut in quantitate facta æstimatione cõpetenti. Secundo casu, cum agitur reali actione, aut ad rem corporalem, aut incorporalem. Si ad rem corporalem: tunc aut dolo desijt possidere, aut non. Si dolo desijt possidere, idem quòd in personali per omnia. Si non desijt possidere, tunc aut petitur res ipsa tantum, aut petitur res ipsa cum fructib. Si petitur res ipsa tantum: refert, aut quærit de iure antiquo, aut de hodierno. Si de iure q̃ olim erat requiratur, tunc latitabatur aut non. Si latitabatur, tunc fiebat missio in omnia bona, vt infr. ex qui. cau. in poss. ea. l. 1. & l. quis. Si non latitabat, sed aliàs erat absens, fiebat missio in possess. rei petitæ tantum. vt d. l. Fulcinius. §. videamus, & l. si quis emptionis. §. vlt. C. de præ. 30. anno. secundum Dy. Sed de iure hodierno licet Iac. Columbi. idem dixerit, idem esse, vt not. in gl. sua de consuetudine feudorum, sub rub. de mili. vasallo, qui con. est. Dicendum est idem quod in personali, vt no. in d. l. Fulcinius. §. item videamus. Si aũt petitur res cum fructibus, si quidem fructus extant, fiet missio in ipsam rem & fructus. Si non extant, tunc fiet missio, sicut in quantitate facta æstimatione, vt ex prædictis probatur. Si verò agatur actione reali pro re incorporali, verbi gratia, vt pro seruitute vel libertate confessoria vel negatoria: tunc refert, aut ille qui agit est in quasi possessione rei incorporalis, pro qua agit tũc: quia non potest puniri contumaciã rei in translatione quasi possessio. nõ est locus missioni in quasi possessione, sed punitur reus in translatione oneris probandi, vt inf. de ope. no. nun. l. si prius. Nam prædictæ actiones licet sint in rem, etiam possidentibus dantur, vt inf. si ser. vend. l. sed forte. §. sciendum. aut non est in possessione talis iuris, vt infr. de dam. infect. l. à quo fundus. in acti. aut in rem prætiudicialem habet locum specialis contractus, C. de asser. tol. l. 1. §. scientes. Tertio casu, cum agitur mista actione, verbi gratia, cum agitur iudicio diuersorio per actionem communi diuidundo: tunc aut agitur ad personales præstationes, aut ad ipsam diuisionem. Si ad personales præstationes, idem tunc seruandum est, quod in personali actione seruatur, vt infr. ex qui. cau. in poss. ea. l. apud Iul. vbi est casus. Si agitur ad ipsam diuisionem, aut conuentus solus possideat, aut vterq̃. Si solus conuentus possideat, fiet missio in poss. f. partis, pro indiuiso, ad instar realis, vt in l. Fulcinius. §. idem. &. §. Celsus. & C. de præ. 30. an. l. si quis emptio. §. vltimò. Si possideat, vterq̃, tũc refert: aut absens negat præsentem esse consortem, & hoc casu punietur contumacia rei in translatione oneris probandi, ar. d. l. si prius: aut non negat consortem, imò solam diuisionem detractat: tunc mulctabitur, ar. inf. de ven. in poss. mi. Li. §. quid ergò, & insti. de offi. iudi. l. vlt. Vndecimò quæ
19 ritur, † quando possit interponi primum decretum? Certè potest interponi ante litis contest. vt patet C. de præ. 30. an. l. si quis empti. §. vlt. Itẽ potest interponi litquasi contest. vt. C. vbi in rem actio. l. 2. Item potest interponi post sententiam, vt C. qui pot. in pig. ha. l. si decreto. & infr. vt in poss. le. l. quæ, in princ. Sed licet possit sic interponi, tamen non resultat idem effectus: imò alius effectus vno tempore, & alius alio, vt videbimus circa effectũ istius primi decreti. Duodecimò quæritur, quia actor mittitur hodie in possess. pro mensura debiti declarati, vt in Authent. ea quæ est, posita. C. de bo. autho. iud. poss. qualiter † dicitur debitum declarari? Ad
20 hoc dico, quòd declarabitur in libello, & secundũ quantitatem in libello petitam, fiet missio, vt not. in dicta Authen. & qui. vel declarabitur officio iudicis, quando ad æstimationem speciei vel generis petiti iudex veniet, & insuper fiet semiplena probatio, vt dixi sup. in quæstione, qualiter perueniatur ad primũ decretum. Sed hic dubitatur vtrum actor in ista summaria cognitione iterum iurabit de calumnia, cum post litis contestationem decretum imponitur? Et dicunt de alij, q̃ quod non: cum iuramentum calumniæ non præstet nisi semel, vt Authen. hoc sacramentum. C. de iureiur. propter calum. Sed Ia. de Ra. dicit, quod in totũ iurabitur, cùm modo calumniari possit. Ergò, &c. vt infr. de dam. infec. l. qui bona. §. stipulatus. Prætereà, sicut sup. dixi, missio petitur fieri iudicis offi. nobili secundũ Pe.
21 & sic instantia: ergò, &c. † Decimotertiò quæritur, ad quid fiat missio. Et videtur quod fiat ratione tæditũ inferendi, secundum quosdam. Sed tunc esset indulgere malicijs hominũ, q̃ non est faciẽdum, vt inf. de rei ven. l. in fundo. Sed fit missio, nõ solum ad tæditũ, imò vt affectus reus tædio veniat responsurus, vt inf. in poss. l. is cui. & intellige responsurus, quandoq̃ verbaliter, quandoq̃ realiter, vt inf. patebit. Decimoquartò quæritur,
22 in quib. † causis fiat missio ex primo decreto. Respondent quidã, q̃d in omnibus, q̃d intelligi debet, in omnibus, in quib. potest fieri miss. Sicut enim aliquę cau. in quibus non est locus missioni, vt dixi sup. in diuersorijs iudicijs, & idẽ in multis alijs de quib. no. in Spec. sub tra. ẽtatu de primo & secundo decreto. §. restat videre. Sed circa hoc dubitatur, quid in causæ querelæ inofficiosi testamẽ. quam q̃stionem inueni per Ia. Bal. tractatã, sed nec sufficienter tractatã, nec determinatam. Videamus ergò nos, qd iuris? & certè videtur hoc cõsiderando ante omnia, vtrũ mota querela, videatur intẽtata hęreditatis petitio. De qua quæstione tractatur in l. qui de inofficioso. inf. de inoffi. test. & secundũ illos qui dicunt quod sic, expeditũ est. & secundũ alios, qui dicũt quòd non, quorũ opinio approbatur, remanet dubitatio: & tunc fortè considerandũ est, an possit intentari succesfiuè, vt not. in d. l. qui de inoffic. & tunc si tali modo interpretetur, ꝓcedet missio in bonis hæreditatis, quemadmodum procedit, cùm agitur hæreditatis petitione, vt inf. ex qui. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. idẽ Celsus, & l. in possess. eo. tit. Sed si non intentatur, vel non potest intentari: quia hæreditatis petitio est actus legitimus, qui non recipit conditionem neq̃ diem, vt inf. de regu. iur. l. actus, remanebit adhuc dubium. quid dicemus? quidam dicunt, quod non fiet missio, sed procedetur etiam lit. non contest. ad sententiam. sicut aliàs fit, cùm agitur contra hæredem rogatum per fideicommissarium, vt C. ad Trebel. l. sancimus. & inf. de mino. l. in causæ. §. causa. & sic intelligit inf. de inoffi. testa. l. qui repudiantis. §. pe. & inf. de leg. 2. l. si seruus plurium. §. 1. & de ap. l. si per lusorio. cum li. Sed certè, quòd procedatur hic lit. non contest. nulla lege cauetur, & ideò standum est regulæ. Non obs. prædictæ leges: quia in eis non proceditur lit. non contestat. ad sententiam, vt notat.

HAY imeni ... ЧНИКОВА

in d.l. sancimus. & extrà de offi. iudi. c. vlt. & d. ll. debẽt intelligi de hærede absente, post lit. conte. sicut in cauefactionis. Qualiter ergò fiet. Certè videtur mihi, q̃ hæres scriptus cogetur respondere à iudice per seueritatẽ multæ. quæ multi fariã imponitur, vt dixi sup. si quis iusdi. nõ obtẽperauerit. quia aliter, pceditur nõ potest ad missionem: & ne plus cõsequatur actor ex primo decreto, q̃ consequeretur ex diffinitiua sententia. Quid in actione ad exhibendum? Dicunt quidã, q̃ ibi, pceditur absente reo, lit. non contest. ad sententiã, vt infr. ad exhi. l. 3. §. sciendum. Sed certè & hoc casu similiter dico non esse procedendum ad sententiã, lit. non contest. vt patet in præal. tit. l. tigni. q̃. si quis. & §. se. Quid ergò dicemus? Dicunt quidã alij, q̃ non fiet missio in rem petitam exhiberi, ne plus habeat actor ex contumacia, quam ex sententia, vt inf. de ver. signi. l. plus est. Sed fiet missio iuxta æstimationem interesse, vt inf. de in lit. iuran. l. in actionibus. Sed certè hoc non est sufficiens. Respon. q̃ actio ad exhibendum quandoq; competit ad restitutionẽ, vt inf. ad exhi. l. Celsus. §. item Celsus. & §. sed si ratos. quandoq; competit ad exhibendũ necessariò, vt eo. tit. l. gemma. quandoq; cõpetit ad vtilitatẽ tantùm, vt per totum titulum. In primo casu dicendũ est idẽ, q̃ in rei vendicatione dictum est sup. In secundo enim, cùm res non poteſt peti, nisi succedsiuè, nõ potest fieri missio in rem, ne plus operetur secundum decretum, quã diffinitiua, vt dictum est. Sed aut mulctabitur, aut fiet missio taxato interesse, sicut in quantitate. Tertio casu refert, aut agitur sola actione ad exhibendum: & id est idem, quod in proximo præcedenti casu. aut agitur simul rei vendicatione cùm actione ad exhibendum, & tunc respectu rei vendi. intentatæ fiat missio, sicut in reali dictũ est sup. & consequitur tunc actor eundem effectũm. Decimoquintò quæritur, † quid sit effectus primi decreti? Et in hoc articulo, vt sub eo expediam multas quæstiones, distinguo: aut quæritur de effectu primi decreti ante missionẽ reipsa: aut post missionẽ iam realiter factam. Primo casu, quãdo quæritur, quis sit effectus ante missionẽ reipsa, dico q̃ habet paratã executio. per offi. iudi. quod potest implorare actor, vt iudex inducat eum in possessionẽ, vt sup. de iurisdi. om. iudi. l. 1. per se, vel per nuncium suum: quia tunc ipse videtur mittere, vt infr. de consti. pecu. l. qui autem. §. fi. Plus dicũt quidã, quòd de licentia iudicis per seipsum intrare potest, & si inueniat resistentẽ: tunc enim esset recurrendũ ad iudicẽ, vt inf. de acquir. posſ. l. pe. §. fi. & C. sol. ma. l. dot. Sed cõtra. C. de exact. trib. l. missi. lib. 10. Sed dicas, vt plenius dixi sup. de iurisdi. om. iudi. l. iubere. Si aũt missus per iudicem offendatur vel repellatur: tunc habet duplex remediũ. Habet enim actio. in factũ ex speciali edicto, vt inf. de dam. infe. l. Prætor, & l. si finita. §. vlt. inf. eo. ne vis fiei. l. 1. Itẽ habet officiũ iudicis, vt eo. tit. l. si quis missus. & inf. vt in posſes. leg. l. is cui. §. missus. Si aũt quærit de effectu primi decreti, aut est quantum ad commodum præscriptionis, aut quantũ ad commodũ vtẽdi fruẽdi. Primo casu, quando quæritur de effectu primi, facta missione reipsa, quantum ad commodũ possess. aut est facta missio in actione in rẽ, aut in actione personali. & si in actione in rem, quæ oritur ex iurisdict. seu causa dominij, aut de ea, quæ oritur ex causa obli. siue conuentionis. Primo casu, est planũ: quia missus habet cõmodum possess. pleno iure, sicut dixi in d. l. si quis empt. §. pe. Secundo casu, quando quæritur de actione reali, quæ oritur ex causa oblig. seu conuentionis in hypotheca. tunc gl. nostrorũ maiorũ discordant. Nã aliqui dicunt, quòd missus in hypothec. non possidet, quemadmodum nec missus in personali. ita not. in d. §. pe. Alij dicũt, q̃ idem est q̃ in actione in rem, vt not. ff. de acqui. posſ. l. 3. §. vlti. versũ. quod aũt. Quidã Moder. tenẽt vnã opi. & quidam alteram. Nam dicũt Iac. de Ra. & Pet. q̃ missus in hypothecaria non possidet, sicut nec in personali: quia primum decretum, q̃ interponitur summaria cognitione interueniente, non debet tantùm operari, quantũ diffinitiua: quæ datur plenariè discusso negotio in hac hypoth. Sed diffinitiua non plus operatur, quantũ ad dationem possess. ergò, &c. Dy. distinguit, aut agitur contra ipsum debitorem: & tunc non possidet missus, sicut nec in personali. & in hoc casu procedit glo. quę est in d. l. si quis empt. §. pe. aut agitur contra extraneũ, & tunc possidet, sicut in reali: & sic procedit alia gl. secundum eum, & istam opi. tenent. Dicunt hæc esse quidem in actione hypothe. quæ descendit ex oblig. conuentionali: sed in ea quæ descendit ex pignore prætorio, tunc verè simpliciter nõ possidet, vt inf. de pig. act. l. nõ est mirũ la. de Ra. tenet indistinctè, q̃ missus ex hypoth. conuentionali, possideat, quemadmodũ missus ex actione in rem principali, & sic sequitur glo. quæ est in d. l. 3. §. vlti. & hãc opi. teneo. Dices modò, quòd hoc videtur absurdum: quia in hypothec. non videtur posse procedi sicut in reali, vt audiatur post lit. contesta. vel quasi post annum de proprietate, cum reuersus tamen creditor, dicendo se habere, etiam vt rem sibi obligatam, aut vt pignus, confitetur rem esse debitoris, & eius nomine possidere, vt inf. de vsuca. l. pignori. Ad quid ergò probaret de proprietate debitor, nolens recuperare possess. Sed certè imò si veniat post annũ, vel veniat post lit. conte. vel quasi debet probare de proprietate, si velit recuperare possessionem. Nam aut est actum hypothec. aut contra debitorem, aut contra ipsum extraneũ. Si cõtra ipsum debitorem, & tunc non auditur volens recuperare possessionẽ, nisi probet de indebito, vel q̃ res erat obligata: & ita probat de proprietate, id est, de iure pignorum. Sed contra extraneum, tamen extraneus non recuperat, nisi probat de vera proprietate, secundum eum. & ita vtroq; casu habet natura realis actionis. Nõ ob. q̃ dicit Pet. q̃ non debet primum decretum tantum operari, quantum diffinitiua. quæ non operatur tantum. Nam si tantũ operaretur, nõ audiretur de proprietate. Idem dicitur in iure secundo casu, quando fuit facta missio in personali. Dicunt quidam, vt Iac. de Ra. quod si facta fuit missio in rem petitã, idẽ est quod in reali: quod non placet, quia nullo iure probatur. Alij dicunt quod realiter, siue in rem petitam, vel ex quantitate in bona fuerit facta missio, non possidet aliquo iure, vt infr. de acqui. posſ. l. 3. Fallit in casu. infr. vt le. seu fideiuss. no. caue. l. post quam. §. 1. secundũ quosdã. Sed credo q̃ ibi non fallat: quia sicut ante appellationẽ nõ habuisset possessionem pendente, vt ibi dicitur. Secundo casu principali, quando quæritur, quid sit effectus primi decreti, facta missione, reipsa quantum ad cõmodum actionis: & tunc aut quæritur de actione in factum, quæ descendit ex interdictis: aut de actione reali, quæ descendit ex pignore Prætorio, Si de reali præmissa, tunc si quidẽ facta fuit missio ex personali actione, planum est, quod competit hypoth. quia in rem suam nemini cõstituitur pignus: vt inf. de reg. iur. l. nec ex Prætorio. Si quæritur de actione an factũ, quæ descendit ex interdictis prædictis generaliter, vel simpliciter, pro defensione missorũ in possess. per iudicẽ: & certũ est, q̃ actio in factũ ex illis interdictis cõpetit, sicut actio descendẽs ex interdicto, ne vis fiat ei, quæ generaliter prodita est ad tuendos, & etiam restituendos missos in possess. per iudicẽ, vt infr. ne vis fi. ei qui in possess. l. 1. per totũ. & no. inf. de pig. l. si is. §. 1. & sic actio, quę descendit ex edicto de dam. infec. l. dies. §. duos. & l. Prætor. §. meum. Decretalistæ dicunt, quòd habet conditionem ex l. de pigno. prętio. vt no. magister Ber. extrà, de dolo & contu. cap. cùm contingit, ad fin. magnæ gl. Sed hoc non placet, cùm conditio. ex l. sit subfidiaria, & non datur vbi alia cõpetit, vt inf. de condi. ex le. l. vni. & hoc eadem ratione non placet, quòd detur conditio in factũ subsidiaria. Et ita intelligitur d. l. si is qui. § 1. Aut quæritur de interdictis quæ dantur possessoribus, vt de interdicto vnde vi, vel vti possidetis: & & tunc si facta fuit missio ex personali, planũ est, q̃ non datur actio in factũ ex illis quæ non cõpetunt, nisi possessoribus. sed missus in personali, nõ possidet ciuiliter vel naturaliter, vt inf. de acquir. posſ. l. 3. §. vlt. & infr. ex qui. cau. in posſ. ea. l. cum legati. ergò, &c. & infr. de vi. & vi ar. l. 1. §. hoc interdictũ. & vti posſ. l. si duo. §. creditores. Si aũt fuit missio facta in reali: tũc quia missus possidet secundum omnes, vt d. l. si quis emptionis. §. pe. inf. de dam. infec. l. à quo fundus. planum est, quòd prędicta interdicta, & actiones ex eis descendentes competunt. Tertio principali casu, quando de effectu primi decreti quæritur, quantum ad commodum retinendi & compensandi, aut missus est ex reali aut ex personali. Si ex reali: aut ex ea, quæ oritur ex causa dominij, aut de ea quæ oritur ex causa obligationis, siue conuentionis. Si ex ea, quæ oritur ex causa dominij facta fuit missio in rem petitam, tunc aut non fuit lis contestata, vel quasi. & hoc casu, si venit reus intra annum, missus nõ habet ius retentionis, nisi ratione expensarũ, quibus refusis, & præstita satisdatione, de defendendo, debet eam rem restituere. aut est lis contestata vel quasi, vel lapsus est annus, & tunc habet ius retentionis, quousq; reus veniens probet de proprietate, vt d. l. si quis emptionis. §. pe. & dicta. à quo fundus. & C. vbi in rem actio. l. 2. quo probato, restituitur res cum fructibus regulariter. Fallit in casu, vt infr. dicam, si lis fuerit contestata & lata sententia: tunc non auditur aduersarius, probare volens de proprietate, secundum lac. de Ra. vt C. de iud. l. properandum. §. fin autem. Si facta fuit missio ex actione reali, quæ oritur ex iure obligationis, seu conuentionis, vt ex hypoth. tunc videtur institutẽ, q̃ sit locus retentioni, vt inf. fami. er. l. is consequenter §. vlt. & C. de vsufru. l. per retentionem. Sed videtur contra. infr. scilicet, ex qui. cau. in posſ. ea. l. hæc aũt in fi. & dict. l. si quis emptione. §. pe. & C. de bo. autho. iud. posſ. Authen. & qui. In hoc articulo videtur mihi per omnia idem, q̃ in reali modo dixi, videlicet, q̃ si facta fuit missio ex hypothecaria ex lit. contest. vel quasi: tunc aut redit intra annum, aut post li. cõte. vel quasi, vel anno elapso: tunc non auditur, nisi velit debitor probare de indebito, vel q̃ res non sit obligata. & sic de iure pignoris, vt extraneus de proprietate, vt dixi sup. in proxi. præcedenti membro. Si lata fuerit sententia diffinitiua, tunc non audietur in perpetuum, sicut in reali modo dixi. Si verò sit missus ex personali: tũc aut quæritur de commodo retentionis aduersus ipsum debitorem, aut aduersus alios creditores. Si aduersus ipsum debitorẽ: tunc aut est facta missio ante diffinitiuam, aut post. Si ante diffinitiuam, tunc dicunt quidam, vt Iac. de Ra. quòd aut fit missio propter contumaciã non venientis, aut propter contumaciam non soluentis. Primo casu, habet ius retinendi, quousq; sibi satisfaciat, vt in posſes. le. l. is cui. §. Imperator, & §. qui legatorum, ver. q̃ si ex cõstitutu. ne circa fin. vbi loquitur in primo decreto, si benè respiciatur, licet magister Ber. dicat, q̃ in secundo decreto loquatur, vt no. per eum extrà, de dolo & contu. cap. contingit, in gl. magna. quod non est verum. Mihi aũt videtur dicendum, q̃ aut missio ex primo decreto in personali, facta est per contumaciã non venientis, ad cauendum vel satisdan. & tunc procedit, q̃d missus nõ habet retentionẽ expens. factarũ in iudicio, vt d. Auth. & qui. vel factarũ circa rem, vel ratione dãni futuri sibi, vt d. l. is cui. §. 1. & no. eo. tit. l. pecuniæ. §. fi. vel ratione satisda. de defendendo, vt d. l. hæc aũt in fi. Aut est facta propter contumaciam non soluendi, cessando cõparere, vt euitetur solut. & tunc pro debito non puro, & idẽ iuris est. aut pro debito puro, vel cuius dies posteà cessit. & hic refert: aut debitum est liquidum, vel de proximo liquidandum. & dico, q̃ missus habet ius retentionis ex pig. prætorio, donec sibi solutum sit, vt ff. fam. er. l. & is consequenter. §. pe. & de pig. l. si is. §. 1. & d. l. si is à quo. §. Imperator, ver. satisdationis, &c. & ibi not. in glo. Si debitũ quod est compensandum, non est liquidum, vel de proximo liquidandum, tunc non habet ius retẽtionis, nec compensandi fructus. & hoc probo: quia in multis legibus dicitur, quòd si legatarius est missus in possess. causa legati seruandi, nõ prius de possessione debet discedere, antequam sibi fideicommiss. vel legatũ soluat, aut eo nomine satisfactum fuerit, vt ff. pro hærede. l. 2. in princ. & vt in posſ. le. l. pecuniæ. §. vlt. & hoc dicit per rationem, quæ in d. §. vlt. ponitur in tex. videlicet, vt quod si integra res fieret, in possess. non mitteretur, cùm discedere à possess. debeat. Ergò cum integra re offerendo satisfact. hæres conuentus, euitat satisda. quæ prętatur pro legato non puro, & quandoq; etiam pro puro, vt ff. vt le. no. ca. l. etiam, in princ. Sed si oportet soluere, vt ex debito puro & liquido: tunc si habet missus ius retentionis ex pignore prætorio, donec sibi soluatur, vt quòd integra res fieret, &c. & fructus prius computat sibi in debitum. & hoc dico arg. d. l. si is à quo, in princip. quia eadem est ratio ex parte iam missi, quæ est ex parte conuenti ante missionem. & eadem est ratio in creditore & in legatario. Ergò idem ius esse debet, vt infr. ad l. Aquili. l. illud, per iura allegata. Si autem fuerit missio facta post diffinitiuam sententiam latam de soluendo, tunc expeditum est: quia retineat, donec soluat, sicut dixi, in reali. per l. properandum. §. finautem. & quia res iudicata pro veritate est, vt in reg. iuris. ergò, &c. Aut quæritur de commodo retentionis aduersus alios creditores prætereà venientes: & tunc, aut sunt eiusdem tit. aut diuersorum. Si eiusdem ti. non gaudet missus commodo retentionis insolidum: sed alij creditores veniunt simul cum eo, vt C. de bo. autho. iu. posſ. l. vlti. Si sunt tit. diuersorum, tunc retinebit insolidum. quia præfertur eis, vt infr. vt in posſ. le. l. is cui. §. post quam. & C. qui po. in pig. ha. in l. 2. vbi de hoc plenè in lectura. Quarto principali casu, cũ quæritur de effectu primi decreti, quantum ad commodum præscriptionis. & hîc refert: aut facta fuit missio ex reali, aut ex personali. Si ex reali, tunc dicit gl. quòd missus præscribit spacio 10. vel 20. anno. quia posſidet, vt nota. C. vbi in rem actio. l. 2. sed quidam moderni Doc. vt Ia. de Raue. & Pe. hoc non approbant: quia præscriptio longi temporis non currit sine titu. vt C. de præscri. lon. tem. l. diutina. Sed primum decretum non dat titu. quia nec dat dominium, si conuentus fuisset dominus. Ergò nec dat causam vsucapiendi, nisi vbi non esset dominus, vt infr. de contrahen. emp. l. clauibus. & not. inf. de dam. infec. l. prætoris. Et sic dicunt, quòd non præscribit longo tempore, sed longissimo tempore, sicut quo tempore præscribit omnis possessor, quantumcunq; sine titu. vt C. de præscri. 30. anno. l. cùm notissimi. l. sicut. Intelligo quòd incipiat præscriptio, quãdo facta est missio ante li. con. vel quasi post annũ: quia tunc irreuocabiliter posſidet. & de hoc spatio longissimi temporis, loquitur etiam Dy. in l. à quo fundus. inf. de dam. infec. in additione sua. Sed in l. si finita. §. si plures. pertranfit solummodò recitando glo. quæ est in d. l. 2. Quid ergò dicemus? Certè qui volunt defendere glo. dicunt, quòd lapsus anni est loco secundi decreti. Item cum statim posſidet, illa talis missio est loco secundi decreti statim, quantum ad cursum præscriptionis: cum secundum decretum aliter non possit interponi. Vnde sicut annus, qui facit irreuocabiliter possessorem, est loco secũdi decre. & lit. con. quæ facit idẽ, statim in loco secundi decre. ista sunt derisoria, quia annus non est loco secundi decre. licet hoc dicant decre. vt videbimus infr. circa secundum decre. & ideò cum nullo iure caueatur, dicunt q̃ glo. malè dicũt, secũdum prædictos Doc. Si verò missio facta sit ex personali: tunc non præscribit tempore longo, sed præscribit tempore longissimo 30. anno. secundum gl. vt no. in Auth. de intro. & ex. re. §. si verò. & Auth. & qui, posita super l. cùm ꝓponas. Sed prædicti Doct. hoc reprobant: quia missus ex pri. decre. in personali non posſidet, sed detinet tantũ, vt ff. de acqui. posſ. l. 3. §. fi. & l. pro hærede. l. 2. in prin. Ergò non potest præscribere: quia sine posſ. vt ff. de vsuc. l. fine, & istud credo q̃ sit veritas. Dicendũ est ergò, q̃ in personali missus, habet pignus prætoriũ: nec præscribit creditor, qui habet pignus ex cõuentione, vt inf. de præscript. 30. anno. l. malè. nisi à tempore cuius non extat memoria: quia tanto tempore tollitur omne ius, vt l. nũquam. §. 1. l. thesaurus. ff. de acqui. Sed qui volunt defendere, q̃ maiori tẽpore excludatur debitor, dicũt q̃d non præscribit dominiũ rei, sed cũ debitor veniet, obijciet sibi, q̃d res est sibi obligata: & si debitor offert debitũ, dicet tunc missus: amice, ego præcipiũ iuri offerẽdi, sicut dicere potest creditor pignoris conuentionalis,

tionalis, vt dicit gl. C. de an. ex. l. 1. §. 1. Sed certè per hunc modũ nõ excludetur debitor: quia sicut ego dixi in l. cum notissimi. §. 1. ius offerendi quando q̃ est facultas, quando q̃ est formatum. Est facultas in persona debitoris: quia facultatẽ habet, quando vult offerre pecuniam, & pignus luere: & tali facultati non præscribitur. Est enim ius formatum in persona secundi creditoris, & tunc præscribitur, vt d. §. 1. Sunt & aliæ rationes, quas ibi dixi. & ista fuit opi. Hug. quam Ia. de Ra. & Pet. & alij, & nostri moderni sequuntur, quod est mihi visum ipsa veritas. Quinto casu, quando quæritur de effectu primi decreti, quantũ ad commodum vtendi, locandi, & fruendi, dicendum est, q̃ aut fit missio, ꝓpter cõtumaciam non respondentis, aut ꝓpter contumaciã non soluentis. Primo casu, ipse vult colere, vel vacare ad colendũ: dummodò sine fraude, creditor potest facere. Si tamen debitor non vult colere, vel locare, tunc colit vel locat missus. Fructus tamen collectos nõ conseruat debitor, sed conseruare debet eos missus, & vendere, quando conseruari non possunt, & pretium custodire, vt inf. vt in possess. legat. l. is cui legatorũ. & de bo. autho. iud. poss. l. in venditione. §. 1. & l. prætor, in prin. & ibi not. & per hoc expedita est quæstio, vtrum solus missus debeat tenere rem, in qua est facta missio, vel debeat simul tenere secũ debitor: quia si est res immobilis, planum est, q̃ simul tenent, vt d. l. si is à quo, in princ. & d. l. si finita. §. si quis aũt. & §. si. vbi si est res mobilis, erit penes missum, vt d. §. is cui legatorũ. Secundo casu, quando fuit facta missio propter contumaciã nõ soluentis, tunc ipse missus, si vult colere & frui, auditur inuito debitore. vt d. §. is cui legatorum, vlt. respon. & ibi no. & fructus computat sibi in debitũ, vt ea. l. is cui. §. Imperator. & §. q̃ri poterit. & ideò dico, quod in primo casu, quando dies solutionis debiti cessit & fit liquidũ, vt sup. circa commodum retinẽdi iure pigno. dixi, nam etiam in primo casu dicendum est, culturã, & fruct. cõpensationem, & cõputationem ptinere ad ipsum missum eadẽ ratione, vt d. §. Imperator. & §. is cui, in d. l. lega. & ibi videt not. circa prin. in 1. glo. vbi dicit idem fieri de his fructibus, quod fit de illis. Sed illi cedunt in solutione debiti, sic & isti, quod intelligendum est, cum dies solutionis cessit. Casus est inf. de pig. l. si is. §. 1. & de solut. l. Titia. Sed vltra hoc dubitatur de duobus, primò dubitatur, quia missus potest locare & colere, vtrum ad hoc arctetur in uitus? Et videtur quod sic, quia creditor qui habet rem obligatã apud se, tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, vt C. de pig. act. l. 2. & de partu. pig. l. 2. Sic ergò & iste, qui habet ius oblig. realis ex pig. prætorio. Idem videtur quod non teneatur, sicut non tenetur missus ex primo decreto refulcire domos, vt inf. de dam. infe. l. si finita. §. si quis dam. infec. Ergò imputandũ est ipsi debitori, negligenti rem suã. In hoc artic. dicit Ia. de Ra. q̃ aut fructus sunt maturi, aut nõ. Primo casu arctatur aut colligat, vel locet colligenda. vt inf. de bon. autho. iudi. poss. l. prætor. §. est prætereà. Secundo casu non tenetur colere vel locare, & ita intellexit iura de hac materia loquentia, sed videtur, q̃ etiam vbi fructus non sint maturi, teneatur locare & colere, vt d. l. in venditione. §. de cætero. quoꝝ re. &c. vbi loquitur de seruis locandis & inuentis, & alijs rebus quæ locari possunt, quæ si non fuerint locatæ missus tenetur, vt d. l. prætor. §. prætereà. Vnde videtur dicendum, quod locare teneatur, donec est in possess. & si non locauit, videtur in dolo, vt dicit glo. in d. l. in venditione. §. prætereà. De quo tenetur creditor, missus in possess. ex primo decreto ad locandum. ergò arctatur, sed non ad colendum, nec ad reficiendum: quia colere & reficere consistit in sumptu, vel in labore personę: sed locare consistit in officio, & ideò vnum arctatur ad alterum, & ita intelligo ꝓdicta iura. Locando aũt vel colendo non tenetur de fructibus, vel pensione percipienda, sed de percepta, cùm fit sine dolo malo, vt d. ll. & patet in d. l. Titia. inf. de sol. vbi dicit litera. percepit ergò, &c. sicut est aliàs. C. de rei ven. l. si fundum. Nec ob. q̃ dicitur de venditore cõuentionali. quia aliud in eo, vt dicitur in d. §. si quidem, & in d. §. est prætereà. & ratio ibi colligit. Secundò † dubitatur, vtrũ missus ex primo decreto lucretur aliquo casu fructus? & certè in aliquibus casibus est planum, q̃ lucratur fructus. Primus est, vt infr. vt in pos. lega. l. pe. Secundus est, inf. de ven. in pos. mit. l. fi. tertius est, infr. de Car. edic. l. sed & si is. §. qui autem. quartus est in l. Fulcinius. §. fin. vbi loquitur in misso in peti. hære. qui lucratur fructus ex nimia contumacia. Sed circa istum casum dubitatur, nunquid sit idem in alijs casibus, videlicet, vbi quis sit missus ex mora personali actione, quidã q̃ non, vt d. l. Titia. Sed ibi fuit nimia contumacia. In hoc articulo variatur apud Doc. Dicendum est secundum Ia. de Are. q̃ si iudex expressè hoc dicat, verbi gratia, quia interponit primum decre. dicit se actorem mittere in pos. vt lucretur fructus propter contumaciam debitoris: tunc lucratur fructus, missus non solùm in pe. hę. & in actione reali, sed in personali. & ita intelligit præal. §. vlt. in l. Fulcinius. & certè hunc intellectũ videtur sonare litera illius §. vbi in quo res scripta, & hoc no. etiam Spe. in tra. de i. decre. §. restat hoc aũt. Cũ ergò iudex hoc dicit, non refert, ex qua actione facta sit missio, idem ius & eadẽ ratio sit. Decimosextò & vlti. quæritur, † nunquid ab interpositione primi decre. possit appellari? In hoc scripsit Dy. quòd non, quia est interlocutoria, quod patet: quia fertur etiam lit. non con. nec absorbet ius alterius, vt in d. Auth. & qui iurat. & ideò non appellatur, vt C. quo. ap. non re. l. ante. cum si. sed Pet. dicit & melius, quod i. decre. quando q̃ decidit totã quæst. siue totã controuersiã: quando q̃ non. Primo casu, vt quando iudex reuit rẽ pupil. non alie. vel non subesse causam, vel minorẽ non restituit: & tunc potest appellari, vt C. si sæpius in integ. re. l. 1. Secundo casu, non appel. Sumus expediti de i. decre. nũc de secũdo aliquid est videndum, circa dec. Primò quæritur, † quid sit secundum decre. Ad hoc respon. gl. posita inf. de dam. infec. l. si finita. §. si plures, quod secundum decretũ est, secunda missio. & facit pro ea in eo. tit. l. Prętoris, in prin. Sed hæc diffinitio non placuit modernis, quia missio facta est ex primo decreto, & si non fit facta, nõ est missio secũdum decretũ, sed eius executio, vt satis dictum est circa primũ, sup. eo. & ideò in diffinitione illius secundi decre. debent repeti verba, quæ sunt dicta circa primum decre. & addere solùm istud verbũ, secundus iussus, vel secunda missio, vt dicatur sic. Secundum decretum est regulariter prohibitum in certo casu, per secundum iudicis iussum, secũdum Ia. & Pe. & iste secundus iussus non est de mittendo, quia missio facta est ex primo, sed de possidendo de iure dominij vel quasi, vel alterius iuris, secundum Dy. vt d. l. si finita. §. Iul. & §. sed & si quis. & §. si quis aũt. & in §. si fortè, & in §. prætereà aũt. Non ob. d. l. si Prætoris, quia debet subaudiendo exponi, missus scilicet, & possidere iussus. Ita exponebat prædictus Dy. me audiente, & sic dicit in tractatu suo, de secundo decreto, quem posuit in præalle. §. si plures. Secũdò quęritur, † vbi secundũ decretũ interponatur? Et circa hoc videtur dicendum, q̃ interponitur in loco cõsueto, vbi ius, & vbi iudex sedeat pro tribunali: quia desiderat plenã causę cognitionem eius interpositio, vt infr. de dam. infec. l. 4. §. si fortè. ergò, &c. vt infr. de bo. poss. l. 3. §. si causa. Prætereà tribuit ius, vt inf. de dam. infec. l. prætoris. ergò, &c. vt inf. quis or. in bo. possess. ser. §. dies. Tertiò quæritur † qualiter interponatur secundum decretum? & circa hoc dixerunt quã plures Doct. q̃ iterum citabitur reus, vt eius contumacia conuincatur. Sic fit in diffinitiua: quia tunc ius aduersarij absorbetur, vt C. de iudi. l. iudices. & Auth. iubemus. & infr. de iudi. l. ad peremptoriũ. & si venerit, recuperabit possess. vel tenutã, quæ data fuit actori, restituendo expensas, præstita cautione, vt infr. de dam. infec. l. si finita. §. videamus. & §. si iam ruerãt, & C. de bo. autho. iud. poss. l. ante. qui si non veniat, præconizabitur, an sit aliquis qui ad absentis defensionem velit accedere, ar. infr. ex qui. cau. in pos. ea. l. ante, cum si. & si nemo compareat, proceditur ad interpositionem secundi decreti, vt infr. de dam. infec. l. dies. §. si fortè, & l. si finita. §. si fortè. & hoc

hoc ponit Dy. in dicto tractatu suo. tamen hæc non sunt vera. Nam possessio vel tenuta quandoq̃ recuperatur, quandoq̃ non, prout tractauimus de secundo decreto largo modo, vt dixi sup. circa primum decretum, in secunda quæstione, quãdo quæritur de effectu primi decreti, quantum ad commodum possessionis & retentionis. dic vt ibi. Item, quod dicitur de citandis amicis, hoc etiam non est verũ regulariter, vt dixi sup. circa primum decretum, in nona quæstione. Non ob. prædictæ leges, quia respon. vt ibi. Item quando dicit, q̃ si nemo compareat, procedetur ad interpositionem eius, nõ intelligas, q̃ in eius interpositione concedenda sufficiat sola contumacia, imò requiritur plena causæ cognitio per testes sufficientes, vel per instrumenta, vt sup. dixi circa primum decretũ, in quæstione secunda. † Quartò quæritur, si nũquid possit interponi in absentia partium? Istud est expeditum sup. in proxima quæstione. tamen videtur quòd non, quia l. cauetur, quod de vnoquoq̃, &c. Sed dicas, q̃ benè potest interponi in absentia: quia est interloquutoria, vt no. sup. de officio procon. l. nec quidquã. §. vbi decretum, & ad l. de vnoquoq̃ respon. vt ibi no. Quintò & vltimò quæritur, † quo iure petatur interponi? Et circa hoc dicas, q̃ petitur officio iudicis, vt patet de iurisdi. om. iudic. l. 1. & de dam. infe. l. prætoris, & quo officio? dic vt sup. circa primum decretum. & hic sit finis primæ partis.

Expliciunt repetitiones domini Cyni Pistoriensis, super prima parte ff. veteris.

INCIPIT SECVNDA PARS.

RVBRICA I.

De rebus creditis, &c.

SVMMARIA.

1 *Actionum aliæ sunt in rem: aliæ in personam.*
2 *Actionum personalium, aliæ sunt ex contractu vel quasi, aliæ ex delicto vel quasi.*
3 *Crediti appellatione omnes contractus comprehenduntur, quibus fidem sequimur alienam.*
4 *Verba hæc: de rebus creditis, & si certum petatur, an denotent nomen actionis.*
5 *An sit vna condictio tantum generalis.*
6 *Certi condictio nunquid est vna tantum, habens locum vbicunq̃ certum petitur?*

Quia glossa continuando Rubricam istam, supponit aliquod falsum, vt statim videbitis: ideò continuabitis eam sic, siue hoc modo: Quoniam † actiones aliæ sunt in rem, & aliæ in personam, vt insti. de actio. §. 1. & in præcedentib. dictum est de actionibus in rem, quæ pro rebus corporalibus in titu. de rei ven. & pro. in cor. in tit. de vsur. & de seruitu. competunt: & de ijs quæ eis accedunt, vt in tit. de peti. hæredi. & de eorum præparatorijs, vt in titu. ad exhi. & de interro. actio. Restat modò videre de personalibus actionibus, quarũ † aliæ sunt ex contractu vel quasi, aliæ ex delicto vel quasi, & digniores sunt, quæ ex contractibus generantur, nunc de ipsis contractibus, & de actionibus ex ipsis descendentibus, est videndum. Verum quia † appellatione creditum omnes contractus comprehenduntur, quibus fidem sequimur alienam, vt inf. l. 1. ideò generalis intitulatio præmittitur, de rebus creditis. Sed quia mutuum fit frequentius, vt in eo aliqua sint specialia, vt inf. eo. l. singularia. ideò subijcitur i cer. pe. id est, si mutuum petatur. & quia pro omni certo certi condictio competit, vt infr. eo. l. certi, quæ pro mutuo est necessaria. Cùm autem non detur alia specialis actio, supponitur sub certi condictione. & sic hæc Rub. tres habet partes. Primam generalẽ de creditis rebus, ad omnes contractus, vsq̃ ad titu. de pig. Secundã specialem ad contractum mutui tantum. Tertiam generalem, de actionibus tam pro mutuo, quã pro alio quolibet contractu competentibus, vt inf. eo. l. certi. §. quoniã. circa istam Rub. mouentur duę quęstiones. Prima quęstio est: † quia hic dicitur de rebus creditis, & si certum petatur, an est nomen actionis? Quidam dicũt quod sic. Nam secundum eos, ista omnia innuunt contractũ & ius, id est, actionẽ, quæ ex tali contractu resultat. Pro vero lex dicit, q̃ qui numeratam pecuniã petit, illa actione vtatur si certum petat. &c. vt inf. de tri. l. 1. in prin. Glo. tenet contra & benè, scilicet, quòd non est nomen actionis: quia non reperitur hoc, sed reperitur, q̃ ad certũ rei petendum datur certi condictio, vt infr. eo. l. certũ. quòd est nomen actionis, & ideò ista verba nõ sunt nomina actionis, sed sunt nomina facti, vt inf. ea. l. 2. & l. mutuum. & hæc in Rub. ponuntur, scilicet materialiter, pro verbis quæ erant in principio edicti prætoris, quod est tale, si certum petatur, id est, mutuum. & fortè sequebatur in edicto, audientiam dabo, & quæ res erit animaduertam. Non ob. præalle. l. 1. in princ. quia ibi dicitur illa actione vtetur, si certum peta. exponendum est, illa actione, id est, certi condi. quæ cõpetit si certum petatur. vt infr. eo. l. certi condictio. §. quoniam. Secundò quęritur, quia hic dicitur de condictione, † nunquid sit vna condictio tantum generalis, quæ generaliter cõpetat? Aduertatis ad istam quæstionem: quia si quæritur, nunquid sit vna condictio tantum, fatua est quæstio: cum habemus certi condictionem, & habemus condictionem incerti, vt inf. de condi. indeb. l. sed & si me putem. Item cõdictionem sine, & ob turpem causam. Nam ista quæstio quærit de certi condictione, nunquid † est vna certi condictio tantum, habens locum vbicunq̃ certũ petitur: vel nunquid est vna generalis, competens ad certa & alia specialia, quæ appellentur certi condictiones ex mutuo? Gl. dicit hic, quòd est reperire duas: vnam generalẽ, & aliam specialem. Sed hoc est falsum, prout dixi. C. eod. in Rubri. & dicetur infr. eo. l. certi condictio. Expediti sumus de Rubrica, veniamus ad nigrum.

SVMMARIA.

1 *Inscriptio de rebus creditis, solummodo pertinet ad mutuum, de quo in primo cauebitur edicto.*
2 *Mutuum significat genus, tam in mente prætoris, quàm ex sua proprietate.*
3 *Titulus quot modis sumatur?*
4 *Creditum est nomen generale. & nu. 9.*
5 *Fidem sequi alienam dicimur, eo ipso quòd contrahimus.*
6 *Res quot modis sumatur?*
7 *Fideiussor non tenetur suo nomine, sed alieno: & ideò tractare de fideiussione, non est tractare de contractu.*
8 *Fideiussor an repellatur à conductione vectigalis publici eo quod statim debitores repellat.*
10 *Mox, aduerbium, quomodo accipiatur?*
11 *Rei nomen est generale.*
12 *Iurisdictio qua actione peti possit aduersus subditos.*

HIC EST. Præmitto ad eum textum casum, q̃ dominus Prætor nihil intentatum relinquens, super omnibus contractibus de quibus ius redditurus erat, promulgauit edicta, vt sciret quilibet, de qua re ius dicturus esset, & sic se præmuniret, vt sup. de ori. iuris. l. 2. §. eodẽ, & vt dicta super contractibus promulgata cognoscerẽtur ab his edictis, super quasi contractib. & delictis, & quasi, proditis ab edicta super contractib. præposuit Rub. de rebus creditis: & quia in ordine edictorũ tractauit primò de mutuo, præmisit edictũ si cer. pet. vt vidistis in Rub. Hoc præmisso, videamus quomodo Vlpi. procedit in l. ista, & certè procedit sic. Primò tollit quandam dubitationem, secundò, præmittit ordinem intentionis suæ. Tertiò, respondet dubitationi. Quartò, responsionem probat, per locum ab authoritate. Quintò, infert specialiter duos contractus. Sextò, subijcit aliam Rubricam de generalissimam. Septimò & vltimò,

HAYUDOVA ИМЕНИКОВА

& vltimò, respondet alteri dubitationi, quæ posset fieri super rubrica præmissa. Secundum dictum incipit, quo niam igitur. Tertiũ incipit ibi, omnes enim. Quartum ibi, &c. nam vt in lib. Quintũ ibi, ideò. Sextum ibi, nam cuicunq; Septimum ibi, rei quoq;, &c. Casus est facilis, & debet sic formari. Dominus Prætor præposuit ad edicta de contractibus: & primò ad edictum si cer. pe. Rubricam de rebus creditis, si cer. pet. vt sup. ad euidentiã dixi. Et quia dubitaret aliquis, an creditum sæpè accipitur pro mutuo, vt inf. eod. l. si tibi, q; intitulatio † de re-
1 bus creditis solummodò pertinet ad mutuum, de quo in primo cauebatur edicto. ideò. Vlp. veniens ad interpretationem edicti, aliqua voluit dicere ad signifi. Rub. Secundò respondet dubitationi, quæ est, vtrum significet genus, & comprehendat in se plures species contractuum: an verò significet speciem, & sic restringatur tantùm ad primum edictum, quod est de mutuo. & di-
2 cit quòd significat † genus, tã ex mente prætoris, quam ex sua proprietate: quia sub ista Rub. multos cõtractus vt species, inseruit. & omnes quib. sequimur alienã fidem complectitur. Tertiò, probat per locum ab authoritate. Nam (vt Celsus ait) credendi generalis appel. est. Quartò, quia comprehendit contractum de commo. & de pigno. hoc modo: quia significat vt genus, ideò non ineptè in hoc ti. Prætor & de pig. & de commodato posuit, subijciendo rationem generalissimam: quia cuiuscunq; rei assentiamur, sequendo alienam fidem, credere dicimur. etiam meritò per suas species probatur, q; significat tanquam genus in qualibet sua specie. Vltimò respondet ad aliam dubitationem, quæ est, quare elegit nomen rei: quia rei nomen est generale. h. d. litera plana est, quæ litera est exposita. Not. primò q; præfationibus vtendum est. Concor. glo. de ori. iuri. l. 1. Secundò no. q;
3 † titulus sumitur hic pro Rubri. sumitur etiam pro tractatu, vt sup. de in inte. resti. l. 1. sumitur etiam aliis modis in iure nostro. Nam quandoq; sumitur pro priuilegio, vt in Authen. de Ecclesia. ti. quandoq; pro signo, vt no. vt C. nemo pri. ti. l. signũ. quandoq; sumitur pro dignitate, vt patet in Cardinalibus, cùm dicitur, tit. sancti Adriani presbyter Cardinalis, vt de supplen. negli. prælato. cap. dilecto. extra quandoq; sumitur pro causa habili ad transferendum, vt pro donato, pro soluto, &c. vt inf. de vsuca. l. Celsus. quandoq; sumitur pro titu. inhabili, ad transmissionẽ dominij, vt C. loca. & conduc. l. si quis conductionis tit. quandoq; sumitur pro modificatione quadam, vt C. de peti. hæredi. l. cogi. & ibi de hoc dixi, quandoq; sumitur pro actione, vt C. fa. erc. l. non est ambiguum. & ibi de hoc in glo. Tertiò no. quòd
4 crediti † nomẽ generale est, vt inf. de ver. sig. l. creditor.
5 & l. si tui. Quartò no. q; † dicimur fidem sequi alienam, eo ipso, quòd contrahimus, vt in sti. de re. di. l. venditor.
6 Quintò no. quòd verbum, rei, generalitatem † denotat res, in iure nostro sumitur multis modis: quandoq; sumitur pro causa, quæ est res in dicendo posita, vt C. de eden. l. is apud quem, & de transact. l. causas. quandoq; sumitur pro contractu, vt C. de proba. l. cum res. quandoq; sumitur pro veritate, vt infr. de iureiur. l. quoties. Sed dicendum est, quòd ex re causatur veritas: & sic ponitur pro causato suo, quandoq; pro æquitate, vt C. vnde. vi. l. non ab re. Sumus expediti de literalibus, aliãs notabilibus, veniamus ad quædam cõtraria, & eorum dissolutiones. Primò op. dicitur hîc, quòd è re est, &c. & sic supponit, q; bonum & vtile sit, præfationibus vti. Sed contra, C. de no. C. compo. consti. vna, in medio. Solu. præfationes quædã sunt vtiles, quæ intellectui tractatus, vel interpretationi aliquid conferunt: & his talibus est vtendum, vt hîc, & sup. de ori. iur. l. 1. quædam sunt superfluæ, quæ nihil tractatui conferunt, & à talibus abstinendum est, vt in contrarijs. Secundò op. dicit iurisc on. q; ad hunc ti. prætor inseruit multos contractus: qualitercunq; enim contrahimus, dicimur in rem creditum ire. Sed contra, quia creditum dicitur solummodo de mutuo: & sic op. inf. eo. l. si tibi. & de commo. & de pig. habemus
ad, dios. Dicu. t quidam, vt Iac. de Ra. quòd hic debet te.
de sub hoc ti. 1. Ponitur hîc ti. vt sic intelligatur sub eo, tanquam inferius sub superiori. vel alio modo sub hoc ti. 1. sub loco, quantum ad fi. tum, glo. exponit, sub hoc tit. 1. sub hoc tracta. vt & sup. tum de mutuo. Dicendum est ergò, quòd debet exponi sub hoc ti. id est, sub hac Rubrica. Nam non solùm hic, sed in sequẽtibus tractatibus vsq; ad ti. de ædi. edic. potest repeti Rubri. ista, de rebus creditis, quia ista Rubri. est generalis, & posita fuit ante edicta prætoris, & primum fuit positum edictum, si cer. pet. & istud prosequitur in hoc tractatu, vt & sup. dixi in prin. Tertiò op. dicitur hîc, quòd prætor sub hoc tit. omnes contractus inseruit. Sed contra, quia stipu. & fideiuss. sunt contractus: & tamen non sunt sub Rubri. Dicũt quidam, quòd hoc debet intelligi de cõtractibus propriè sumptis. Sed contractus stipul. non dicitur propriè contractus, vt l. Labeo. Item cõtractus stipul. fideiuss. Prætereà, fideiuss. non tenetur suo nomine, sed alieno: & ideò tractare de
7 † fideiussione, non est tractare de contractu, vt de actio. & oblig. l. 1. §. verbis. & sup. de ijs qui no. infa. l. furti. §. si quis alieno. & propter hoc solue talem quæstionẽ. Statutum est in ciuitate quòd nullus, qui sit debitor, acce-
8 dat ad conductionem vectigalis publici. † quidam fideiuss. accesserit ad cõducendum vectigal publicum. Nunquid incidet in statutũ? Punctus istius quæstionis est, vtrum sit debitor, & dicebant quidam q; non, quia statutum intelligitur de eo, qui est debitor de suo nomine: sed fideiuss. non debet suo nomine. Hoc est falsum: quia imò fideiuss. est debitor suo nomine, & ex suo facto. & ex propria oblig. licet ad vtilitatẽ alterius, promisit, hoc est, q; in mora potest constitui, vt inf. de ver. oblig. l. mora. Vnde ad quæstionem debet responderi, considerata intentione statuti, quæ est, vt debitor accedat ad conducendum: quia quatenus est debitor, reputatur minus idoneus, ar. infr. de iure do. l. mulier. & ideò in casu nostro sic debet distingui: aut fideiussor est talis, qui non est habiturus regressum ad principalẽ: & tunc planum est, quia iste debitor reputatur pauperior, vt sup. de pac. l. q; dictum: aut est habiturus regressum, & tunc refert: aut principalis est non soluendo: tunc dicendum est idem, ar. sup. de dolo. l. nam is. aut est soluendo, & tunc non reputatur debitor, quin possit accedere conductionem prædictam: quia non est pauperior, vt inf. de ritu nup. l. si quis tutor. secundum Pe. Dices tu modò, q; prædicta distinctio est superflua: quia debemus stare verbis statuti, & non sequimentẽ, quæ habetur ex interpretatione, secundũ q; Dy. determinat, inf. de ver. sig. l. 1. Sed illud nõ placet multis viris, nec mihi, vt dixi C. q; sit lon. consue. l. 1. ff. de noxa. l. 1. §. 2. Respondeamus ad cõtrarium: quid dicemus? Certè dico, quòd litera huius leg. non facit mẽtionem de omnibus contractibus, sed dicit de his ad multa iura pertinentia ad contractus. & ideò non est inconueniens si illi contractus non sunt hîc positi. Quartò op. & videtur, quòd
9 † creditti appellatio non sit generalis, vt C. si aduer. credi. l. 1. Solut. dicas, quòd creditti appellatio propriè & largè sumpta, generalis est: quandoq; restringitur, vt hîc not. Quintò opponi. quia videtur hîc dicere, quòd pignoratitia actio & commo. contractus sunt prætorij. Sed contra. inf. commo. l. In commo. §. sicut. Solu. vt no. eo. tit. l. 1. Sextò op. dicitur hîc, quòd qualitercunq; fidem alicuius sequit, mox recepturi, &c. credere dicimur, per ad supponitur, quod si in diem contrahimus, nõ est creditum. Sed contra. inf. de act. & oblig. l. is cui. & de ver. sig. l. si cui. Solut. duobus modis, vt in gloss. & hoc facit ad quæstionem, circa depositionem quorundam testium, productorum ad perpetuam memoriã, super quadam voluntate vltima sine script. in qua continebatur sic, q̃d Titius testator primò instituit Seium. posteà, Srichum. Dubitatur quo tempore, vtrum institutit incontinenti, ita q̃d simul sint hæredes. An ex interuallo, ita quòd sit secundus tantùm. & videtur quòd ex interuallo. quia
10 istud † verbum, mox, denotat interuallum, vt hîc, & C. ar. tu. l. tutores. Item, quia denotat actum perfectum & non præsentẽ, vt inf. de iureiur. l. nã posteà. Econtrà videtur

videtur quòd statim: quia verbum istud mox. siue post. est dubium, & de proximo precedenti actu potest intelligi, vt inf. de verb. oblig. l. 1. §. 1. ergò in dubio interpretandum est, vt valeat. inf. de re. du. l. quoties, & istud credo. Septimò & vltimò op. ad vltimum dictum, dicitur hîc,
11 quod † nomen rei est generale. Sed contra. sup. de rei ven. l. si in rem. Solut. duobus modis. vno modo ibi, quantum est ad tractatum personalium actionum, est speciale, vt l. si in rem. Sed hîc quo ad actionem in rem est generale. quid vult dicere ista solu. Dicunt quidam, vt Odof. quod vult dicere, quod appellatione rei non continentur generaliter omnia, quantum ad illum tractatum: quia genera non species vendicantur, & corporalia tantùm, non incorporalia, vt sup. de rei ven. l. vendicatio. & infr. de acquiren. re. do. l. seruus. §. pri. & ex hoc consuluit do-
12 mino vel Baroni, quod † contra homines castri sui, in quo iurisdictio pertinebat ad eum, qui nolebant sibi obedire, intentaret possessorium, vt posidetis, si erat in possessione, vel si non fuit, nec erat in possessione, intentaret confessoriam, vt suprà si seruus. vendic. l. ficut. §. Aristo. & l. loci. §. in confessoria. non autem aget rei vendica. quia incorporalia non vendicantur, nec generalia. Hoc est falsum: quia incorporalia quæ sunt personalia, non vendicantur, vt insti. de act. §. si itaq;. Sed realia iura sic, vt & patria potestas, & ciuitatis status, vt suprà de rei ven. l. 1. §. per hanc. & inf. ad Muni. l. de iure. & idem est de iurisdictione, quæ potest vendicari in homines subiectos, sicut patria potestas in filios, sicut ius seruitutis in hominem, qui sui controuersiam facit: & ideò vt præiudiciali iure, vel interdicto, vel iudi. offi. poterit agere Baro, dominus castri, vt no. in dicto §. per hanc. vel secundum alios, ista solu. vult dicere, quod ibi loquitur, quantum ad tractatum rei vendi. quæ habet locum pro speciebus, quæ vendicari possunt, quas cõstat esse debere in dominio vendicantis, vel. in rem actio. eo. ti. & infr. de au. & ar. le. l. Quintus Mutius. §. argẽto. & prætereà dicit ibi, quòd appellatione rei non est genus, sed speciem significat. & ita exposuit Dy. vt patet per eum, inf. de verb. sig. l. 1. & alio modo soluit. & ista solu. est planior secundum Pet. res quantum de sui significatione generalem significationem habet, sed quando aliquis in iudicio rem petit, illam simpliciter oportet designare, & sic tunc in specie significationem habet ibi, qui a specialiter debet ex primi, quantum ad libellum. & ita loquitur dicta lex si in rem. & l. de iniur. l. prætor edixit, cum similibus.

SVMMARIA.

1 *Mutuum damus, non recepturi eandem speciem, sed aliam eiusdem generis.*
2 *Mutui obligatio quomodo contrahitur?*
3 *Mutuum contrahitur in his rebus, quæ pondere, numero, mensuráue consistunt.*
4 *Res quæ consistunt pondere, numero, vel mensura in suo genere, recipiunt functionem pro alia specie.*
5 *Creditore inuito, an aliud pro alio solui possit? & numero 7.*
6 *Genus quomodo accipitur apud legistas & logicos?*
8 *Mutuum non dicitur, si quis pecuniam det, recepturus aliquid alterius generis & numero 11.*
9 *Mutuum, quia contrahitur ad tantundem in eodem genere, nunquid ad certos numeros contrahatur obligatio?*
10 *Mutuum nunquid cadat in vno nummo?*
12 *Mutui contractu agens, an teneatur probare pecuniam quam numerauit esse suam?*

MVTVVM. Ista lex principaliter vsq; ad fin. diuiditur in 6. partes. In prima parte dicitur, ad quid contrahitur obligatio mutui. In secunda, in quibus consistat. In tertia, vnde sit appellatum. In quarta, in quo differat à credito. In quinta, à quo mutuum cõtrahatur. In sexta, nunquid verbis possit contrahi. Sed quia ego non intendo totam legem discutere, sed prosequi tantùm vsq; ad §. appellatam. ideò vsq; huc diuido l. istam in duas principales partes. In prima parte ponit iurisc on. veram mutui substantiam, quæ in duobus consistatur: & probat illa. Secundò ponit, in quibus rebus mutuum consistat, & quare in illis tantùm rationem rationis assi-
1 gnat. No. † quòd mutuum damus non recepturi eandem speci m, sed aliam eiusdem generis, vt in stit. qui mo. re contrahitur obli. in princ. Ratio est primò, quòd damus non recepturi eandem speciem: quia tunc magis esset depositum, vel commodatum, non ergò mutuum. Item, quòd damus non recepturi eandem speciem, sed tantùm eiusdem generis. Ratio est, quia aliãs non esset mutuum,
2 sed alia conuentio. Secundò no. quòd † obligatio mutui contrahitur ad tantundem eiusdem generis & qualitatis, vt infr. eo. l. cum quid. Tertiò not. quòd † mutuum contrahitur in ijs rebus, quæ in pondere, numero, mensuráue consistunt. Ratio est, quia earum datione possumus in creditum ire in eadem specie, & sic non sequitur, creditum, ergò mutuum, sicut nec illud, animal. ergò
4 homo. Quartò no. quòd † res quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, in suo genere recipiunt functionem pro alia specie, vt Stichus Pamphilo. Sed ea q̃ consistunt in põdere, numero, vel mẽsura, sic recipiũt functionem: quia 10. solidi, aliorum vice. 10. solidorum funguntur. & caue tibi: quia in litera tua, magis, accipitur electiuè, vt glo. dicit. Nam aliãs sequitur, q; si mutuas es mihi 10. solidos, non possum tibi eosdem de variis reddere. & ter electiuè ponitur, vt magis alios, quàm eosdem, id est, alios non eosdẽ. Sed intellige quod dicit, magis. quàm ad necessitatem: quia magis attenditur, quòd tantundem in eodem genere, quantum in eadem specie de necessitate, vt inf. dicam in prima quæstio. Quinto not. hîc, quòd mutuum quid sit, probatur à consequenti, per locum destructo consequente. quia functionem, &c. destructo isto consequenti, scilicet, quia functionem non habeant, destruitur principale, scilicet, mutuum. Sic alia arguit legislator, à consequenti destructo. C. de fur. l. apud antiquos, & idem no. sup. de public. l. si ego. §. partus. Sex-
5 tò not. quòd † aliud pro alio inuicto creditore solui non potest. His literalibus expeditis, veniamus ad quæstiones, & ad op. Primò op. dicitur hîc, quòd mutuum damus, non recepturi eandem speciem, sed idem genus. Sed contra hoc, quia secundum Porphirium, genus est quod prædicatur de pluribus differentibus specie, & species est quod prædicatur de pluribus differentibus numero, vt animal est genus: homo est species. ergò, &c. vt sup. de iusti. & iure. §. huius studij. Respondeo, quòd aliter accipitur † genus immediatum apud nos, quam apud logi-
6 cos. Nam nos accipimus genus, pro eo quod ipsi accipiunt speciem, & speciem accipimus illud, quod ipsi appellatur indiuiduum, vt infr. de le. 1. l. legatus. Secundum nos, mutuum datur vt non idem reddatur in numero, sed in specie. verbi gra. Si mutuarem tibi 10. modios grani frumenti, tu velles mihi reddere 10. modios panici, non audieris: quia non esset mutuum. Secundò opponitur, dicitur hîc, quòd aliud pro alio inuito creditore, &c. Sed contra, de le. 1. l. si domus. §. qui confitetur. Item contra de sa. san. Eccle. Authen. hoc ius porrectum. Item contra. sup. de rei ven. l. quæ restituere. Item contra C. de dona. l. si quis ar. §. finautem. Item contra. inf. de consti. pe. l. 1. §. an potest. Item contra. infr. de re iudi. l. miles, in quibus casibus dicitur, quòd aliud pro alio potest solui. Iso. soluit. aut datur species, aut quantitas. Primo casu, regulariter non potest. secundò sic, & ita secundum eum, intelligitur sic hîc in fin. in specie debita. Sed iste non est bonus intellectus, quia hîc loquitur in quantitate, vbi non potest aliud pro alio solui, vt C. de solu. l. à quo. Sed potest saluari Io. vt intelligatur, quando est debitor in quantitate, potest vnum pro alio solui. Verum est, quando illud quod soluitur, sit eiusdem generis, & qualitatis, vt hic, & in l. proxi. Sed per hoc non respondetur ad contraria. Alij constituunt regulam ex l. ista, cum si. & dicunt, prædictos casus esse speciales. Nam in §. qui confitetur, est speciale, ratione sanguinis, in Authen. hoc ius porrectum. est speciale fauore Ecclesiæ: vel quia non potest aliunde solui, in §. quòd autem. est speciale, iuris vrgente necessitate, vt ibi patet. in l. qui restituere, est speciale: quia qui in vno grauatur, &c. vt dicit gloss. vel dicas, quod ibi est speciale, similiter propter necessitatem vrgentem, quia non habet. Nam si haberet, manu

militari cogitur, vt ibi patet. Item inf. de constit. pe. l. 1. in §. an potest, est similiter speciale, vrgente necessitate, vt hic no. vel dicendũ, quodilla intelligatur secundũ istam, scilicet, volente creditore: quod promptum est legibus, &c. vt C. de inof. do. l. vna. in l. si quis, arg. Similiter potest dici speciale, vrgente necessitate: quia non poterat donator rem præstare, etiam ibi est speciale, ne ex libertate sua prauo iudicium patiatur. & inf. de re iudi. l. miles. §. lex. primò est speciale, ne culpa seruorum, &c. vel est ratio: quia respectu speciei est obligatus, vt inf. de le. 1. l. si fundũ per fidem. & solu. ma. l. si verò. §. fin. Alij moderni Doctores telam suam altius exordiuntur, pro generali solutione omnium cõtrariorum: aut quis est obligatus ad factum, aut ad dationem tantùm: aut est obligatus ad reddendum. Si est obligatus ad factum, aut merũ, aut mistum. Si ad factum merum, aut vult soluere factum pro facto: & tunc dicunt quod non potest, vt l. inter artifices. Tu subdistingue: aut est electa industria personæ, aut non. vt infr. de verb. oblig. l. stipulationibus. & de ope. no. nun ci. l. stipulatio. §. fiue. & ibi per Dy. aut vult soluere interesse pro facto: & tunc est ratio regulæ & exceptionis, vt notatur in l. si quis ab alio. §. vltimò. infr. de re iudi. & supra de procura. l. sed & hæ. §. defendere. Sed de hoc dic, vt ibi dixi. aut ecotra factum pro interesse: & tunc recurre ad omnia, quæ solent dici, infr. de verb. oblig. l. si insulam. Si est obligatus ad factum mistum, tunc est quæstio inter Bul. & Mar. quæ solet tractari, infr. de actio. emptio. l. 1. & C. de actio. empti. l. si traditio. De quo articulo dic vt ibi dixi. Secundo casu, quando est obligatus ad actionem, aut est obligatus ad dationem æstimationis, aut generis, aut speciei, aut quantitatis. Si ad dationem æstimationis, habet locum l. proxi. infr. eo. l. vinum. infr. eo. de tritica. l. in hac. Si generis, aut habet aut non habet, vt infrà de ar. leg. k Titia. §. 1. & C. de donati. l. si quis ar. §. 2. Fallit vbi habetur gratia confusionis vitandæ, vt inf. de leg. 1. l. cum incertus. aut quantitatem seu æstimationem pro specie, tunc refert: aut potest soluere in specie, & non auditur. Fallit in casu, vt l. si domus. §. qui confitetur. & rationem dic, vt suprà, aut non potest: & tunc auditur, vt infrà de leg. 3. l. non dubium, cum simi. & sic intelligitur l. si seruum. §. fin. infr. de ver. oblig. Si ad dationem quantitatis, regulariter non auditur, vt C. de solut. l. eam à quo. & hoc fallit in l. miles. §. 1. infr. de re iudi. propter inopiam debitoris, vt in Authen. hoc ius porrectum, & in §. quod autem. cum simi. Secundo casu, quando est obligatus ad reddendum, tunc refert: aut potest reddere, & non auditur volens aliud dare, arg. infr. de condictio. inde. l. quod indebitum: aut non potest, quia non habet, & tunc auditur. sed quantum debeat soluere, refert: aut fuit in dolo vel culpa: & tenetur ad verum precium. aut non, & tenetur ad illud, quod sibi adest, vt inf. de condictio. inde l. in summa. § pe. & l. si non sortem. §. liberatus est, eo. tit. Sumus expediti de contrarijs, Veniamus ad quæstiones. Primò quæro circa primum dictum hu-

7 ius l. pone secundum glos. † quod tu mutuasti mihi pecuniam, deinde antequam consummarem, venit nuncius meus, qui apportauit mihi pecuniam: & tunc venio ad te, & dico, accipe pecuniam quam tu mutuasti mihi: dices tu, nolo accipere illam, sed da mihi aliam: nunquid cogeris accipere? Ista quæstio habet magnum effectum, & videtur quod non: quia mutuum damus non recepturi, &c. argumento huius l. & hoc dixit Azo. Gl. dicit contrà, & benè, quòd probatur sic: quia mutuum damus non recepturi, &c. sol. sed & idem genus, quod in genere suo functionem recipit. Sed illud idem recipit functionem: multò magis ergò, &c. Itẽ, probatur inst. it. eo. §. 1. & in litera hic, quoniam ergò, &c. Non ob. l. ista, in eo q̃ dicit, mutuum damus nõ recepturi, &c. quia hoc mutuum damus, non recepturi: ergo, &c. Hoc est, non intentione illa, vt eandem speciem præcisè recipiamus, sed aliã: quia ista in suo genere recipiunt functionem. Secundò quæritur, dicitur hic, mutuum damus non recepturi, &c. eandem speciem, sed aliam in eodem genere. Nam si alterius generis, non esset mutuum, sed quid erit? Dicit gloss. quòd erit contractus innominatus, do vt des. Aduertatis hic,

8 † si do tibi pecuniã receptur⁹ aliud alterius generis, non est mutuum: tamen potest esse contractus innominatus, vt permutatio, vel do vt des: Permutatio est, quando datur res certa pro incerta, vel econtrà, vt no. de re. permut. l. etiam, & hoc tenet Odof. Probo: quia leges quæ loquuntur de permutatione, loquuntur de re certa hinc inde, vt C. de re. permuta. l. quoniam. & infrà de præscript. verb. l. naturalis. Sed istud non videtur probabile: quia dare est accipientis facere? Vnde ad hoc, vt dem tibi rem, & faciam tuam. oportet quod dem rem certam. Nam si incertam rem tibi darem, quomodo facerem tuam? Sed gl. & Odof. considerauerunt hoc ex parte conuentionis, vt in permutatione conuentio sit facienda de re certa ad incertam. Sed in do vt des, non requiritur in conuentione certitudo rei conuentæ. Confiteor quòd permutatio est propriè, vbi datur res certa pro incerta, vt dicta l. quoniam. tamen permutatio potest comprehendi sub do vt des, vt infrà de condi. ob causam. l. vltima. Tertio quæritur, † quia mutuum contrahitur ad tantundem in eo-

9 dem genere, nunquid ad certum numerum contrahitur obligatio? Videtur quod sic, quia certi condictio datur pro mutuo, vt infr. eod. l. certi condictio. & certi condictio non datur nisi ad certum, vt ibi. ergò, &c. Dicendum est contra. inf. q̃ ante solutionem non contrahitur obligatio ad certos numeros. Sed certificatur per solutionem, qui sint illi: sicut vbi contrahitur obligatio hominis in genere, vt infr. de lega. 1. l. cum incertus. quomodo ergò tunc competit certi condictio? D. co 10. sunt in obligatione siue isto, siue illo, non est vis, quia functionem recipiunt in suo genere: ergò, &c. Sic intellige hic, & infr. eo. l. certi condictio, in princip. Quartò quæritur, quare est quòd mutuum consistit in ijs tribus, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, & non in alijs? & potest ibi reddi aliud pro alio in eodem genere? Respon. per rationem tex. quia prædicta tria functionem recipiunt per solutionem, & fingitur illud tantundem, quod soluitur vitæ alterius, quod mutuatum fuit & in affectione, & vtilitate. In affectione, quia tantum affectamus vnum turonum, sicut alium, & vnum florenum sicut alium: tantumq̃ affectamus 10. solid. Bon. sicut alios eiusdem monetæ, quia tantum valet vnus florenus sicut alius, & vnus Bon. quam alius. Præterea nisi mutuum datum posset consumi, esset inutile. & sic consumitur res mutuata, & soluitur alia in eodem genere, secus in alijs. Si tibi Stichum commodaui, non posses soluere aliquid aliud, quia est diuersitas penes affectiones & vtilitatem, vt inf. man. l. cum seruus. & sic intellige §. istum. Quinto

10 quæritur, † nunquid in vno nummo cadit mutuum? Videtur quod non, quia vnus nummus non est numerus, sed principium numeri: ergò. &c. & sic quis non potest emere vnum denarium tam pirorum, vel caulium, quia in emptione requiritur precium. Item nec conducere domum pro vno denario, vt infr. loca. & conduc. l. si quis conduxerit. Econtra videtur quòd sic: quia non est prohibitum, ergò, &c. etiã sup. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. quod eis. & hoc tenet Odof. & est ipsa veritas, secũdum Pet. & probatur sic: Tu dicis, quod vnus nũmus est principium numeri, verum est, sed idem est iudicium de eo, quod est principium rei: sicut de reipsa, vt patet per legem, quæ admittit maritum ad agendum pro vxore sine mandato: & tamen non est affinis, sed principium affinitatis: ergò, &c. vt sup. de procura. l. si hoc in prin. & C. eo. tit. l. maritus. & ibi dixi. Non ob. quod locatio non consistit in vno nummo: quia verum est, quando res locata maiorem exigit mercedem. idem est in venditione. Venditio non consistit in vno denario, quando res vendita pro vno denario valet centum: ibi non est venditio, sed est donatio, vt infrà de contrahen. emptio. l. si donationis, & sic intelligitur dicta l. si quis. Sed si vendatur res, quæ non valet nisi vnum nummum, & tunc benè esset venditio, vt videtur. Concludo, quod vnus nummus sufficit ad omnia ea, quæ nummus sufficit. Sextò pone,

11 quòd † mutuo tibi 10. modios vini: nunquid est mutuum? Videtur quod non, quia oportet quod in eodem genere mutuum soluatur, vt hac l. sed erit alius innominatus cõtractus, vt inf. de pscri. ver. l. naturalis. §. 1. Septimò quæritur iuxta hoc: mutuo tibi 10. modios frumenti, & hoc pretio,

pretio, vt mihi reddas 10. li. nunquid est mutuum? Videtur quòd sic, quia res & æstimatio sunt idem: ergò, &c. vt infr. de fideiuss. l. si ita. Falsum est, quia aliud est merces, aliud est precium, vt d. l. naturalis. & inf. de contrahen. emp. l. 1. & d. l. si ita quòd inf. eo. l. proxima. Octauò, nunquid posset consistere mutuum in pane? Tota die vnus vicinus ab alio sic accipit panẽ, donec suus fuerit decoctus, nunquid erit mutuum? Videtur quòd sic: quia potest mutuari vnus panis, vel duo, &c. Glo. determinat contra. Nam dicit ad hoc, scilicet, vt sit mutuum, quatuor sunt necessaria: quorum si quod defecerit, non est mutuum, videlicet, quòd natura rei sit, quod ponderari, numerari, vel mensurari possit: & sic non est de pane: quia non est natura sui, quod numeretur, vel ponderetur, vel mensuretur: sicut nec de naturalibus hominis. Item consuetudo inspicitur per actus, vt res detur in numero, mensura, & pondere, secũdum sui naturam, vt inst. it. ad l. Aquil. §. his verbis. Vnde dicit glo. quod si dedero pecuniam in sacculo, non erit mutuum, sed contractus innominatus, licet pecunia sit apposita ad numerandum, ex quo non interuenit actus, vt inf. depos. l. Lucius. Aduertatis, quia hoc vltimũ non concedit Pe. vt scilicet requiratur actus, sed aptitudo sufficit. Vnde si ego habeo 10. li. in sacco, tu petis à me libram mutuo. dico ego, in isto sacco sunt 10. libræ, accipe. Certè in isto casu contrahitur mutuum, quia pecunia est apta ad numerãdum, & ego mutuo verbo. Veruntamen, si darem saccum, vt dares mihi alium saccum: tunc crederem etiã quod non esset mutuum, sed contractus innominatus, vt inf. de prę. ver. l. naturalis. §. pri. & de le. 1. l. plenè. §. 1. Refert ergò, aut traditur tanquam numeratum aut non, secundum Pet. Non est ergò mutuum in pane, vt dicit gl. licet panis numeretur. Nam dicebat, quod pecunia tantùm comprehenditur in numero, vt infra eo. in prin. & inf. de actio. & obli. l. 1. in prin. Vidi tamen quædam scripta Mar. de Fano, in quibus continebatur, quod si panis erat certi põderis, sicut sunt panes, qui fiunt ad vendendum, tunc posset in pane mutuum consistere, sicut in alijs. Nonò quæritur: pone quod mutuauit tibi 10. li. Turon. tu vis mihi reddere aliam monetam eiusdẽ ponderis, an cogar accipere? vt inf. de auro & argen. le. l. 1. In hac quæstione variauerunt patres nostri, fuerunt enim quidam, qui sic distinguebant: aut tu vis mihi reddere pecuniam in materia eadem, non tamen in forma, vt quia mutuauit tibi massam argenti, tu vis mihi reddere pecuniam argenteam, vt Bonon. grossos, benè potes, vt d. l. 1. aut vis mihi reddere in alia forma, & alia materia, & nõ potes: quia debet esse eiusdẽ bonitatis, qualitatis. vt inf. l. proxi. Aduertatis hic, qa ista est quæstio quotidiana, vbi vis reddere pro massa argenti, pecuniam non ære contaminatam, audieris. Quæ est ratio? quia pecunia argentea citò ad massam potest reduci, sed pecunia ære contaminata, non. sed certè ita est in pecunia ære contaminata. Nam ipsa reducitur ad massam: ergò, &c. Quid dicemus? Breuiter Pet. indistinctè dicit: aut interest mea, quòd id quod recipere debeo, de eadem materia soluatur, aut non, vbi interest, non cogetur, vt infr. de solu. l. Paulus, aliàs sic, vt d. l. & istud credo. Dices tu modò, quod hoc est contra l. istam. Respondeo, quod non debeamus insistere verbis, sed eorum significationibus: & debemus videre, vtrum diuersitas in forma inducat diuersitatem in bonitate, vel affectione, vel non, vt vbi non inducit, non impediatur obligatio mutui, & debiti solutio, vt infr. eod. l. proxi. & d. l. Paulus. & sic intellige legem istam. Vltimò solet quæri, nunquid

12 † agendo ex cõtracto mutui, oporteat me probare, quod pecuniam quam numeraui, fuit mea? De hac quæstione satis disputaui C. eo. l. quamuis. dic vt ibi.

SVMMARIA.

1 Obligatio an contrahatur ad tantundem eiusdem generis?
2 Antiquiora meliora sunt iunioribus.
3 Bonitatũ alia est intrinseca alia extrinseca: et quæ sit vtraq.?
4 Tacitum an tantùm valeat, quantum expressum?
5 Tacite actum, an aliquando habeatur pro expresso?
6 Vinum quando dicatur vetus? & nu. 7.
8 Mutuauit tibi vinum nouum, & tu vis reddere vetus, nunquid audieris?
9 Mutuauit tibi decem libras monetæ, quæ antequam solueres, mutata est: tu vis reddere monetam mutatam in eodem genere, nunquid potes?
10 An qui simpliciter dicit, accipe has 10. libras, donet, aut mutuum det?

CVM QVID. Tria dicit. Primò ponit dictum, seu regulã. Secundò exemplum. Ibi, veluti. Tertiò probationem dicti vel regulæ, ibi, nam in contrahendo, &c. Not. ex l.

1 ista, quod obligatio † non contrahitur ad tantundem eiusdem generis, sed eiusdem bonitatis. Secundò not. quod † antiquiora meliora sunt iunioribus:

2 & fic arg. est, pro antiquis Doct. Item est arg. pro antiquis testibus. Item arg. pro antiquis eligendis ad prælaturas vel dignitates: tamen philosophus dicit contra: quia, secundum eum, quantò minores, tantò perspicaciores. Sed contra inf. de ædil. edic. l. præcipiunt. Verum illud, quantum ad distrahendum, vbi ista Rubrica nihil facit: quia hic non tenetur creditor vinum nouum pro veteri accipere: non quia sit peius, sed quia debet recipere in eadem qualitate, & in tali, non esset eadem qualitas. Facit tamen, quod seniores sunt eligendi ad dignitates, C. de nou. C. com. l. vna. §. ita cum ibi primus primo loco ponendus, &c. & C. de consu. l. 1. lib. 12. & decur. l. fi. li. 12. Et hoc verum, nisi sit in euidenti, minorem esse magis idoneum, vt in Authen. de mona. in fin. Tertiò no. quòd illud quod tacitè agitur inter partes, pro expresso debet haberi. Expeditis literalibus, veniamus ad materiam huius l. declarandam, opponendo, & quærendo. Primò ad l. istam op. dicitur hic, quod obligatio mutui, contrahitur ad tantum eiusdem generis & bonitatis. Contrà, quia si mutuauit tibi rem magni pretij tempore mutui, & postea tempore solutionis est minoris: teneor eam recipere, nisi fueris in mora: & sic non est eiusdem bonitatis?

3 Vnde opp. infrà eo. l. vinum. Solut. † bonitas alia est intrinseca, alia extrinseca. Bonitas intrinseca est, saporis & coloris: & de hac loquitur l. ista. Bonitas extrinseca, est in æstimatione. & de hac loquitur l. vinum. Secundò op. dicitur hic, quod tacitè agitur in partes, pro expresso habetur. Sed contra quia l. dicit, quia licet inter partes tacitè agatur, quod fiat nouatio, non habetur pro expresso, nisi dicatur quod fit, & sic ob. C. de noua. l. fi. Dicit Odof. quod fallit in illo casu, & in alio. C. de duo. re. Authen. hæc ita. Hoc est facile dicere, sed oportet nos scire, quæ sit ratio fallendi: ego non video. Alij dicunt, quod in nouatione vbi tacitè agitur, habetur pro expresso, quantum ad effectũ, vt inf. de præscrip. l. Valerianus. Sed nec hoc placet, quia tunc illud, quod tacitè agitur, non importat tantùm, quantum importaret expressum. Nam expresse nouaretur ipso iure, quod tacitè agendo nouatur per exceptionem, inter ista est differentia. ergò, &c. Quid dicemus? Hic aduertatis, si vos inspiciatis legem istam vltimam de noua. vos inuenietis ibi, quod concedit tacitè posse. scilicet, nouari. Verum est, quod ad hoc, vt nouatio fiat, requiruntur verba expressa, vt debes mihi ex causa mutui 10. promittis illa 10. per stipulationem. Dico ego, quod per effectum nouationis requiritur verborum expressio, vt suprà de pac. l. si vnus. §. pactus. Veruntamen non nego, quin possit nouari, si tacitè agatur hoc, etiamsi in stipulatione sequenti non dicatur expresse, quod fiat nouatio, dum tamen hoc possit haberi per coniecturas. dum tamen prima & secunda obligatio resideat inter eosdem, & ideò respondeo ad contrarium, quod l. illa non est contra. imò concor. & sic intelligit eam Iac. de Are. & Pe. vt ibi plenè dixi, licet glo. aliter sentiat. Tertiò op. & videtur, quod non sufficiat tacitum, imò quod requiritur expressio verborum, & aliàs nihil agitur, vt infrà de verbor. oblig. l. tacitum, in fin. solut. ibi nihil tacitè apparebat actum, & ideò nihil agitur: aliàs si appareret tacitum actum, tunc idem est, ac si fuisset expressum, vt infrà ea. l. in princip. & ideò dicendum est, quod illa l. concordat cum ista, vt ibi not. & infrà man. l. fideiuss. dic vt ibi. Quartò op. & ostenditur,

4 quòd † non valet tantum tacitum, quantum expressum. Nã si ibi sit expressum, pro omisso habetur. & sic op. infr. de ver. oblig. l. quidquid, in gl. ibi loquitur in obliga. quæ verbis contrahitur: Hic in qua contrahitur in re ipsa. & hanc sequitur Odo. & quidam alij subijcientes. Ad pleniorem solutionem contrariorũ distinguunt taliter, cum quæritur, an illud q̃ tacitè agitur, habetur pro expresso? Refert, aut est contractus innominatus, aut nominatus. Primo casu, q̃ tacitè intelligitur, non est habendum pro expresso, vt C. de condi. ob causam. l. si repetendi. Secundo casu, scilicet, quando est contractus nominatus, subdistinguunt. aut est talis contractus, qui contrahitur re, vel consensu: aut contrahitur verbis, vel literis. Si contrahitur re vel consensu, tunc tacitè intellectus habetur pro expresso, vt in hac l. & inf. de cõtrahen. emp. l. sed Celsus. §. si fundus. & de acti. empti. l. ex empto. Si verbis vel literis, imputetur ei, qui potuit latius dicere; & tacuit. vt l. qui quidquid, & insti. de litera. oblig. §. 1. Ista distinctio non placet Iac. de Ra. Nam, secundum eum, in contractibus nominatis vel innominatis re, vel verbis, quòd tacitè agitur, pro expresso est habendũ. In contractibus innominatis, patet inf. de condi. cau. data. l. 2. §. si quis. & in contractibus innominatis, qui exigunt solennitatem verborum, q̃ tacitè agitur, etiam pro expresso habetur, vt patet inf. de iure do. l. promittendo, & de ver. oblig. l. tritic ũ. & sic prædicta distinctio est falsa. Et hoc cõcedit Pe. non ob. prædicta l. si repetendi, quia ibi tacitè agebat ex vna parte contrahentiũ tantũ, & ideo non habetur pro expresso, vt ibi dixi. Non ob d. l. quidquid, quia l. illa loquitur, vbi nihil potest apparere tacitè actũ, vt eo. t. l. stipulatus, in prin. Et sic intelligit eam Dy. vt ibi per eum notatur. Nos ergò sequendo veram opi. Iac. prædicti, & Pe. distinguimus aliter, hoc modo. Cum quæritur, nunquid quòd tacitè intelligitur inter partes, pro expresso debeat haberi? Refert, aut illud de quo queritur, dependebat ex sola voluntate tacentis, aut ex voluntate sua, & alterius secum agentis. Primo casu, quod tacitè intelligitur, pro expresso debet haberi, vt in vltimis voluntatibus, vt inf. de adi. & transfe. leg. l. 3. §. conditio. Secundo casu subdistingue: aut alter tantùm agebat illud tacitum, quod si expressum fuisset, non habuisset effectum, nisi alius consensisset. aut agebat vterq̃. Si alter tantùm, non habetur tacitum pro expresso, vt C. de cõdi. ob causam. l. si repetendi. Si vterq̃ agebat illud, tunc refert: aut quæritur de tali effectu, qui non potest haberi sine expressione verborum: aut quæritur de effectu, qui potest haberi verbis non expressis. Si quæritur de effectu, qui requirit verborum expressionem, tunc nõ habetur tacitus pro expresso, vt patet in stipulatione, vbi surdus & mutus nihil agũt, vt infr. de verbo. l. 1. Idem dico in nouatione, quæ requirit verborum expressionem, vt l. si vnus. § pactus ne peteret. ff. de pac. tamen caue tibi, quod dico, quod ad hoc, vt vna obligatio transferatur in alteram, verba requiruntur. tamen si tacitè agitur quod fiat nouatio, & hoc constat, pro expresso habetur. Vnde ad inducendam nouam obligatio. sufficit agi. Sic intelligo C. de dona. l. vltima, vt ibi plenius dixi. Si autem quæritur de † effectu, qui habetur sine
5 expressione verborum: tunc quando tacitè agitur, habetur pro expresso, vt hîc. Aduertatis, quia secundum præmissa, si mutuarem tibi vinũ, & agerem, quod redderes tantundem, &c. & tu non sic ageres, non esses obligatus. Hoc est falsum. nã posito quod tu geris in mente, q̃ mihi peius vinum reddes, nihilominus tamen teneris ad tantundem in eadem bonitate: & non est hîc opus subdistinctione, imò de præmissis membris valet, quando alter solus gerebat. Nam tunc refert, aut natura contractus illud inducebat, & tunc tacitè intellectum pro expresso debet haberi, vt hîc: aut natura cõtractus hoc non inducebat, & tunc habetur pro expresso, vt dicta l. si repetendi. quod repeto. Ergo mihi videtur. aut pendet ex voluntate & potestate vnius solùm, aut vtriusq̃. Si vtriusq̃, tunc alter solus agebat illud tacitum, aut vterq̃. & si alter tantùm, aut natura contractus hoc inducebat, aut non. Sed si vterq̃ gerebat, aut requirit expressionem verborum, aut non, vt ex præmissis apparet. & tene menti præ dictam theoricam: quia practicas multas soluit. Expediti sumus de contrarijs, Veniamus ad quæstiones. Primò quæritur, quia l. ista dicit, quod non potest solui vinum nouum pro veteri: quid sit vinum vetus, & quid nouum? Dicunt quidam, quod vinum vetus est, post festum sancti Martini, in quo nostri Itali consueuerunt potare vinum in Octobri repositum. istud nihil est. Alij dicunt, quòd † vinum vetus est, post Cal. Nouembris, vt C. de eroga. mili. anno. l. iubemus. Istud etiam nihil est: quia non probat, licet det modum intimandi. Alij dicunt, † & istud est veritas, quòd vinum vetus est, quod habet annum, vt infr. de vino tri. & oleo. le. l. si quis vinum, in fin. & ar. infrà de public. & vect. l. vltima. §. quoties. nisi consuetudo regionis, vel voluntas contrahentium aliud inducat, & est arg. pro fratribus nouitij, vt dicantur nouitij vsq̃ ad annum. tamen solet dubitari, vtrum requiratur annus continuus, vel sufficiat pluribus mensibus interpellari collectis annum compleri: quod dicunt fratres, arg. C. de cur. furio. l. cum alijs. Sed verum est, quòd requiritur annus continuus, vt dicta l. vltima. §. quoties, &c. Secundò quæritur circa l. istam, si
8 † mutuauit tibi vinum nouum, & tu vis reddere vinum vetus, nunquid audieris? Videtur quòd sic, quia plus facit. ideò, &c. vt infrà de in lit. iuran. l. cum furti. Econtrà videtur quod non, quia fortè displicet mihi, vt institu. de actio. §. si quis. Solu. videtur dicendum, quòd non audieris: quia obligatio in mutuo contrahitur ad tantundem, in eodem genere, & in eadem qualitate, vt sic non bonitas, sed qualitas hîc operetur, vt infrà de iure do. l. res. Sed vinum vetus est alterius qualitatis, & saporis, quàm nouum. ideò, &c. & sic debet intelligi l. ista, quæ sic intellecta, est casus huius quæstionis. Tertiò quæritur iuxta
9 hoc, † si mutuauit tibi decem libr. monetæ, quæ antequam solueres mutata est: vis reddere monetam mutatam in eodem genere, nunquid potest? Videtur quod sic, quia hîc est eadem forma, eadem qualitas, in eodem genere intrinsecè: ergò, &c. per hanc l. Econtra videtur quòd non, arguendo à defectu rationis. Ratio quare istud est in mutuo, ne damnum inferatur creditori. Sed si tu posses soluere monetam mutatam, iam cessaret æquitas huius l. Ista quæstio est antiqua, & variæ sunt sententiæ, & in modernis temporibus agitant mentes Doctorum, de qua licet aliàs dixerim, nunc etiam dicendum puto. Dicunt quidam moderni, quòd tu debes soluere monetam, quæ nunc currit, non illam quæ tempore mutui currebat: ad hoc, vt liberatio contingat, & hoc, quia in pecunia debemus considerare bonitatem, penes vsum, non penes materiam, sicut in alijs rebus. Namsecundum eos quædam sunt res, quarum extrinseca consistunt ex parte materiæ, vt in degustatione, sicut est vinum & bladum, & his similia. & in istis rebus sufficit, si in eodem genere & bonitate intrinseca soluatur, vt hac l. in fin. quædam autem sunt res, quarum bonitas non consistit penes materiam, sed penes vsum in arte & forma, vt est moneta, quæ consistit in approbatione Principis. & istæ res habent eandem bonitatem intrinsecam ex parte vsus: quia ita habes pro currenti moneta decem fiorenorum, sicut habebas pro pecunia quam mutuasti. ergò, &c. Probatio: quia res, siue rerum æstimatio debet considerari, in quibusdam penes materiam, & in quibusdam penes vsum, ad quem destinatæ sunt: quia lex dicit hoc, de verborum significatione. l. Labeo. §. & Sabinus. Pet. non approbat istam opinio. imò distinguit: aut moneta mutata est aut reprobata est post moram debitoris, & tunc sub maiori æstimatione debet soluere, vt infrà eod. l. vinum. aut est reprobata vel mutata ante moram, & tunc restituendo monetam, quam accepit, liberatur, per hanc l. Prætereà eadem est ratio hic, quæ in obligatione speciei, qua perempta vel diminuta sine culpa, debitor liberatur. Cum ergò modò diminuta sit bonitas, quantum ad vsum sine culpa mea, in totum liberatus sum, vt infrà de verborum oblig. l. si ex legati causa. Dices tu modò, hoc est verum in obligatione speciei, sed hoc est in obligatione generis: ergò, &c. vt C. eod. l. incendium. Respon. sicut in arbore Porphyrij est genus generalissimum, & genus subalternum, sic in iure nostro. & genus subalternum perire potest, vt infr. ad l.

ad l. Fal. l. ratione. §. incertæ. Item adhuc instatur, quod huic sententiæ repugnat æquitas. sed dicendum, quòd non repugnat: nam interitus rei debitæ debet ad periculum proditionis pertinere, sicut videmus in re empta, quę perit soluto precio ante traditionem, vbi periculum pertinet ad emptorem, si ante moram contingit casus, & nihilominus remanet precium apud venditorem, vt d. l. si ex legati causa, cum si. multò ergò magis idem creditore pecuniæ, fauore liberationis. & quia cõsueuerunt esse odiosi creditores, argu. inf. de re. iuris. l. fauorabiliores. Iac. de Are. distinguit inter æstimationem solam, & pondus, vt si quidem æstimatio sola est diminuta, ante moram redditur qualis nunc est: quia talem redderet si esset aucta, ar. C. de solu. l. vltima, post moram tenetur supplere, quòd ad plurimum fuit, vt inf. eo. l. vinum. Si autem est mutatum pondus, non liberaretur dando hanc, arg. huius l. & infr. de contrahen. emptio. l. 1. & sic dabit antiquam, vel si non habebit, supplebit, vt extra de sensi. cap. penul. & secundum eum, hæc vera, quando pondus variatur remanente eadem forma, & eadem qualitate. Si verò moneta esset reprobata: tunc crederem illud
2 sit præsens. Ratio quare non fingitur, est, quia † iura finguntursuper eo, quod est possibile secundum naturam fieri, vt inf. loc. & con. l. quiad certũ. Modò ita est, quòd vbi res est absens, possibile est secũdum naturam, quòd res fuisset mihi tradita, & tibi retradita. Sed in quãtitate est speciale, vt fingatur, & isto modo defenditur intellectus Io. & Azo. & ideò immeritò imponitur eis error, secundum Pet. Tertio loco contra l. istam opp. inf. man. l. qui negocia, circa principium: quæ videtur oppositum dicere in eisdem terminis. So. lex ista intelligitur, vbi pecunia erat in rerum natura, parata existens ad solutionẽ, pro qua potuit nuncius destinari. Sed illa lex in contrarium inducta, loquitur, vbi pecunia non erat in rerũ natura, verbi gratia: Pone quod debebas mihi dare 100. tu nullam pecuniam habebas, quam posses mihi soluere. Quartò op. C. eod. l. si ex precio, ad fi. vbi dicitur contrarium in eisdem terminis, ad secundum casum huius leg. Sol. dicit gloss. quòd ibi quantum ad vsuras, est conuentio inutilis. Sed quantum ad sortem, non est inutilis. Ratio est, quia vsuræ citra vinculum stipulationis non debentur, vt l. quamuis. Ista sol. est contra literam huius le. vbi dicit, quod illud quod actum est, non tenet. & dicas ergò, quòd ibi loquitur, vbi pecunia non erat in rerum natura, vt ibi dixi, & si vis omnia sub quadam distinctione colligere, dic, sibi quæritur, quando conuenitur, vt id quod debetur ex vno contractu, debeatur ex alio, vtrum transfertur, refert: aut hic cõuenitur per stipulationem: aut quæritur per nudum pactum. Si per stipulationem: tunc indistinctè, siue res sit præsens, siue nõ transfertur, vt d. l. ex precio. & inf. ad Mace. l. si filius. §. 1. si per nudum pactum, tunc subdistingue: aut pecunia parata est solutioni, aut non. Si parata sit, tunc conuertitur in mutuum, vt hîc. Si non, tunc non conuertitur, vt d. l. sed si exemptio. ad fi. & inf. man. l. qui negocia, in princ. Expeditis nunc de contrarijs, restat videre vnam quæstionem. Quæritur circa præmissa, quia l. ista dicit, quòd quædam sunt
3 singularia circa pecuniam tradita. † Vtrum nomen pecuniæ accipiatur hîc solum pro nummis datis mutuo, an pro quolibet mutuabili? Videtur primò, quòd sic accipiatur pecunia pro nummis tantum, vt infr. ad Mace. l. 1. in prin. Sic sup. eod. l. certi condictio. §. si nummos. & est ratio, quia mutuum nummorum frequentius fit, & ideò propter frequentiam aliud speciale, vt inf. de vsuca. l. iusto errore, in prin. Illud quod à iure communi specialiter abstrahitur, non debet egredi terminos suos, propter, pductionem ad consequentiam, vt sup. de leg. l. quòd contra rationem. Item, in dubio standum est significationi verborum, vt infr. de exercito. l. 1. §. si is qui natem, & de leg. 3. l. nummis. Econtrà videtur, quòd accipi debeat pro quolibet mutuabili, id est, pro qualibet re, quæ consistit pondere, numero vel mensura, vt sup. l. 2. §. item mutuũ. & inf. de leg. 1. l. talis scriptura. Item quia in similib. idem est iudicium, vt sup. de leg. l. nam vt ait. & etiam ibi est eadem ratio, quòd singulariter est constitutum, trahitur ad consequentiam, vt no. inf. de reg. iur. l. quæ semper, & C. de sacrosan. Eccle. l. illud. & per Dyn. extra, de re. iur. c. in argum. lib. 6. Quid dicemus? Dico secund. Iac. de Are. sunt quædam specialia, respectu aliarum rerum mutuabilium. Quædam sunt specialia, ratione ipsius pecuniæ, etiam non mutuatæ, respectu aliorum corporum. Ad primum redeo: In mutuo sunt quædam specialia, respectu aliorum cõtractuum, & secundum hoc appellatione pecuniæ creditæ continetur quodlibet mutuabile. Et sic intellexerunt hîc accipi pecuniam Ioan. & Azo. & ista specialia consistunt in pluribus. Primò cõsistunt in his duobus, quæ per hanc legem ponit, quorum primum est dominij fictio, vt vidistis suprà, circa hunc intellectum huius legis. Secundum est alterius contractus in hunc facilis transfusio, interueniẽte pecunia, vel alia re mutuabili in re. am natura existente, vt hîc, quod est speciale contra regulam. C. de iur. do. l. auia. Tertium speciale est, per liberam personam obligationis acquisitio, vt supr. eod. l. certi condictio. §. si nummos. C. per quas perso. nob. acq. l. 2. contra regulam alteri per alterum, vt infr. de acquir. poss. l. possessio. §. fi. & C. per quas person. nob. acquir. l. 1. Quartum est furiosi obligatio, re consumpta, secund. Io. vt sup. e. l. si à furioso, contra regulam insti. de inutil. stip. §. furiosus. & ex sola scriptura tutor est administrator obligatione, & obligationem soluit se authore, vt inf. de administ. tut. l. quoties. §. non tantum. contra regulam. inf. de autho. tut. l. pupil. in princi. secundum glossi. sed fortè intelligitur, quando palam, & bona fide. & sic nõ est speciale in

ciale in mutuo: quia idem in alijs contractibus, vt no. inf. de contrah. emp. l. si in emptione. Quintum est, huiusmodi contractus facilis nouatio, vt sup. e. l. 2. §. verbis, & inf. de noua. l. fi. & inf. de vsur. l. stipulatus. Sextum est, facilis acquisitio dominij & possessionis, vt sup. eod. l. certi condictio. §. fi. secundum quosdam. Alij dicunt, idem esse alibi, quod ibi dicitur, propter præcedentem apprehensionem, vt ibi not. Expediti sumus de primo, veniamus ad secundum. Dico quod quædam sunt specialia in mutuo, ratione ipsius corporis mutuati, vt in mutuo nummorum tantum. Primum est, quod contrahatur cuiuslibet speciei æstimatæ datione, vt C. eod. l. si pro mutua. quid hoc est iuris? quia omnis res per pecuniam æstimatur, vt inf. de fideiuss. l. si ita. secund. quosdam. Ego non credo, q ibi sit speciale: quia idem in alijs contractib. vt C. de vsur. l. quamuis. & l. frumentum. Secundum est, vt dñi pecunia in materia redacta, contrahatur mutuum statim, etiam me ignorante, vt sup. e. l. in prin. nec hoc credo, quòd sit speciale. Veniamus ad tertium modum. Dico q quædam sunt specialia ratione ipsius pecuniæ, ẽt non mutuatæ respectu aliorũ corporum. Primum est facilis, & apertior citius consumptus, vt inf. de sol. l. si aliæ. quod nõ est in alijs rebus, vt insti. de re. di. §. si duorum. Secundum est dissolutio condictionis, aliàs cõcationis per numerum, vt sup. e. l. nam & si fur. in fin. Tertium est grauati hæredis de sua portione tantum in mutuum, vt inf. ad Trebel. l. deducta. §. nummis, & de leg. 2. l. cum pater, in prin.

SVMMARIA.

1 *Debita res etiã ex contractu stricti iuris præstanda est, quanti plurimi fuit à tempore moræ commissæ*
2 *Æstimatio, quando veniat à tempore moræ? & quousq;.*
3 *Æstimatio non crescit post sententiam vsq; ad exactionem.*
4 *Mora debitoris, sicut facit æstimationem crescere contra ipsum, nunquid similiter mora creditoris faciat eam decrescere?*
5 *Æstimatio quomodo sit petenda?*
6 *Conclusione duplici opus est in quacunq; petitione formãda. Et quæ sit prima conclusio, & quæ secunda, vide num. 7. & 8.*
9 *Debebas mihi vinum, fuisti in mora: deinde soluisti nullamẽtione de meo interesse facta, an videar renunciare æstimationi?*

VINVM QVOD mutuum. L. ista continet duo dicta. Primum dictũ est circa temporis æstimationem. Secundum dictum est circa æstimationem loci. Casus variatur secundum varios intellectus. Nam quidam intelligunt, quod hæc lex in primo dicto ponit tria de tẽpore inquirendo. sc. tempus lit. contest. tempus dationis mutui, & tempus rei iudi. In respondendo ponit duo tẽpora tantum, vnum tempus. scili. solutionis faciendæ, & istud non posuit quærendo. & sic ibi, vbi litera dicit, cum petitum esset, subaudiunt, scilicet per litis contest. & per talem lecturam tollunt contraria multa. Alij, vt lo. & sui sequaces intelligunt, quòd hæc l. ponitur quærendo tria tempora, scilicet, tempus lit. contestat. tempus dationis mutui, & tempus rei iudicatæ. In respondendo nullum istorum ponit, sed ponit alia duo tempora, scilic. tempus solutionis, & tempus petitionis: quod potuit esse extra iudicium, vel in iudicio longè ante lit. contest. & istam lecturam sequuntur plures Moderni, cum quib. ego sum, licet contra eam insurgat multitudo contrariorum, quibus benè respondebimus. Posito ergò casu, pro ista litera iacet, secundum vnam de predictis lecturis, & exposita litera, no. primò secundum nostram lecturam, quòd res
1 † debita, etiam ex contractu stricti iuris præstanda est, quanti plurimi fuit à tempore moræ commissæ, vt hic & inf. de verb. obl. l. si fundum. Secundò no. quod idem est iudicium de loco & tempore, vt hîc. Concor. inf. de triti. l. in hac. & ex hoc determinatur quæstio, aliquis vẽdidit vinum in Marchia, quod debebat mihi tradere in ciuitate Ferrariæ: Petebatur restitutio, propter deceptionem iusti precij, & erat dubium, cuius loci æstimatio esset recipienda. Et per istam l. determinari debet, quòd inspicienda est æstimatio illius loci, vbi vinum est reddendum.

Ratio huius determinationis colligitur ex l. contraxisse. inf. de act. & obli. His expeditis, veniamus ad contrariam, quorum est populus magnus. Op. primò ad l. istam leuiter. Dicitur hîc, quòd vinum quod in mutuũ datum est, petitum fuit. Sed contra, quia non debet peti illud, sed debet peti tantundem in eodẽ genere, vt sup. e. l. 2. Sol. dicunt quidam, quod ista litera facit simplicẽ relationem, referendo se in genere ad idem. Vel potest dici, quod reddendum est in substantia & qualitate, quod idem vinum dicetur peti, propter quod ad ostendendam similitudinem, idẽ debet reddi: & ꝓptereà dicit l. quòd ista mutuabilia recipiunt functionẽ, id est, repsentationem mutuũ, vt dict. l. 2. vel potest exponi, quod, id est, quale fit. C. de sum. Tri. l. 1. ibi quam, id est, qualẽ. & inf. de ope. no. nun. l. 1. §. potest quis. Nam non solum tantundẽ in genere, sed in eadem spẽ reddendum est, vt sup. e. l. cum quid. Alij exponunt, q pro q. Nam quia vinũ erat datũ mutuũ, ideò fuit petitum: q̃cunq; velis expositionem teneas. Secũdò opp. dicitur hîc, q per iudicem fuit petitum. Sed contra, quia iudex non potest, sed expone per iudicem, id est, coram iudice, quia fuit petitum in iudicio. vel dic per iudicem, id est, iudice mediante: Nam petitio datur iudici, & iudex dat parti, vt solet dici in Auth. offeratur, vel detur iudicis authoritate, vt C. de Epi. & Cle. Auth. generaliter. Iste duæ opinio. possent tolli, exponendo literam, vt alij exponunt. & ideò quidam non signant ista contraria, sed legendo literam tollunt ea. Tertiò opp. dicitur hîc, q vinum debet reddi sub æstimatione, sub qua fuit tempore solutionis faciendæ, si hoc actum fuit ibi. & si non fuit actum tempore petitionis. Sed contra, quia imò debet præstari sub æstimatione, sub qua fuit tpe mutui dati, vt sup. e. l. cum quis. Sol. dicit glos. quòd bonitas rei alia est extrinseca, vt illa quę consistit in æstimatione: licet aliter accipiatur. inf. de act. empt. l. si sterilis. Alia est intrinseca, vt illa quæ cõsistit in gustu, tactu, & colore. Modò ita est, quòd aut quæritur de æstimatione, quæ respicit bonitatem intrinsecam, tunc habet locum. sup. e. l. cum quid. Si de ea, q̃ respicit bonitatem intrinsecam, tunc habet locũ l. ista, vt ibi dixi. Quartò op. dicitur hîc, quòd res sub æstimatione temporis, quo res fuit petita: Sed contra, quia imò sub æstimatione temporis contractus, vt inf. de actio. & obl. l. cum quis. Sol. illa concordat per subauditum intellectum, quia dicit, q eius temporis æstimatio spectat, quo satis accepit, subaudi, vt solueretur, secund. Azo. vt ibi nota. Vel intelligitur, quòd fideiussit post moram, secund. quosdam Modernos. Quintò op. ad idem, sci. quòd æstimatio spectanda sit, sub qua res fuit tpe contractus, vt inf. de noua. l. fundum Corne. vlt. respõso. Sol. dico, quòd obligatio quando q̃ contrahit de re: quando q̃ contrahitur de æstimatione. q̃ contrahitur de re, spectatur q̃ti plurimi fuit tpe moræ, vt hîc. Si contrahatur æstimatione, tunc videt promissor illam æstimationem, q̃ mittere, quæ fuit, q̃ missionis: & sic loquit l. contraria. Sextò op. dicitur hîc, q venit æstimatio, quæ à tpe moræ spectãda est. Contrà, imò venit à tpe contractus, vt inf. de actio. empt. l. datio. §. si per venditorẽ. Sol. dicebat Mart. q hîc loquit in contractu stricti iuris, ibi in bonæfidei. Ista sol. non est sufficiens, quia in contractu bonæfidei debet æstimatio spectari à tpe moræ, vt inf. com. l. 3. §. in hac. Quid dicemus? Io. sol. faciendo differentiam inter æstimationem rei, & æstimationem fructuum. Sic oportet soluere, faciendo differentiam inter dolum & culpam, de quibus inf. videbimus, per modum quærendi. Tu dicas secund. Petr. q illa debet intelligi, vt concordat cum ista, valet q vinum præstari debet sub æstimatione, tpe quo venit, id est, quo vinũ venditum præstari debuit, & hoc tenet etiam Dy. Septimò op. & videtur, quòd res non debeat peti sub æstimatione, qua fuit à tempore moræ, vt hîc dicit, imò sub quo fuit à tempore obligationis contractæ, vt inf. de condi. fur. l. qui furtũ. Sol. illa concor. quia statim à tempore obligationis fuit mora cõtracta, quia fur semper in mora est, ideò, &c. Octauò op. circa idem, scilicet, quod æstimatio debeat venire à tempore contractæ obligationis, vt inf. man. l. hominẽ. Sol. dico distinguendo: aut q̃ritur de æstimatione præstanda propter moram, aut de æstimatione præstanda ꝓpter obligationis naturam.

Primo

Primo casu, tunc fiet æstimatio secundum quod hîc dicitur. Secundo casu, tunc, vt tibi dicitur: Nam ibi fideiussor pro obligatione instituta, fideiussit & soluit, & ideò secundum naturam obligationis venit æstimatio ab eius tpe. Nonò op. & videtur, quod tpe litis contestatę sit spectandum, vt inf. com. l. 3 §. in hac. Sol. secund. aliam lectu. cessat contrarium, quia concordat. Secundum istam lectur. nostram, dicas, quod ibi non fuerit ante lit. conte. in mora, & ita intellexit Dy. d. §. in hac. & de hoc plenè videbimus per modum quærendi. Decimò oppo. quod non tps moræ, sed tempus rei iudicatæ debeat spectari, vt d. §. in hac. Sol. videtur quod potest dici, quod ille §. in hac concor. cum ista l. Nam tempus rei iudicatæ concor. cum tpe moræ, quod debuit iudicari, vt tibi no. ad fi. & istud sequitur Dy. Potest aliter intelligi, vt de hoc plenius infr. Vndecimò dicitur hîc, quod à tempore moræ, præstanda est æstimatio: Contrà, imò à tempore rei iudicatæ, vt inf. de pecu. l. quæsitum. Sol. refert, quantum ad hoc, inter personales & reales actiones: Nam in personalibus venit res sub illa æstimatione, sub qua fuit à tẽpore moræ, vt hîc. Sed in realibus distinguitur: aut desijt dolo possidere, & tunc idem quod hîc. aut desijt culpa possidere, & tunc habet locum sup. de rei ven. l. si homo. aut nec dolo nec culpa desijt possidere, & tunc inspicitur tempus rei iud. Sed nunc ita est, quod actio de pecu. est realis, in q̃tum respicit rem: quia potest dñs seruum dare pro noxa, vt sup. de noxal. l. 2. ergò, &c. Si dicas, quod sit personalis, in q̃tum respicit dñium. Respondeo, quod actio personalis matrẽ habet obligationem, vt sup. de procu. l. licet. §. ea obligat. Sed actio realis non habet matrẽ obligationem: quia contra nullo iure obligatum, vt in stit. de act. §. 1. & sufficit, licet non sim obligatus, quod dolo vel lata culpa tenear, vt suo. si men. fal. mo. d. l. 1. §. hæc actio. secund. Pet. Duodecimò op. ad secundum dictum huius l. Dicitur hîc, quod si actum est, quo loco vinum reddatur, illius loci fit æstimatio: si non, tunc loci vbi petitũ est. Sed contra, imò debet fieri ęstimatio huius loci, vbi contractum fuit, vt inf. de act. empt. l. idem. §. vl. Sol. concedi debet, quod spectanda sit æstimatio loci, vbi dictum est, quod fiat solut. Sed si non sit dictum, tunc faciendum est, vbi contractum est. & si dices, vbi est petitum, per hanc leg. respondeo, quod idem est, ac si ibi contractum esset, arg. sup. de iudi. l. hæres absens in princ. Expediti sumus de contrarijs, modò veniamus ad quæstiones, per quas declarabitur l. ista, & tota sua materia. Primò, quia casus poni debet, vt litera iacet. quæro exẽpla huius l. in terminis. Glos. ponit duo, sed dico, quod in exemplis debeant poni plura tempora, tàm in facto, quàm in quæstione. Hoc modo ponit, quod in ciuitate ista mutuauit tibi vinum tempore S. Michaelis, & ago, quod in Paschate mihi reddatur. Tempore isto non valet nisi 10. tempore Paschatis valet 20. Prætereà petij, quod redderes mihi vinum, nõ dedisti: & tunc valuit 30. posteà egi in iudicio & lite contest. &c. siue alio tempore quo valuit 12. posteà tempore sententiæ valuit 10. quęrit modò in l. nostra de tribus temporibus tantùm, cuius temporis fiet æstimatio? Et respondetur, quod si actum fuit, quo tempore reddentur: & aliàs erit, si actum non fuit, habebitur ratio æstimationis illius temporis, quo fuit petitum extra iudicium. & illud exemplum conuenit lectu. quam teneo. Si vis tenere aliam, non ponas nisi tria tempora in facto, & etiam in quæstione. In secundo dicto pone exemplum hoc modo: Mutuaui tibi vinum Bononiæ, & tunc valebat 10. conuenio quod mihi reddas Ferrariæ, vbi valebat 20. posteà peto Bononiæ, vbi non valet tunc nisi quinq̃: quæritur, cuius loci æstimatio sit spectanda? Et respondetur, quod loci, vbi solutio debet fieri, si actum fuit. Si actum non fuit, tunc illius loci, vbi fuit petitum. Secundò quæro & reuoco in dubium l. istã. Aliquis tenetur, mihi ad rem restituendam, sub cuius tẽporis æstimatione debet soluere? Aduertatis, quia modò examinatur l. ista, & multæ aliæ. Dixerunt ir. & Hugo. nos distinguimus: aut debetur species, aut quantitas. Si debetur species, vt Stichus, tunc prędstabitur sub æstimatione, quanti fuit à tempore moræ, vt inf. de trit. l. in hac. & ita intelligunt l. illam. Si autem debetur quantitas, vt 10. corbes vini, refert: aut ex contractu bonæfidei, & tunc fiet à tempore morę, vt inf. cõmo. l. 3. §. in hac: aut ex contractu stricti iuris, & tunc à tempore lit. conte. vt hîc, & d. §. in hac, in fi. Ratio differentiæ inter contractus bonæfidei & stricti iuris est, quia cõtractus bonæfidei sunt vberiores: non sic contractus stricti iuris, vt infr. de vsu. l. videamus. §. si actionem. & §. si ex causa no. Ista opi. videtur falsa, quia conditio triticaria est stricti iuris, & tamen venit ibi æstimatio à tempore moræ, vt inf. de trit. l. in hac. Sed ipsi dicunt, quòd ibi datur ex contractu bonę fidei, & sic sapit naturá eius, vt l. si eum. §. qui iniuriarũ. Hoc non est verum, quia triticaria non succedit, imò accedit. Nam successio, est subrogatio in locum demortui, vt suprà de vsu. l. vel inutilium. & sic non assumit sibi naturam eius in hoc. Vnde dico, quod remanet stricti iuris: quia nõ reperitur inter actio. bonæ. in §. actionum. & idem de certi condi. generali. sup. e. in l. certi. Prætereà idem est in quãtita. quod in speciebus, vt inf. de trit. l. vl. & malè dixerũt Ir. & Hug. Alij, vt Io. & Azo non faciunt differentiam inter contractus & res. Sed dicunt, quod à tempore moræ venit æstimatio, vt hac. l. ait in hac. quam moram intelligunt hîc actum, per interpellationem extra iudicium legitimè factum. Et ita intelligunt l. istam, vt supr. vidistis, & ita per Io. l. in hac. inf. de trit. licet alibi variauerit. Tertiò iuxta hoc quæro, dicunt prædicti Doctor. & gloss. hîc, quod æstimatio † venit à tempore moræ. Sed vsq̃ ad q̃ tempus spectabitur? Dicunt Ir. & Hug. distinguimus: aut debetur species, & tunc venit æstimatio quanti plurimi fuit à tempore moræ, vsq̃ ad sententiam diffinitiuam. & probant per l. hanc primo respon. inf. de trit. aut debetur quantitas, tunc refert: aut ex contractu bonę fidei, & vsq̃ ad sententiam diffinitiuam. & nõ vltra: aut ex contractu stricti iuris, tunc vsq̃ ad lit. contesta. & non vltra, vt inf. commo. l. 3. §. in hac. Ista distinctio non placuit Io. prædi. nec Azo. quia lex dicit, quod vbi quantitas debetur, crescit æstimatio à tempore quo peti potuit, vt hîc. & inf. de trit. l. vlt. peti autem potest vsq̃ ad sententiam. Prætereà si in actionibus stricti iuris nõ creseret æstimatio post lit. contest. iam faceret actor cõditionem suam deteriorem lit. conteſt. quod esse non debet. inf. de re. iur. l. non solet. Quid ergò dicemus? In hoc est discordia inter Io. & Azo. Concordant autem in hoc, quòd prædicti male dicunt. qualiter sit dicendum discordant. Dicit enim Azo sic: aut debetur res ex contractu bonæfidei, & tunc crescit æstimatio, vsq̃ ad tempus rei iudicatæ, sic intelligit de trit. l. in hac. primo respon. & inf. commo. l. 3. §. in hac: aut debetur ex contractu iuris stricti, & tunc refert: aut ille qui tenetur, non præstat præter culpam, & tunc crescit vsq̃ ad lit. conteſt. non vltra, vt inf. commo. l. 3. §. in hac, ad fi. aut non præstat præter dolum, & tunc vsq̃ ad sententiã crescit, vt sup. de rei vend. l. Iuli. scribit. la. 2. Sed certè lex illa non probat hoc, quia ibi loquitur in actione reali, vbi ista tuitur illud, contra non obligatũ, vt supr. si men. fal. mo. d. l. 1. §. hæc actio, sicut dixi modò sup. in pe. opp. Ioan. non stat in ista sententia, & gloſ. sequitur eum, sed dicit, quòd in omni actione crescit æstimatio à tempore moræ, vsq̃ ad sententiam non vltra, vt sup. de eden. l. vbi. §. 1. & ita intelligit d. l. in hac. primo respon. & ibi no. & hoc etiam tenet Dyn. in quadam sua distinctione, quæ solet hîc haberi. & inf. de noua. l. si fundum concordat. Aduertatis, Moderni Doct. vt Iaco. de Ra. & sui sequaces, non approbant istud. s. quod † æstimatio non crescit post sententiam vsque ad exactionem. Nam si hoc esset verum, sequeretur, quod sententia lata, contra eum, esset emolumentum sibi, quæ esse non debet, vt inf. de excep. re. iu. l. euidenter. Dicimus ergò, dicũt ipsi, quod æstimatio crescit post sententiam quomodocunq̃: quia sic est in fructibus: ergò idem in æstimatione, vt inf. de vsur. l. in fideico. in princ. Ita dicunt isti Moderni. Sed ad l. per Io. & Guili. allegatã, quæ videtur hoc dicere, non respondent. Qualiter ergò respondebimus? Dicit Pet. quod benè potest responderi. Nam scire debetis, quod quandoq̃ quæritur de æstimatione rei in obligatione contentæ. quandoq̃ de æstimatione rei non contentæ in obligatione. Primo casu est vera sententia Modernorum, argum. præall. l. in fideico. Secundo casu est vera sententia Io. & gloſ. & sic intelligitur prædicta l. vbi autem. §. 1. Nam ibi argentarius tenetur ad

tur ad rationes edendas, solo iudicis officio, & sic nõ erat obligatio, vt inf. de act. empt. l. qui per collusionem. Nec miremini, quia debilius crescit æstimatio, quando debetur officio iudicis, q̃ cum debetur iuris actione. Nam & alibi debilius operatur offi. iudic. vt circa moram constituendam, vt inf. de dam. infec. l. cùm postulassem, quam actio facit, vt inf. de vsur. l. mora. Sed quare ita fit, q̃tum ad tractatum l. nostræ, dixit magister Io. esse, quia iudex non habet discutere de futuris, vt infr. de vsu. l. 1. quare si peto vinum, iudex habet respicere quãti interest, vsq̃ ad sententiam, nec habet curare ipse, vltra quantum est in isto iudicio. & ista consideratione potest saluari gl. secun. Petr. Alij sunt, qui dicunt in distinctè, vt Mart. de Fano, quòd æstimatio non crescit post sententiam, sed præsentis æstimationis, tempore solutionis soluetur vsura centesima, quod satis compensat secundũ eum, vt C. de vsu. rei iud. l. vl. Credo quod satis sit pro illa æstimatione, sed si crescat in æstimatione, p illo emolumento, nõ est satis,
4 si benè respicias. Quartò quæritur, quid econtrà, † nunquid sicut mora debitoris facit æstimationem crescere contra ipsum, ita & mora creditoris facit eam decrescere, verb. gra. Debeo tibi equum. offero quando valet 100. non vis recipere, teneo eum in stabulo, & valet postea 100 centã, tu petis postea equum: ego nolo tibi præstare ipsum sub æstimatione centum, quæritur quid iuris? Respondet Iac. de Ra. quòd q̃uis in præiudicium debitoris respiciatur res, q̃ti plurimi fuit à tempore moræ, tamen istud non inspicit in præiudicium creditoris. Nam præstatur sub illa æstimatione, sub qua nunc est, cùm petit, quod, p batur sic: quia qui grauatur in vno, in alio releuatur. Sed creditor grauatur ante moram, vt suum sit periculum, si decrescat. ergò si post moram crescit, suum erit commodum emolumenti, arg. inf. de iureiur. l. eum qui in prin. Pe., p babilius tenet contrariũ, scili. vt sub ea æstimatione præstetur, quæ fuit à tpe moræ: quia non debet claudicare contractus, vt inf. de rescin. ven. l. id quod. de pi. & cõ. re. ven. l. id quod, & hoc dicit l. scil. quod non debet crescere æstimatio, vt inf. man. l. hominẽ, in fi. Quintò iuxta hoc queritur, quomodo contra reum morosum in casu huius l. formetur libellus? Ista quæstio pendet ex
5 hoc, nunquid † æstimatio sit in obligatione, vel si petatur apertè, vel non apertè. vt si non petatur apertè, qui conuenitur, & quæ sit æstimatio in obligatione, & quod sit petenda apertè, videtur expressum, inf. de cond. inde. l. fi nõ sortem. §. libertus, & l. in summa. §. infrà. de cond. fur. l. in re furtiua. §. 1. E contra videt, quod non sit in obligatione æstimatio, sed ipsum corpus rei etiam peremptæ, vt inf. de verb. obli. l. si seruum. §. vlt. vbi videtur casus. ergò si æstimatio non est in obligatione, non petetur iure actionis. Nam petito iure actionis, nunquam potest competere, nisi ad illud, quod est intra formam obligationis, vt C. de acti. empt. l. venditi. Hoc probatur: quia contractus est mater obligationis, & obligatio est mater actionis, vt suprà de procurat. l. licet. §. ea. Sed contractus quantum est de se, nihil importat, ad quantum teneatur tradere, vel soluere rem, vt inf. de cu. fur. l. consilio. Sic nec obligatio aliud concipit, sic nec actio. & ideò non possum petere iure actionis æstimationem: tamen quia æquitas est vt veniat, vt inf. de eo quod cert. loc. l. 2. & l. centum. ex quo ipsum corpus præstari non potest, æstimatio non venit offic. iudic. quod fundatur super æquitate. & sic intelliguntur prædictæ ll. Nam in §. si libertus, ipsæ operæ sunt in obligatione, & illæ petuntur à parte conuenta. Verum, quia præstari non possunt, condemnatio fit in æstimatione, quæ petitur iudic. offic. Item in §. in frum. ipsum frumentum est in obligatione, & illud petetur à parte. sed pretium eius venit in condemnationem, petitum offic. iudi. Item idem est in l. in re furtiua. & quod dicitur ibi, q̃ durat condictio æstimationis eius, expone, id est, durat ad corpus, propter ipsius æstimationem. & sic oês prædictæ ll. intelliguntur. Quomodo ergò formatur libellus in casu nostræ l. Dicunt Doct. quòd formandus est hoc modo: Dico contra talem, quod mutuaui sibi 10. corbes talis vini, valet 20. sed modo non valet nisi 10. ideò quia interest mea, peto quod mihi 10. corbes vini soluat. Verum, quia non valet tantùmodo, sicut tunc, cùm fuit in mora, peto vt ipsum sub æstimatione de 20. vestro offi. condemnetis. & sic debeo in libello certam q̃titatem adijcere, cùm peto ęstimationem pecuniariam interesse præterito, vt inf. de rel. & sum. fu. l. liber. & de re iud. l. si quis ab alio. §. fi. & de ver. ob. l. stipul. Non dicit planè verum, tamen quia æstimatio potest crescere vsq̃ ad tempus rei iu. vt sup. vidimus, possum, si volo, petere æstimationẽ pro interesse futuro, & adijcere petitionem incertam, dicendo sic: quare peto, q̃ mihi 10. corbes vini soluat? Verum quia non valet tantummodo sicut tunc, cùm fuit in mora, & quia æstimatio eius põt crescere, vsq̃ ad sententiam, peto vt illum æstimatione de 20. & insuper, q̃ti plurimi erit, vsq̃ ad sententiam condemnetis. Pro hoc enim q̃ crescere potest, quia incertum est, ad mittat petitio incerta à simili, sicut sup. si quis in ius voc. l. fi. & de rei ven. l. q̃ de tota. §. incertè. & dixi sup. e. l. certi condi. in vlt. q. Sic enim formata fuit petitio in l. nostra: quia si non peteretur ęstimatio, iudex non posset ad eam condemnare: Nam sententia petitioni debet esse conformis. ergò, &c. vt sup. cõi di. l. vt fundus. & neg. gest. l. Pompo. Sed videtur q̃ super tali libello non procedat iudicũ: quia ego peto vinum sub æstimatione de 20. Sed hoc est impossibile, quia non potest reperiri vinum tale sub æstimatione: & ad impossibile nemo tenetur. Dicunt q̃dam, q̃ propter hoc, q̃ consumitur, vinum petẽs, & condemnabitur sic de facto. Sed tunc instabis. ergò condemnabit in alio, q̃ petitum sit: & sic iudex stultus, vt C. de fideiuss. l. vl. Dicunt, verũ est, quod condemnabit in alio, nec erit stultus: quia hoc contingit, ppter impossibilitatem: & sic vbi homo debet dari ex stipulatione qui mortuus est, post moram homo petitur, & condemnatio fit ad æstimationem, propter impossibilitatem, vt d. l. si seruum. §. vl. de verb. oblig. cum sim. Hoc non credo, nec iura patiuntur, quod vinum veniat in petitione, & aliud in sententia, vt d. l. si fundus. Quid dicemus? Aduertatis, dico secund.
6 Pet. † quod in quacunq̃ petitione formãda, opus est du-
7 plici conclusione: Vna † est illa, quæ venit iure obligatio-
8 nis, in qua contra partem cõcluditur. Secunda † est alia, in qua non parti, sed iudici concluditur. & hoc est, vbi non subsistit obligatio: sed æquitas dictat sic esse debere, in qua æquitate fundatur officiũ iudicis. Nam iuris præceptum vult ius suum vnicuiq̃ tribuere, vt sup. de iusti. & iu. l. Iustitia. §. iuris. & istud ius tribuitur mediante iudice, sine quo iura non haberẽt effectum, vt suprà de origi. iur. l. 1. §. post originem. Istis duabus conclusionib. hîc vsus est auctor. Nam si excepisti ex causa mutui 10. corbes vini, debes reddere illud: & si non reddis suo tempore & loco, ita quod interest mea, æquitas iuris dictat, quod istud interesse, mihi restituas: Sed hoc non potest venire iure obligationis, venit ergò per officium iudicis, qui compellet te ad reddendum mihi ius meum, secundum præcepta iuris. Modò ita est, quod si vinum recepisti, vinum debes soluere: si seruum promisisti, seruum debes dare: & hoc iure obligationis petam, vt d. l. si seruum. §. fi. Sed vltra obligationem iudicis officium implorabo, in quo officio non petam rem: quia si non est in rerum natura, non potest dari, sed petam æstimationem hoc modo: Domine iudex, dico quod talis promisit mihi vinum, vel promisit mihi Stichum, non soluit interpellatus: ita quod post moram, &c. & quicunq̃ promisit, debet reddere, quos debetis compellere quomodolibet ad reddendum cuilibet ius suum: sed ipse non potest vinum sub tali æstimatione dare, vel Stichum, qui est mortuus, soluere: & ideò peto, quod condemnetis illum ad æstimationem, &c. Hinc est, quod dicit lex in actione de dolo, arbitrio iudicis. ergò, &c. vt sup. de dolo. l. arbitrio. §. potest esse tamen. & de rei ven. l. non solum. Videtur ergò summariè concludendum contra partem, vt ipsam condemnet ad rem super æstimatione. Vnde dicit Petr. quod si solum æstimationem peteret in libello, concludendo iudici & non parti, procedere petitio. Sic de facto respondit. Non ergò potes dicere, quod hunc iudex condemnet in alio quam petitur: quia secũdum petitionem in qua concluditur, ipse iudex format sententiam, nec potes dicere, quòd sit impossibile: quia non petitur vinum sed æstimatio eius. Vltimò posses quærere, † tu de-

bebas mihi vinum, fuisti in mora: deinde soluisti nulla mentione de interesse meo facta: nunquid videar renunciare æstimationi? Quæstio est valdè vtilis, de qua dixi suprà de dolo. l. eleganter. §. non solum. & C. ad exhib. l. exhibitionis, in lectura dicas vt ibi.

SVMMARIA.

1 *Seruus meus vbi tradit pecuniam meam alicui, an transeat dominium: & an vendicare possim eam si extat?*
2 *Dominus sicut potest agere ex contractu seruisic reus potest conueniri de peculio.*
3 *Dominus Stichi subrepti, & ementis Pamphilum, an possit nummos peculiares, si extant, vendicare? & nu. 6. & 7. Nam si non extant, non potest eos vendicare? & nu. 5.*
4 *Condicere qua condictione quis possit?*

SERVVM TVVM. Iste §. est subtilis in l. cum fundus, in tit. si cer. pe. In cuius repetitione tenebo hunc ordinem consuetum: videlicet, quia primò diuidam §. Casum & literalia expediam. Secundò signabo contraria, & dissoluam. Tertiò quæram de aliquibus infrà, & respondebo. Iste §. secundum quosdam diuiditur in quatuor partes. In prima ponit vnum dictum de æquitate. In secunda parte ponit dictum de rigore. In tertia ponit aliud dictum similiter de rigore. In quarto supplet, quòd minus completè dixerit. Vel potest dici, quòd iurisconsultus, Primò ponit thema, & quæstionē tacitè elicitam, ex themate. Secundò ponit vnam responsionem, dando de æquitate remedium. Tertiò ponit aliud remedium de rigore. Quartò ponit aliud remedium similiter de rigore. Quintò supplet quod minus cōpletè dixerat. & sic iste §. habet quinq; partes. Secunda pars incipit ibi, Sabinus & Cassius. Tertia incipit ibi, nam & infamis. Quarta incipit ibi, quod ad peculiares. Quinta incipit ibi, sed adijcere. Casus formatur sic: Titius habebat seruum nomine Stichum. iste Stichus fuit subtractus, & quidam qui duxit eum Ferrariam ibidem vendidit eum mihi bona fide ementi. posteà ille Stichus emit seruulum, Pamphilum nomine, ex pecunia domini sui Titij, qui seruulus traditus est mihi. Hoc facto apparet Titio domino suo, quod Stichus subtractum Pamphilū per eum emptum possideo. quæritur, quo iure sibi succurratur ad Pamphilum reuendicandum, quia de Sticho non est dubium, quod eum potest vendicare, & ideò de eo nihil in lectura dicit iurisco. Via æquitatis patitur Pamphilum condicere posse: tamen si mihi aliquid abest bona fide emptori ex gestione, tenetur mihi restituere. Sed nunquid contra venditorem habet remedium? Dicit iurisconsultus, quod ex empto actionem habet, & venditor habet condictionem indebiti contra me, quam domino agenti præstare tenebatur. Sed nunquid habet aliud remedium? Dicit iurisconsul. sic, quia nummos peculiares existentes vendicant, & de peculio tunc tenetur, si consumpti sunt, vendicatio cessat, & de peculio non potest conueniri. Vltimò, supplet quòd minus completè dixerat. Dixit, quod habet actionem ex empto ad Pamphilum, sed intellige istud verum, si precium & quæcunq; cum libero contraxisset, deberetur domino, soluat venditor. At si venditor tradidisset mihi bonæ fidei possessori, idem dicendum est, si actiones quas habet aduersus me, paratus sit cedere Titio domino suo. Hoc vult dictus §. iste. Videte literam, quæ lecta & exposita est. notate primò, quod seruus bona fide possessus, potest duplex peculium habere, vnum quod pertineat ad verum dominum suum. Aliud quod pertineat ad dominum putatiuum. Nā hīc dicit de peculio, quod ad te pertinebat, &c. & sic supponit, quod aliud peculium habuit, quod pertinebat ad bonæfidei possessorem, & propterea refert, vnde quærat, vt inf. de peculio. l. hinc quæritur. §. potest. Secundò not. quòd quicquid seruus meus ex opera sua vel re mea quærit, mihi quæri. Concor. inf. de acqui. hæredi. l. placet. & de acquiren. re. domi. l. si seruus. Tertiò not.

1 quod vbi † pecuniam meam tradit seruus meus alicui, dominium nō tranſit, & eam vendicabo si extat, & idem in filiofami. vt sup. eod. l. si filius familiās, i. respondeo.

2 Quartò no. quod † sicut dominus ex contractu serui potest agere, sic potest conueniri de peculio dominus. Sic intelligitur iste §. in fi. Nam de peculio serui nostri, etiam nos inuitos obligat, vt infr. de peculio. l. si quis seruum. Sumus expediti de primo. Veniamus ad secundum, scilicet ad oppositiones. Primò ad §. istum sic op. hīc dicitur, quod dominus serui à bonæfidei possessore repetit, & etiam à venditore potest consequi: Sed contra, quia bona fides non patitur, quod idem bis exigatur, vt inf. de reg. iur. l. bonafides. Solut. intelligunt hoc Doct. quod si velit condicere Pamphilū, non potest à venditore aliquid postea consequi, sed alterā eligere. Secundò op. dicitur hīc, q; Titius Pamphilū condicere potest. Contra hoc: quia con dictio, est actio. & omnis actio, aut est ex contractu, vel quasi: aut ex delicto, &c. Sed hīc mecum non contraxit, nec quasi contraxit. & sic op. inf. de actī. & obli. l. 1. Solut. timore istius contrarij quidam intellexerunt primam partem huius §. quod Stichus seruus mandauit bonæfidei possessori, vt emeret Pamphilum, & sic cum Sticho competat actio illa, competit domino certi condictio generalis, ar. sup. eod. l. si socius, aliàs si Stichus ipse emit, competit actio ex †empto contra venditorem. Sic intelligunt hīc in prin. Iste intellectus est quædam diuinatio, & ideò non est bonus. Alij dicunt, & hoc tenet gl. quod de rigore iuris nulla actio cōpetit: sed de æquitate sic, quæ æquitas venit gratia circuitus euitandi, vt inf. de condi. in de. l. fi. Dominus Pe. hoc non approbat, quia q; actio competat sine facto obligatorio, non est æquitas iuris, sed potius æquitas Marciana, vt inf. de act. & obli. l. 1. & infr. e. l. quare dicit ipse, q; Titius hīc condicit à bonæfidei possessore, facta sibi prius cessione, propter ius actionis, id est, conditionis indebitæ per venditorem cui competit, & iste intellectus non continet absurdum secundū eum. Tertiò opp. dicitur hīc, q; dominium quæritur bonæfidei possessori. Sed contra, quia quicquid seruus quærit, domino quærit. ergò, &c. & sic op. inf. de acqui. re. do. l. fi seruus. Sol. dicas, q; Stichus seruus nō quærit hīc dominium Pamphilo: quia non sibi, sed bonæfidei possessori fuit traditum. ideò, &c. C. de pac. l. traditionib. Quartò op. dicitur hīc, q; venditor habet conditionē indebiti. Ergò traditur dominiū, quia nemo cōdicit rem suā, &c. Sed cōtra hoc, quia nemo errans transfert dominiū, sed venditor errauit, ergò, &c. vt inf. de cōditione ob causam. l. 3. §. subtilius, & inf. de fur. l. filius. §. 1. & l. si quis iuxta. §. si Titio. Benè confiteor quod errauit, sed propter hoc non transtulit dominiū, non sequitur, quia multiplex est error. Nam est error in dominio, & ille impedit, vt in d. §. subtilius. & est error in persona, & tunc refert, aut erratur circa substantiā personę, & tunc transfertur, vt hīc. & ad hoc, vt plenè liqueat, quando error impedit translationē dominij, & quando non, quidā vt Fran. Accur. distinguebāt his plenè. Sed ego plenissimè sum prosequutus. sup. de offi. Præto. l. 1. dic vt ibi. Quintò opp. dicitur hīc, q; Titius potest condicere Pamphilum, ita tamen, q; si quid abesset bo. fi. possessori ex negocio, q; hic gessisset, inuicē agit. Sed contra hoc, quia vbi quis impēdit in rem alienā, tantum per exceptionem sibi consulitur, & sic op. inf. de condi. ind. l. si in area. Timore huius contrarij variatus est intellectus huius literæ diuersimodè. Nam quidam, vt Hugo, intelligebant, quòd hīc loquitur in contractu, vel quasi, videlicet, quòd Pamphilus negocia sua gessit, & sic ex contractu vel quasi est actio nego. gest. per quā consulitur sibi, vt infr. commo. l. si is §. fin. & sup. de neg. gest. l. at qui natura. §. si libero. Iste intellectus non videtur bonus: quia cum ipse Pamphilus fuerit factus ipsius bonæfidei possessoris per traditionem, licet sic gesserit, tamen nulla actio domino competit, vt C. si seruus. exte. & C. de fur. l. apud antiquos. Alij, vt Azo, intelligunt, vt hoc loquatur in emptione, & exponunt acturum per retentionem. sic alibi agat, id est, excipiat. C. de eden. leg. prin. de iuris & fact. ignoran. l. 1. Iste intellectus non placuit Jacob. Bald. quod est contra propriam significationem verborum. Prætereà si Azo voluit intelligere, quod retineat expensas factas in ipsum seruum, tunc non est ex ex negocio gesto per seruum, imò ex eo, quod gessit iste possessor; & sic litera ista contradicit. Prætereà possessor

vtebatur

vtebatur seruo. Ergò, &c. vt inf. comm. l. in rebus. §. possunt. Prætereà, quod iste intellectus sit talis, patet, inf. de act. empt. l. si seruus. §. seruum. vbi dicit, agi de peculio ex negocio quod gessisset. Ergò malè intellexit Azo. Qualiter ergò dicemus? Dicit ipse Iac. Bal. ego intelligo aliter, videlicet, quod hīc loquatur, quando seruus Stich. emisset vnum alium seruulum de peculio, quod pertinebat ad possessorem, qui fuisset traditus Titio domino. Nam illum condicet ea ratione, qua Titius condiceret emptū ex suo peculio. Iste intellectus licet sit verus in se, tamen non placet Odof. quia nimis est remotus à litera, & ideò ipse intelligit, q; hīc agitur ex gestorum negociorum vtili actione de peculio, de æquitate. & sic intelligitur prælegatus §. seruum. Item intellectus laborat eodem morbo, quo primus. Quidam alij dicunt, quòd hīc agitur ad expens. factas in ipsum seruū. Nec ob. quia tunc debet subueniri per retentionem, vt d. l. quæ in area: quia verū est, dicunt ipsi, qñ ipse fecit circa rem, quę nō posset obligare dñm, vt circa dñm: At vbi fecit circa rem, quæ potest dominum obligare, tunc benè competit actio, vt circa seruum, qui potest dominum obligare, vt inf. de peculio. l. si seruum. §. etiam. Iste intellectus est periculosus, secundum Pet. Prætereà hoc non est ex negocio, quod ipse gesserit, sed gessit prior. Nisi diceres, quod ipse impendit in semetipsum. Sed tunc obstat, quia impensæ istæ debent compensari, vt dict. §. non potest. Nisi diceres, quod loquatur de magnis sumptibus, vt de vestimentis, & de quibus sit causa magna. Nam hīc debet intelligi secundum Petr. quando obest possessori ex negocio, id est, ex contractu circa Pamphilum inito, vt puta, quia impendit circa instrumētum contractus, & similia, de pecunia bonæfidei possessore, & sic est plana litera. Sextò oppon. dicitur hīc, quod si Titius agat actione ex empto, oportet quod precium sit factum accipientis, quod hīc non fuit, cùm non desierit esse dominus nummorum, & sic oppo. infrà de actio. l. ex empto, in principio, & instit. de re. diui. §. venditæ. Dicunt quidam, si non sit factum precium accipientis, non videtur esse solutum, & tamen nihilominus agitur ex empto. Hoc non est verum. nam oportet qui vult agere cum effectu, quod contractus ex parte sua plenè impleatur, vt infrà de actio. empt. l. Iul. §. offerri. Quid dicemus? Concedo opositum, & dico, quod non potest, antequam precium fuerit factum venditori: sed tamen hīc licet possit vendicare num nos solutos, agendo ex empto, videtur ratam habere solutionem. Ergò, &c. vt infr. de fideiuss. leg. si seruus alienus. Septimò oppo. dicitur hīc, supplendo quod Titius aget actione ex empto, vt cedat sibi actionem contra bonæfidei possessorem. Sed contra hoc, quia hīc teneretur Titio, non quod actionem habeat, sed quia contraxit, tenetur ad tradendum, tunc arguo: vbi tenetur aliquis, non quia actionem habeat, sed quia contraxit, non liberatur actionem cedendo. Verum est, nisi sine culpa desinat facere posse. Sic fuit hīc, vt infrà de contrahen. empt. leg. quod sæpè. §. si res. Octauò oppon. hīc, Titius agit, vt actionem cedat. Item, à venditore precium recipit, & sic habet oua & denarium: quod non patitur bona fides. Videtur dicendum, quod benè sic agat, non tamen simul & semel. imò eligat, & vnam eligendo præiudicabit sibi in altera, vt C. de fur. l. 1. & suprà dixi. Nono oppo. iuxta illud, dicitur hīc, quod nummos peculiares vendicat, & est obligatus de peculio. Ergò repelli potest iure compensationis, cuius contrarium dicitur hīc, & sic oppon. infrà de compens. l. 1. Sol. dicit gloss. hīc, vendica vt corpus, etiam hīc non admittitur compensatio, vt infrà de pecu. l. si creditor. §. 1. & inf. de pignor. act. l. si conuenerit. Aduertatis, quando debetur pecunia in quantitate, hinc inde non est dubium, quod habet locum compensatio: quando verò debetur ex vna parte pecunia, vt species, tunc refert secundum quosdam: aut ille cui debetur vt species, petit compensationē aut non, vt primo casu possit fieri compensatio, secundo non, ar. sup. e. l. 2. §. mutui. Pet. tenet, quod vbi debeo tibi 10. in quantitate, & tu debes 10. in sacculo, quod habeat locum compens. at. & mouetur per rationem ratio, quæ inhibet compensationem speciei ad quantitatem, est vtilitas & affectio. sed cuius modi maior affectio & maior vtilitas cadit in illis 10. q; in alijs? Certè nullus affectus, pbabilis, & nulla vtilitas cadit ibi. & ideò potest fieri compensatio, quocunq; petente, arg. sup. e. l. Nam & si fur. §. fi. & inf. de in lit. iur. l. nummis. istam opin. credo veram. Restat respondere ad contraria. Primò ad l. si conuenerit, cum sim. respondeo, q; ibi loquitur, vbi species est talis, quæ non recipit contributionem cum quantitate in suo genere, aliàs secus, vt in d. l. si conuenerit, patet. Ad leg. si creditor. §. 1. respondeo, & dico, quod ibi non loquitur de compensatione. Ecce casus qui ibi ponitur: Seruus meus de pecunia mea me inuito emit rem, possum illam pecuniam vendicare si extat, vt speciem: & teneor tibi de peculio, quod spectat ad quantitatem, nec potes compensare: non quia sit debita vt species, sicut glo. ibi dicit, & malè: sed quia non constat, quod ego debeam. Nam si nihil est in peculio, nihil debeo, vt eod. tit. l. sed & si damnum. §. 1. & ista est ratio, vnde iste §. non loquitur de compensatione, quia ibi non potest habere locum, cum non fuit hinc inde debita liquida. & hoc dixi C. de compensat. l. vltim. & ista est ratio, quare hīc non habet locum compensatio, etiam tollitur contrarium de d. l. 1. & de compens. Expediti sumus de secundo, scilicet, de contrarijs, quæ valorem habere possent, & alia signari, de quibus non curo. Veniamus ad quęstiones circa literam. Primò quęro, dicitur hīc, quòd

3 † dominus Stichi subrepti, & ementis Pamphilum, potest nummos peculiares, si extant vendicare: & tunc tenetur peculiotenus tantum. Sed si agat ex contractu, vt actione ex empto, tenetur in solidum. Cur hoc tàm variè. Respondeo, vbi seruus contraxit sine iussu domini, dominus de peculio tenetur sibi: quia de voluntate sua, tenetur quod iussu in solidum. Modò ita est hīc, quod vbi vendicat nummos existentes, pro hoc reprobat contractum. Sed vbi agit actione ex empto, contractum ratificat. ideò in solidum tenetur, vt inf. quod iussu. l. 1. §. si ra-

4 tum. Secundò quæritur, litera nostra dicit, quod † condicere potest hominem: sed quia condictiones sunt multæ, dubitatur, qua condictione? Dixerunt quidam, condictione sine causa, vt inf. l. prox. Alij dicunt, condictione indebiti, vt inf. de act. empt. l. non est nouum. Tertij dicunt, quod condictione certi generalis. & sic facit ad tertium sup. e. l. certi condictio. Aduertatis, hoc verum est, quod datur certi condictio generalis, vbicunque certum petitur. & dat condictio incerti, facta sibi cessione istius condictionis indebiti, secundum Petr. vt intelligitur hīc prin. vt sup. circa primam opin. Tertiò quæritur, dicitur

5 quod si † nummi peculiares non extant, Titius non potest eos vendicare, & actio peculij euanescit. Dubitatur, & quæritur modò, quo iure hoc fit? Dixit Io. q; iure compensationis. Istud non est verum, imò euanescit iure cō-pensationis per regulam illam, quæ est sup. e. l. si filius familias. Quartò quæritur, pone quod reus teneatur ad 10. tantum de peculio: quia non patitur vltra peculium, sed precium nummorum solutorum de peculio fuit vsq; ad numerum 20. quid erit? Dicit gl. 10. quæ excedunt peculium, non consumpta, vendicabuntur: consumpta non repetentur. & ratio, quare non repetentur, est, non quia hoc fit iure compensationis: ideò, &c. vt sup. prox. quæst.

6 dixi. Quintò quæritur, nunquid † si precium fuit 20. & in peculio sunt 10. & seruus tunc vult 30. nunquid possit repetere illud plus, quod valet seruus, per actionem de in rem verso. Dic vt in gloss. Sextò quæritur, quia hīc dicitur, quod seruus Stichus emit Pamphilum de peculio, quod ad damnum spectabat, nunquid supponat, quod precium sit solutum? Videtur quod nō, vt hīc. Sed videtur contra, quia dicit de peculio, quod ad te spectabat, &c. Dicendum est, quod de dicto peculio solutū fuit precium, tamen non habuit effectum, antequam dominus approbaret contractum, agendo actione ex empto: qua actione non agit, si precium non fit solutum in solidum, & quæcunq; alia venerint de natura contractus, vt inf. de acti. empti. l. ex empto. & l. fundi.

SVMMARIA.

1 *Vsuræ an incipiant currere à tempore contractus, vel à tempore moræ? & num. 4. & 5.*

2 *Vsuræ veniunt à tempore contractus.*
3 *Pœna in continenti apposita, contractibus inesse videtur.*
6 *Stipulationi pactum condictionale subiectum, an præiudicet.*
7 *An stipulationi conditionali pactum.*
8 *Certi condictione informata ad factum, an agendum sit, quando conuentum est de libro scribendo?*
9 *Pactum accessorium vestitum positum iuxta principale nudum, nunquid vestiat illud?*

SECTA EST in auditorio. In lectura huius l. taliter procedam. Primò diuidam l. istam per partes, & ponam casum, & literalia expediam. Secundò signabo quædam contraria, & dissoluam. Tertiò formabo quasdam quæstiones, & earum solutiones subijciam. Quartò & vltimò colligam quædam argumenta, ad hæc vtilia. Veniamus ad primum. Lex ista diuiditur duobus modis. Vno modo diuiditur secundum Odofr. in septem partes. In prima parte iurisconsul. ponit exordium. In secunda parte ponit thema. In tertia ex themate tres quæstiones elicit. In quarta ponit responsionem quæstionum domini Pauli. In quinta ponit oppo. ad responsionem. In sexta ponit solutionem, & argumenta ad solutionem. In septima & vltima parte determinat alios duos casus. Secunda pars incipit ibi, ego Lucius, &c. Tertia ibi, quæsitum est de obligatione. Quarta ibi, dicebã, etc. Quinta ibi, pactum autẽ, &c. Sexta incipit ibi, sed cum sortis, Septima & vltima incipit ibi, sed & fi ꝯtitatem, &c. & secundũ istũ modum casus sic formaꝫ. Quidã magnus vsurarius, audax & promptus, accessit ad auditoriũ, id est, ad scholas, vbi legebatur, vel ad palatium fori, vbi ius reddebat dñs Aemil. Papinia. & portauit secum quoddam instrũm, dicens: Dñe, ego habeo vnum instrũm, ex quo insurgunt ardua dubia, de quibus volo per vos certiorari: vultis ꝙ ego legam vobis illud? Rñdit Papinianus, volo. & sic legit instrumentum, & illud est exordium: lectura instrumenti. Ex tenore cuius & ex facto secuto insurgit thema, nam instrm continet tria pacta: duo vestita: & tertium nudum, cuius tenor talis est. Primò continetur in eo sic: Ego Lucius Titius prædicta 15. die statuta, solutionem promitto nomine pœnæ, & nomine vsurarum, pro quibuslibet 100. denarijs, vnum denarium infrà 20. dies. hoc est secundum pactum. Item, continebatur in eo tertium pactum. & istud erat nudum, videlicet, ꝙ ego Lucius Titius deberem soluere Publio Mæuio omni mense 200. denari. & in ista conuentione nihil dictum est de vsuris. Iste est tenor instrumẽti, & posteà accidit, quòd ego debitor non solui primo mense, nec secundo nec tertio: & istud factum posteà subsecutum, ex isto themate quærit prædictus vsurarius tria. Primò circa obligationem vsurarum, qñ incipiat currere. Secundò, cuius sortis, vtrum omnium 15. milium an 300. tantum. Tertiò quærit, an ex isto vltimo pacto nudo, actio nascitur. Modò aperto themate, & formatis quæstionibus dñs Paulus auctor huius l. qui erat vnus perfectus Baccalaurius in scholis domini Aemilij Papiniani, vel erat vnus disertissimus aduocatus, in foro Prætoriano, surrexit, & dixit: ego respondeo, & primo ad quæstionem, qua quæritur, vtrum pactum tertium sit efficax ad agendum, dico quòd sic: quia pactum appositum in continenti iuxta stipulationem, videtur stipulationi inesse. & ꝓ hoc respondeo ad primam & secundam quæstionem, quod vsuræ non totius sortis à tpe stipulationis, sed eius summæ, quæ debetur primo mense solui, currunt à tẽpore moræ, & quia finito primo mense, incipiunt currere vsuræ illius summę, q̃ tunc erat soluenda, & sic deinceps: quia non potest peti antè vsura, q̃ sors ipsa peti poterit. Hac responsione data per dominum Paulum, surrexerunt ex aduerso quidam alij Baccalaurij, de schola dñi Pamp. vel alij aduocati Prætoriani fori, & dixerunt: nos dicimus contrariũ, & audiatis, dñs Paulus salua sua reuerentia dixit duo falsa. Nam ipse dixit, ꝙ vsuræ integræ summę non currebant post primum mensem, quod est falsum: ga pactum ꝙ fuit vltimò appositum, non fuit factum, nisi super sorte, & non super vsuris remanet, ergò stipulatio facta super vsuris, & vsuræ integræ summę debent currere. Item dixit dominus Paulus, quod pactum tertium erat efficax ad agendum. Hoc est falsum, quia nudum est, vnde stipulationi prẽiudicare non potuit. Ponit ergò tantùm exceptionem hac allegatione facta in contrarium per aduersarios. Iterum insurgit dñs Paulus, & confirmat responsionem suam, tollendo sic opposita. Vos dicitis ex aduerso, dicit Paulus, ꝙ per tertium pactum non fuit conuentum de vsuris, & sic remansit prima stipulatio secund. vos. Verum est, quòd non fuit expressè conuentum super vsuris, sed tacitè sic: quia fuit perfectũ pactum conuentum de dilatione sortis. Ergò per consequens videtur dilata solutio vsurarũ, vt non veniant nisi à tempore moræ: quia tacitè videtur remissus cursus vsurarum, remissa sortis solutione. Ad secundum, quòd vos dicitis, quòd pactum istud factum fuit nudum, & sic non potuit stipulationi præiudicare, respondeo, dicit Paulus, quod falsum dicitis vos, salua vestra reuerentia, non ego: quia imò est vestitum coherentia contractus. Item hoc posito, fine præiudicio veritatis, quòd esset nudum, pareret tamen exceptionem: adhuc non incipiunt currere vsuræ. Vos dicitis, quia saltem obstabat exceptio cõtra petitionẽ sortis, & vbi nulla petitio in effectu, ibi nulla mora est. Per ista clausa sunt aduersarijs ora sua, & sic indicto silentio determinauit d. Aemili. Papinianus, pro parte dñi Pauli: tunc prædictus vsurarius, ita est, dixit, nec potest esse aliud. Sed vellẽ à vobis quærere, vtrum posset fieri talis cõtractus, quod vsuræ venirent ex ipso contractu, non ex mora? Dicit iurisconsul. auctor huius l. certè sic. vbi nominatim esset dictũ, quod non soluta sorte singulis suis mensibus venirent vsuræ totius sortis, à die interpositæ stipulationis: tunc enim currerent vsuræ à tẽpore contractus, & adijcit similiter. Pone ꝙ stipulor à te fundum, si nauis ex Asia venerit. & cùm euenerit conditio, stipulatus sum, quia prẽsta bis mihi fructus medio tpe percepti. Isto casu veniunt fructus à primi tpis contractus, sic & vsuræ. Hoc dicit hic lex, q̃ videtur difficilis propter casus positionẽ. Posito sic casu, expone literam, vt in gl. & vbi gl. deficiunt, per teipsum potes supplere, si es talis, cui loquitur ista litera, superuenerunt præterea quidam Moder. qui dixerunt hãc l. aliter intelligi, q̃ hic iurisconsul. Primò ponit thema, vsq; ibi, quæritur, &c. Secundò ponit vnam quæstio. tantùm † scili. à tpe elapso, an incipiant currere vsuræ à tpe contractus, vel à tpe moræ. Tertiò ponit responsionem ibi, dicebã, &c. Quartò ponit obiectionem contra responsionem, ibi, pactum autem, &c. Quintò ponit solutionem. Sextò ponit casum, † vbi vsuræ veniunt à tempore contractus, & inducit simile. Ista lectura procedit sine subaudito sensu. Teneatis quam vultis, quia non variatur effectus, & sic est modus diuidendi, & est lecta & expositalitera diligenter. Primò ex l. ista nota, ꝙ legum professores possunt regere seculares dignitates. Nam iste Papini. iurisconsul erat, & sic legis professor, & erat præfectus prætorio, vnde arg. huius l. refert hic Odof. quod Io. Bal. de Bononia, cuius laudabilis acceptauit potestatem & regimẽ ciuitatis Genuæ, ad quam fuit electus, & vacauit tunc per annum in cathedra, quam Doctor egregius ascendebat: quo iure nullum inter Italos maiori honore dignioremputo. † Secundò not. quòd pœna in continenti apposita, contractibus inesse videtur, vt C. de pact. l. petens. & l. in bonæfidei, de quo articulo dic vt ibi plenè dixi. Tertiò nota, quòd vbi nulla est petitio, ibi nulla mora. Concor. infrà de verborum obligat. l. si pupillus, & de reiur. l. nulla. Expediti sumus de primo pollicito, veniamus ad secundum, scilicet, ad oppositiones. Primò ad legem istam oppon. dicitur hic, quòd vsuræ non veniunt integræ sortis, sed partis, in qua cessatum est solui tantùm. Sed contrà, quia imò veniunt integræ. Nam cauetur, quòd si promitto tibi fundum sub pœna, & non illum tibi trado integrum, committitur pœna in stipulatio. de verb. obliga. §. vlti. Solibi loquitur, quando quis promisit dare fundum simpliciter, vbi si soluat partem, stipulatio pœnalis in totũ committitur, & idem esset in vsuris, vbi debetur sors simpliciter, & soluereť pars eius, vt inf. de vsur. l. tutor. §. Lucius. At ibi loquitur, vbi debitor debebat sorté non simpliciter, sed vnam partem vno mense, aliam alio, &c. Secundò op. dicitur hic, quòd à tpe moræ

4 moræ currunt vsuræ † sed contra hoc: quia in contractibus inspicimus initium. ergò, &c. & sic op. inf. de ver. oblig. si filius fa. Sol. in contractibus inspectamus initium, verum est, quantum ad acquisitionem actionis: & sic loquitur hic. sed quantum ad cursum vsurarum, sed inspicimus tempus moræ, vt hic. Tertiò op. circa hoc, hic dicitur, quod veniunt vsuræ ex mora. contra, quia in contractibus stricti iuris non veniunt vsuræ ex mora, imò ex stipulatione. & sic op. infr. de vsu. l. mora. §. in bonæfidei. & C. de condi. indeb. l. 1. Respondeo, in contractibus stricti iuris non veniunt vsuræ ex mora propter moram: sed benè veniunt ex stipulatione propter moram. Hinc quod nos solemus dicere, quod vsuræ quandoq; nõ sunt ex mora propter moram, vt in contractibus bonæfidei, & isto modo non veniunt in contractibus stricti iuris. quandoq; veniunt ex mora propter l. quia vbi nõ fuisset stipulatus, venirent. & sic loquitur ibi circa modum. quandoq; veniũt vsuræ propter morã, & propter stipulationẽ, & sic propter vtrunq;, vt in fin. huius l. quandoq; veniunt ex stipulatione propter stipulationẽ tantùm, vt C. de ind. li. & sic not. quadrifariã cursum. Nam currunt quãdoq; ex mora propter morã ex stipulatione propter morã, quãdoq; ex stipulatione propter vtrunq;: quãdoq; ex stipulatione propter ipsam. Quartò op. ad fin. huius l.
5 dicitur hic, ꝙ † vsuræ veniunt à tẽpore contractus. Contra, quia imò veniunt ex cessante solutionis, nam non sunt promissæ, vt infr. de vsuris. l. cum quidam prin. Solu. illa non meruit signari pro contraria: quia ibi soluit primo anno leuiores vsuras, & ideò non tenetur ad grauiores. Sed in l. nostra, nullas soluit, ideò veniunt vsuræ prẽteriti temporis. Possunt & alia contraria signari, quæ simpliciter non meruerunt recitari, ideò, &c. Expediti sumus de secundo, scilicet, de oppo. veniamus ad tertium, scilicet ad quæstiones. Primò quia hic dicitur, pactum
6 continenti appositum inest, † quæritur de tali quẽstione. stipulor à te 10. purè, conuenitur inter nos de non præstando, nisi sub conditione, si nauis ex Asia venerit, nunquid pactum præiudicet & operetur? Dicit glo. aut in continenti sic conuenit, aut ex interuallo. Si in continenti, non præiudicat ipso iure, vt hac l. Sed ex interuallo. tunc præiudicat mihi per exceptionem, vt sup. eod. l. pecuniam. Quidam moderni, vt Mar. non approbant hoc, imò aliter distinguunt hoc modo. aut ante stipulationem fuit factum pactum, & tunc ipso iure pœna non committitur, vt hic: aut post stipulationem tam cõmissam fit pactum, & tunc excipitur, vt in gloss. & sup. si quis cau. l. 2.
7 † Secundò quæro e contra, pone quod stipulor à te 10. si nauis ex Asia venerit. Posteà conuenimus, quod conditio sit pro non apposita, nunquid tenet pactum, ita quod stat im agi possit, per iura quæ loquuntur in simili, inf. de adimen. le. l. 3. §. conditio. & de condi. & demon. l. si ita. & sup. de pericu. & com. rei ven. l. si in venditione. Glo. distinguit hic. aut conuentum est statim, & tunc pactum tenet vt hic, in secundo casu patet: aut ex interuallo, & tunc dicebant quidam, quod pactum operabatur replicationẽ, vt hic no. Alibi dicit gl. indistinctè & benè, quod istud pactum nihil operatur, vt not. sup. de pactis. l. iure gentium. §. quinimò. & ideò ante conditionis existentiam non potest agi. Nam stipulatione non agitur, si ante conditio non extitit, vt infr. de ver. signi. l. cedere diem. Ex conuentione similiter non agitur, siue statim siue ex interuallo apponatur, non valet. Ratio est, quia cũ stipula. conuentionalis ante conditionis euentũ sibi non sufficiat, non potest alij dare robur, ar. inf. de acqui. re. do. l. traditio. Ista est veritas secundum Ia. de Ra. nec ob. prædicta in contrarium allegata. Primò non ob. l. ista, quia hic in secundo dicto pacto non solum vsuræ deductæ sunt. sed & sors. & ideò non erat conditionalis. Sed puto quod per verbum illud hoc amplius fuit sors repetita, & pura est, quantum ad sortem, & ideò vestiri potuit. Secundò non ob. quod allegatur de vltimis voluntatibus. quia testator qui remittit conditionem, videtur nouum legatum facere, quod potest. Sed nõ sic contrahentes possunt per nudum pactum contrahere nouam stipulationem. Similiter est in venditione, quia per nouum consensum, est contracta alia venditio, cum solo consensu contrahatur, vt infr. de contrahen. emp. l. pactum. Sed per nudum pactum non potest dici contrahi nouam stipulationem, vt d. l. iuregen. §. adeò. Tertiò quæritur, supponendo in quæstione, quod pactum in continenti appositum, informet recentem actionẽ, & nouam perimat. Præterea ver. actio de quo dixi in l. in bonæfidei. C. de pact. Item, suppoñendo, quod certi condictio cõpetit ad certum tantùm,
8 vt l. certi condictio. Ponamus sic, † quod iuxta contractum mutui cõuentum est, de libro scribendo: nunquid tunc agetur certi condictione informata per pactum? Videtur ꝙ sic, quia pactũ informat recentem actionem, vt in §. quinimò. Præterea certi condictio succedit in locũ actionis ex stipulatu, vt insti. de acti. §. fuerat. Sed hoc non est verum, ꝙ succedat, imò accedit, vt sup. in l. certi condict. o. Quid ergo dicemus? Videtur ꝙ non detur, ar. sup. de pet. hæredi. l. item veniunt. §. idẽ. Rectè ita arguit gl. pro & contra, quidã dicunt, ꝙ non potest agi certi condictione ad incertum, sicut scribere librũ. & hoc quidam moderni tenent. Nec obst. ꝙ dicitur, actionẽ per pactum informari: quia verũ est, nisi spõsio in formis esset ad pactum, cui assentitur. alij quibus accedit Pet. dicunt, ꝙ certi condic. tunc cõpetit ad factũ, propter pactum, ꝙ informat eam: licet regula informatæ actionis hoc non patitur. Nam sic certi condictio, nisi ad certũ cõpetit, sicut actio ex vendito de sui natura non cõpetit, nisi ad precium: & tamen si vendo tibi rem, conuenio ꝙ vadas pro me Romam, possum agere cõtra te actione ex vendito, vt vadas Romã. Sic certi condictio potest competere ad illud, ꝙ de sui natura non cõpeteret, ar. inf. de act. empt. l. tenetur. §. 1. Modò sumus expediti de tertio, restat videre de quarto, scilicet, ad quæ vtilia potest adduci l. ista? Dic vt sup. Loco vlti. inducitur l. ista ad quædã. Primò ad quẽstionẽ,
9 † nunquid pactũ accessoriũ vestitum, positũ iuxta principale nudũ, vestiat illud? Dicũt gl. non, quia absurdum est, ꝙ seruus vestiat dominum. Hæc est ratio illorũ, hæc l. videtur dicere, ꝙ sic. tamen potest responderi ad l. istã, ꝙ hic pactum accessoriũ erat appositũ super sorte, vt indicat verbũ illud, eo amplius, &c. vt infr. de le. 3. l. is cui de hac quẽstione dixi. C. de pac. l. petens, in secunda qstione, dic vt ibi. Sed inducitur l. ista ad q. pone, Titius promisit mihi 10. & pactũ statim est appositũ, ꝙ vadam pro eo Romã, nunquid pactũ informabitur? Dicunt gl. ꝙ non, quoniã ad hoc, vt actio informetur à pacto sequenti oportet ꝙ primum & secundũ sit totũ pro vno. At in qstione proposita, vnũ est, palio, & aliud pro alio. Ia. de Ra. dicit contra legẽ, & habet, ꝓ se l. istã, versic. conuenit. & in versicu. dicebã. Aduertatis, dupliciter potest circa prædictũ thema quæri. Primò, an informetur prima actio. Secundò, an detur ex secundo pacto actio præscri. ver. In prima bene respõdet gl. sed in secunda nõ, vt dixi C. de pactis. l. petens, in prima quæstione. Tertiò inducitur hæc l. contra opi. gl. quæ distinguit inter, pmissum annuũ, & pmissum anno de qua quæstione habetis C. quando di. lega. ce. l. i. & ideò quomodo inducitur lex ista, & qualiter respondetur ad eam, & quid iuris? dicatis plenè, vt ibi scripsi. Expediti sumus de omnibus.

SVMMARIA.

1 *Do tibi pecuniam, vt tradas eam mortuo, ignorans tradis: certè non transfers dominium.*
2 *Pecunia vbi est numerata, & stipulatio non intercessit pro parte cohæredis, an teneat obligatio?*
3 *Mandatum an finiatur morte mandantis.*
4 *Hæreditati iacenti ex re hæreditaria, an acquiratur, sicut nobis ex re nostra acquiritur per eos, qui liberi vel serui bonæ fide seruiunt?*
5 *Mutuauit Stichus pecuniam pro parte cohæredum post mortem domini, an transtulerit dominium. Et qua actione agent cohæredes ad illam pecuniam? n. 6.*

IVS QVI in prouincia. Ista l. fine dubio difficilis est, circa medium vsq; ad fin. Nam circa vltimam partem, propter varios intellectus diuersificatur lectura, tribus modis. Vno modo enim legitur secundum Io. & Azo. Alio modo legitur secundum Io. Bal. qui non

approbat lecturam prædictorum. Tertio modo legitur secundum Odof. qui nec Io. nec Azo. nec Iac. Bal. dominium suum sequebatur: sed dabat per seipsum intellectum. Per tamen de Bel. perti. sequitur intellectum Io. & Azo. qui veritatem continet, & ideò secundum eos ponam casum huius l. pro cuius lectura tenebo ordinem consuetum. Nam primò, diuidam l. & casum ponam, & literalia expediam, totū istud erit primū. Secundò signabo contraria, & dissoluam: & circa contrarium vltimum examinabo omnes lecturas. Tertiò formabo pro declaratione huius l. quasdam quæstiones, & respondebo. Incipiamus in primo. Lex ista diuiditur in 9. particulas. In prima, iurisco. ponit thema. In secūda elicit tres quæstiones, secundū gl. secundū Odof. 6. sed gl. melius dicit. Nam principaliter tria quærūtur, licet iurisc. on. respondendo antipoforizat, & in quibusdam distinguat. Quidam dicunt, q elicit quatuor: & hoc magis placet. In tertia parte ponit responsionē primæ quæstionis. In quarta, respondet tacitæ quæstioni. In quinta, ponit responsionem secundæ quæstionis. In sexta, confirmat responsionē suam per exemplum. In septima, reddit rationem diuersitatis inter primam quæstionē & secundam. In octaua concludit, & ponit responsiones quartæ quæstionis. In nona & vltima parte ponit responsiones tertiæ q̄stionis. Secunda pars incipit ibi, consulebatur, &c. vbi circa p̄missum thema queritur de tribus, secūdum gl. vel de quatuor secundū nos. Tertia pars incipit ibi, placebat, &c. Quarta incipit, earum aūt, &c. Quinta incipit ibi, quas verò, &c. Sexta ibi, nam, &c. Septima ibi, neq; enim, &c. Octaua ibi, quare nulla, &c. Nona incipit ibi, q̄ fi duo stipulatus esset, &c. Casus sic formatur in terminis: quidā ciuis Romanus nomine Titius, vsurarius magnus, & semper pecuniam sitiens, quā in inferno bibit, audiens q̄ in prouincia pecunia erat carior, & sub maiori fœnore credebatur, transmisit illuc quendam seruum suum Stichum, vt ibidem fœnus exerceret, ille Stichus in prouinciam venit, domum & stationem conduxit, & altare diaboli fecit, ita q̄ prouinciales currebant ad eum, quibus pecuniam mutuabat credendo, stipulando, pignora accipiendo, & etiam exigebat mutuatas. Isto seruo talia faciente, voluntate diuina valetudo cæpit dominum, & infirmatus condidit testamentum, in quo relinquit libertatem ipsi Sticho, & nihilominus, &c. pro parte fecit hæredem, & alios quosdam pro alijs partibus cohæredes instituit. Hoc facto diabolus deportauit animam suā in infernū, & testamentum suum recitatū & apertū est mysterium apud sensus, in quo prædicta sic dispositа sunt reperta, isto testamento sic recitato, Stichus ignorans se liberum & hæredem, pecuniam quā fœnerauit, exegit à quibusdā debitoribus, & à quibusdam de nouo mutauit sine stipulatione, & quibusdam stipulatus est, & pignora accepit, & illud est thema. Modò quæritur de tribus secundū glo. vel quatuor secundum nos. Primò quæritur, an debitores ei soluendo liberati sint? Secundò quæritur, an mutuum contractum sit vel non? Tertiò quæritur, an stipulatio fuit vtilis an inutilis. Quartò, an pignora teneātur? De istis enim quatuor principaliter agitur in themate, & sic de his quatuor quæritur quid iuris? & ista est secunda particula. Modò statim respondet quæstioni primæ dicendo, quòd solutiones factæ Sticho, si modò ignorasset dominum mortuum, liberati sunt. & hoc dicit. In tertia particula diceret aliquis, si soluentes sunt liberati, qua actione repetent cohæredes partem pecuniæ solutæ? Respondet iurisconsul. non actione familiæ erciscundæ, sed actione negotiorum gestorum. & hoc agitur in quarta particula. Prætereà respondet ad secundam quæstionem, qua q̄ritur, nunquid contractum sit mutuum, dicendo, q̄ non, nisi pro sua parte, & hoc agitur. In quinta parte istam suam responsionem probat per exemplum, nam pone quòd † do tibi pecuniam, vt tradas Titio me mortuo. ignorans tradis, certè non transfers dominium. Sic igitur est in proposito, & hoc in sexta parte. Diceret modò aliquis: domine Affricane, cur hoc tam variè habetur, quòd debitores soluendo pecuniam liberentur, & mutuum accipiendo non obligantur ex mutuo? Dicit iurisconsultus, hoc est, quia proniores sumus ad liberādum, quàm ad obligandum. De hoc in septima parte. Deinde concludit, respondendo ad quartam quæstionem Azo.

2 Ergò dicit iurisc. q̄ † vbi pecunia est mutuata, nec stipulatio intercessit pro parte cohæredis, non tenet obligatio: nec pignora tenentur. In nona & vltima parte respondet ad tertiam quæstionem, qua quæritur: si mutauit & stipulatus est, nunquid stipulatio vtilis fuit? Distinguo, aut stipulatus fuit domino, & tunc stipulatio inutilis est: Nam defuncto non potest quæri: aut stipulatus est sibi, & tunc refert: aut tempore stipulationis interpositæ, scilicet, hæreditas non fuit adita: & tunc stipulatio vtilis est hæreditati acquisita: quia ex qua causa ex re nostra seruus alienus vel liber homo bona fide seruiens acquirit nobis, ex eadem causa quæritur hæreditati. & sic istis hæredibus adeuntibus postèà hæreditatem, acquiritur: aut hæreditas fuit adita, tunc refert: aut cohæredes nesciebant ipsum Stichum instituтū, sed credebant ipsum seruum, & tunc eis acquiritur, ex hoc sequitur, quòd si dominus habuit plures seruos, fortè in diuersis prouinciis fœnori præpositos: & omnes ignorantes mortuum dominum mutuauerunt, quod ad inuicem videntur sibi acquirere. h. d. l. ista literam lege, & expone secundum gloss. Et per teipsum supple, vbi videbis expedire. Hoc tantùm in fine. Secundum diuersos intellectus sunt diuersæ expositiones, quas videbimus inferius circa vltimum. Et expedita litera, collige quædam notabilia. Pri-

3 mò nota, quòd mandatum morte † mandantis finitur. Secundò nota, quòd alia est causa liberationis, quòd secundum regulā proniores sumus ad liberationē, quam ad obligationem, vt infr. de acti. & obli. l. Arrianus. Nam obligatio est odiosa, ideò restringenda. Liberatio favorabilis, & sic amplianda, iuxta regulā illam: odia restringi & fauores ampliari conuenit, quam Papa Bonifa. posuit in libro suo sexto, sumptam ex l. cum quidam, de lib. & posth. Tertiò no. quòd vbi non subsistit principale, nec accessorium, vt inf. qui. mo. pig. vel hypo. fol. l. Lucius. & in regula iuris, cum principalis. Ex hoc infertur, quòd non subsistit obligatio pignorum, vbi non subest obligatio principalis. Quartò no. regulam, quam alibi per ordinem ita non inuenitur. regula talis est. Sicut nobis

4 ex † re nostra per eos qui liberi vel serui bona fide seruiunt, acquiritur: sic hæreditati iacenti ex re hæreditaria quæritur. Expediti sumus de primo, scilicet, de diuisione literæ per partes, & de casus positione, & de literalibus: veniamus ad secundum, opponendo & soluendo. Primò dicitur hic, quòd debitores soluentes liberantur, dummodo ignorassent dominum mortuum. Ergò supponit, quòd si sciuissent, non liberarentur soluendo Stichum. Contra, quia lex dicit, quod vbi quis præposuit aliquem institorem, & post mortem sit ei solutum, & sic sciens, contingit ei liberatio, & sic infr. de instit. l. si quis mancipijs. §. si impubes, in fin. Circa solutiones istius contrarij sunt tres opiniones. In gloss. vna est, quòd hic liberentur, si ignorarent dominum mortuum. Si autem sciuerunt, tunc aut credebant hæredes vti eodem institore, & tunc etiam liberarentur, vt ibi. aut sciebant hæredes non vti eo pro institore, & tunc non liberarentur, & sic hic supponit, quòd si sciuissent, non liberarentur. subaudi si sciuissent mortuum, & hæredes nollent vti eodem institore. Sola enim scientia mortis, non impedit liberationem, secundum istam opi. Ista solut. est nulla, & confunditur apertè per exemplum l. contrariæ, vbi loquitur, antequam hæredes adeant, & ita nō poterat sciri, vtrum vellent vti opera eiusdem institoris, cum non sciuissent eum adhuc dominum. Secundò soluitur in gloss. quòd in l. contraria, quia hîc loquitur de dominio transferendo: hîc de obligatione personali. Ista opi. etiam non valet vnam muscam, quia & hîc de obligatione dissoluenda tractat. Tertiò soluitur hic in gloss. quòd speciale fit in institore, & ista similiter nulla est: quia & hîc & ibi erat institor. quid dicemus, quòd hîc & ibi fuit institor? Tamen Pet. distinguit, vbi est dominus mortuus, vtrum conditio institorum sit mutata, necne: & ex quanta dominum mortuum & conditionis institoris mutatam, quia de seruo factus sit liber, istis duobus concurrentibus, debitores soluentes, ita demum liberantur, si ignorant mortem domini: Si autem sciuerunt mortem domini, non liberantur. Et ita intelligitur l. ista. Sed lex contraria loquitur, vbi conditio institoris non erat mutata, & ideò hæredes tenentur. Secundò, op. & instatur contra istam solutionem, quia conditio institoris hîc mutata fuit. Nam sola morte reuocatur mandatum: & sic cum de habente mandatum inductus sit ad non habentem, mutata est conditio eius. & ideò, &c. vt instit. man. §. rectè. C. man. l. mandatum. Solu. per interemptionem, quia non est verum, quod sit mutata conditio sua per istum modum, cum per mandantis mortem non reuocetur mandatum institoris, vt dicta l. si quis mancipijs. §. si impubes. Nec ob. prælegata iura, quia dico, quod hîc est speciale, ratione publicæ vtilitatis, vel quia ibi mandatur quid vniuersale, ex quo mandatarius cœpit, aliquid agere, nondum re integra: & ideò morte mandantis non reuocatur, vt videtur innuere litera, in dicto §. si impubes. Secus vbi mandatur quid speciale vel generale. De hoc plenè dixi in dicta l. mandatum. dic vt ibi. Ex hoc potest responderi ad quęstionem, nunquid morte delegantis sit reuocatum mandatum delegationis, etiam ignorante delegato, quia refert, an sit delegatio vniuersalis an generalis, an specialis. Et si vniuersalis, aut tunc moritur delegatus, incœptis aliquibus causis, vel negocijs, vel non incœptis. Si incœptis aliquibus causis, vel negocijs, tunc res non dicetur integra, & sic non reuocatur mandatum per mortem, vt dicto §. si impubes. & si non incœptis, tunc secus. Secundo casu, quando mandatum fuit speciale vel generale delegationis, refert inter mandatum iurisdictionis, & mandatum alterius negocij. Nam aliter habetur res non integra, si est lis contest. secundum iura nostra, vt sup. de iu. om. iu. l. & quia. Secus quando non est contestata, vt ibi not. & in extraiudicialibus dicitur non integra, quando est inchoata secundum nostros Doct. vt inf. de app. l. i. §. cœpisse. quod verum est, quando inchoantur intrinseca perempta, secus si extrinseca, vt infrà de condictio. ob causam. l. pecuniam. vbi res est integra, finitur mandatum per mortem domini. Vbi non est integra secus, vt dicta l. mandatum. & ibi plenè de hoc tractaui. Tertiò opp. dicitur hîc, quod pecunia soluta Sticho, non petitur fa. erc. iudicio. Sed contra. sup. eo. tit. fami. er. l. Mæuius. §. seruus. Solut. ista loquitur in quæstis viuo domino, & habet ideò locum fa. er. iudicium, quod tempore defuncti erant in bonis eius. Sed hic loquitur in quæstis post mortem, & ideò quia non erat tępore defuncti in bonis eius, non datur illud iudicium: sed competit actio neg. gest. vt hîc duabus rationibus, quia non exegit vt hæres, & quia potuit pro parte expedire, vt hæc glo. quæ est hîc. Quartò iuxta hoc opp. & videtur quod actio neg. gest. non habeat locum: quia tunc locum habet actio ista, cum est gestum nego. quod sit alicuius cura & solicitudine, vt sup. de neg. gest. l. si pupilli, in princ. vel re ipsa, vel ipso gestu, vt e. l. §. si ego. vel rati habitione, vt eod. tit. l. Pompo. & videtur, quod cohæredes non habeant istum Stichum obligatum, actione neg. gest. cum istud negocium non sit aliquo modo de prædictis quatuor solu. Gl. respondet duobus modis, vno modo per interemptionem, quod imò sit hoc negocium alicuius rati habitione: quia nomine hæredis videtur fecisse, cum fecerit defunctus, quia hæres & defunctus vna persona reputātur, vt in Authen. iusiuran. §. 1. Alio modo respondet, concedendo oppositum regulariter, tamen casualiter, licet negocium non sit alicuius aliquo de prædictis modis competit actio neg. gest. vt quando necesse est, ad eam recurrit in subsidium, vt sup. de nego. gest. l. fi. & C. de rei vendi. l. mater. vbi de hoc articulo plenè dixi. Quintò opp. dicitur hîc, quod vbi Stichus mutuauit pecuniam mortuo domino suo, pro parte aliorū non transfert dominium, quia errabat. Sed cōtra hoc, quia errans transfert dominium, vt hîc Stichus errauit, ergò, &c. & sic oppo. inf. de condi. ob. cau. l. 3. §. subtilius, & de acquire. do. l. fi procurator. So. varijs modis. Tu breuiter dicas, quod vbi erratur in dominio rei, quam tradens ignorat suam, refert: aut credit rem esse illius, cui tradebat, aut cuiusdam tertij, à quo habebat causam, aut non, &c. vt in gloss. veruntamen quia multiplex est error. Nam alius est

circa personā cui traditur, alius circa rem quæ traditur, alius circa causam ex qua res traditur, dubitatur, vtrum omnis error, vel quis ex eis impediat dominij translationem, vel non? & in quolibet oportet subdistinguere dubia, si vis multa hîc loqui, & plenè dixi sup. de offi. procu. Cæsa. l. i. Sextò opp. dicitur hîc in sexta particula, vbi iurisc on. probat per exemplum, quod si do tibi nummos 10. vt Titio tradas, deinde me mortuo dederis, quod non transfertur dominium. Contra l. dicit expressè oppositum. infr. de do. l. hoc iure. §. si quis. Gloss. dicit, quod hic dedit nummos in specie, nihil est, tu dicas, quod in casu contrarij dominiū fuit traditum, tanquam rei tuæ. sed hîc non fuit traditum. Sed tunc instabis de litera ista, quę dicit dedero, &c. quia dare, est accipientis facere, vt infr. de verb. oblig. l. vbi autem. §. fin. Sed respondeo quod ibi accipitur dedero impropriè, id est, tradidero secundum Pet. Septimò oppo. iuxta hoc, dixi quod intelligitur vbi non est translatum dominium nummorū, tanquam rei suæ, q̄ post mortem transfert in alium. Sed contra, q̄ imò vbi non est dominium apud mandatarium, transfertur illud, tradendo rem etiam post mortem. vt ecce vendo tibi rem, & mando Titio quod tradat. Si me defuncto tradit, dominium transfertur, & sic op. inf. de acqui. pos. l. fundi. Solut. pluribus modis. Vno modo, q̄ ibi tradidit mandatarius in præsentia hæredum, hic fine præsentia. Vel ibi in possessione, hîc in dominio. Vel dicas, q̄ refert, an mandatum cōsistit circa illud, quod mandator necesse habet facere: & tunc nō finitur morte, vt ibi: aut circa illud, q̄ non habet necesse facere, & tunc finitur morte: & dominium nō tranſit, vt h̄ic, & inf. de do. l. 2. §. sed si quis enim de hoc. Ista sol. placet. Ratio est, quia vbi negocium incumbit fini, verisimile est, q̄ defunctus in tali cōsensu perdurauerit, ar. sup. de procura. l. si defunctus, & inf. de ma. l. si pater. Octauò oppo. dicitur hîc, q̄ quæritur hæreditati iacenti. Sed contra, quia non potest dici hæreditas iacere, cum sunt hæredes necessarij, vt instituт. de hæred. quæ. ab inte. §. 1. Non disputo hîc, vtrum sit aliquod medium inter mortem testatoris, & existentiam aliorum hæredum. Sed respondeo breuiter, vt not. in glos. Sumus expediti de secundo, scilicet, de oppositionibus, accedamus ad tertium, scilicet, ad quæstiones. Primò quæri-

5 tur, dicitur hic, quòd fi † Stichus post mortem domini mutauit pecuniam, pro parte cohæredum non transfu-

6 lit dominium, nec mutuum est contractum: sed † quæ actione agent cohæredes ad illam pecuniam, quæ spectat ad partem eorum? Doct. distinguunt: aut illa extat, aut est consumpta. Si extat, possunt illam vendicare, vt sup. eo. l. rogasti. §. 1. Si est consumpta, tunc per consumptionem reconciliatum est mutuum. & tunc ipse Stichus habet certi condictionem ad illam pecuniam, & cohæredes habent contra ipsum Stichum condictionem sine causa, vt sup. eo. l. nam & si fur. Sed contra instatur, & videtur, quod in casu huius legis non reconcilietur mutuum per consumptionem, sup. eo. ti. in l. nam & si fur. Sed ibi mutauit quis pecuniam alienam nomine suo: At hîc mutauit non nomine suo, sed nomine alieno, scilicet domini. & sic non est reconciliatum, arg. sup. eod. l. si me & & Titium Docto. respondent & dicunt, quòd istud non obst. quia si mutuo tibi pecuniam nomine Titij, si Titius non habet ratum, lex dicit, q̄ datur mihi certi condictio, vt C. eo. l. si absentis. Ergo idem erit in proposito, ex quo non potuit eis quæri, q̄retur Ipsi Sticho, ar. illius l. etiam pecunia consumpta Stichus habet certi condictionem contra debitores, & cohæredes habent contra ipsum condictionem sine causa, argu. suprà eodem l. si me & Titium. & hoc quando non habuerunt ratum. Sed si ratum haberent, videtur quòd eis detur condictio certi, siue sit consumpta, siue non, per prædictam l. si absentis. Nisi dicamus, quòd non possunt habere ratum: quia non est negocium, quod pertineat ad ipsum, aliquo de illis modis quibus negocium dicitur alterius, vt suprà dixi in quarta oppositione. tunc enim non possunt habere ratum, nisi in subsidium: & tunc agerent per actionem negociorum gestorum contra ipsum Stichum. & hoc videtur sentire Odofre. qui dicit, quòd pecunia consumpta, Stichus teneatur cohæredibus, in

quantum

quantum factus est locupletior, condictione sine causa, vel actione nego. gest. habentibus ratum in subsidium. Secundò quæritur, Stichus est stipulatus sibi, vel simpliciter: istam pecuniam mutuatam post aditam hæreditatem, postquam mi cohæredes sciuerunt, quid erit hoc casu? Dicit quædam glo. quæ est hîc, pro sua parte erit contracta obligatio, sed pro alijs non, ar. infr. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. si nummos. Hoc verum est, non consumptione facta, quod scilicet consumpta pecunia, mutuum reconciliatur, & obligatio dicitur queri sibi Sticho, ex quo non potest alijs quæri, ar. præalleg. l. si absentis. Videtur dicendum, quòd obligatio in totum sit quæsita Sticho, & cohæredes agent contra eum condictione sine causa per omnia, sicut dictum est 1. quæstione. sed ibi non interuenit stipulatio. At in proposito interuenit stipulatio: & non videtur expectanda consumptio, quia per stipulationem reconciliatur mutuum, vt eo. l. quamuis. & sic Stichus habebit in totum actionem ex stipulatu, & cohæredes agent vel per rei vendicationem, si pecunia extat, vel vtili actione neg. gest. habendo ratum in subsidium domini, si pecunia est consumpta, vt ibi not. Sed hoc non videtur procedere: quia vbi reconciliatur mutuum per stipulationem, etiam agitur ex ea, quando stipularetur nomine suo, vt inf. de noua. l. si ita. Hîc non numerauit nomine suo. sed nomine domini. & pro hoc videtur, quod non sit vtilis stipulatio, nisi pro parte sua. Aduertatis, istud est subtile. Videmus, quòd stipulatio sine causa non habet effectum, vt dixi sup. de non nume. pec. l. generaliter. Modò ita est, quod causa propter quam Stichus stipulatus est, in contractu mutui fuit: quia promisit numerare pecuniam alieno nomine. Si non fecit pecuniam accipientis, non adimpleuit causam stipulationis, & sic stipulatio non habet efficaciam: quia ope exceptionis eliditur, Tamen si pecunia est consumpta, quia reconciliatum est mutuum, causa impleta est: & sic cessabit exceptio. Dicunt quidam, quòd cum contrahitur per stipulationem, potest esse causa stipulationis alia quam mutui, scilicet causa numerationis, quod putant hic sufficere, vt d. l. quamuis. Si numeratio est causa sufficiens, nihil operatur consumptio ad stipulationem implendã. Quid dicemus? Dubium est, videtur dicendum, quod si non numerauit nomine suo, quod causa non sit impleta: & sic erit idem dicendum, quòd in proxima superiori quæstione. Sed imò videtur completa, si contrahentes egerunt: Nam cum iste erat seruus alienus, intelligebant contrahentes, quod nomine domini mutuabat, & stipulatio habet illam causam numerationis, quam ipsi intellexerunt. Etiam videtur posse dici stipulationem esse inutilem in totum, in persona Stichi. In hac quæstione Odof. non loquitur firmiter, vt videre potestis in lectura sua, super hac l. pe. qui videtur dicere, quòd stipulatio sit tota vtilis in persona sua, & aget ipse Stichus ex stipulatione per l. inf. de acqui. re. do. l. si liber homo. §. quidquid. Et cohæredes agent contra eum condi. sine causa, ar. sup. eo. l. si me. Tertiò quæritur, quando hæredes ignorauerunt, & Stichus stipulatus est sibi vel simpliciter, quid erit? Dicit gloss. quod ipsi Sticho obligatio acquiritur, per d. l. liber homo. Aduertatis, imò simpliciter loquitur. Vos dicatis, quod secundum lecturam nostram pro sua portione sibi quæritur. Pro alijs portionibus obligatio quæritur cohæredibus, vt sup. vidistis in vltima opp.

Expediti sumus de omnibus, quæ pertinent ad lecturam huius legis.

SIEGO. Duo dicit hæc lex, vsq; ad Labeo. Primum dictum est, vsq; ad §. sed si cum Seio, &c. & est planum. Secundum dictum incipit ibi, sed cum Seio, &c. quod multipliciter legitur. & ideò circa istud dictum declarandum insistamus. Gloss. ponit tres casus, quorum duos dicit esse in litera, quod nõ est verum: imò benè colligitur in text. Ecce Titius debet mihi 10. deinde stipulor à Seio, quantum minus à Titio consequi potero, id est, illud quod non poterit soluere Titius. Modò accidit, quod euidenter est, non soluendo in 5. ago contra Seium, & peto illa 5. in quibus nõ est soluendo Titius, quia consequi illa quinq; ab eo non possum. Dictus Titius qui poterat soluere tempore litis contestatæ mihi & Seio amittit illa 5. & sic in nullo est soluendo, volo agere contra Seiũ & petere illa 5. quæritur, nunquid possum. Dicit iurisc on. à Titio petendum illud, in quo est soluendo, tempore accepti iudicij cum Seio. & si amittit, non tenebitur Seius. h. d. & exponitur litera, si cum Seio egero, subaudi, petiero quantumcunq; est illud, subaudi, quod minus à Titio exigere potero, eò quo tempore iudicium acceptum est inter me & Seium in 5. in quibus Titius erat euidenter non soluendo, tanto minus, id est, ad minus, scilicet, illa quinq; à Titio, si tantum petere potero, & non à Seio, & si Titius erit non soluendo, meum erit damnum & non Seij: quia videtur sibi fecisse pactum, de non petendo alia quinq;, ad quæ Titius erat tempore litis contestatæ soluendo, secundum gloss. & secundum istum primum casum ponitur, potero, propriè, id est, quod minus illud quod à Titio exigere potero, scilicet, cùm petiero, quia in plus non est soluendo. Secundo modo ponitur alius casus, quem gloss. videtur aggredi sub præmissis terminis, omittendo ibi. licet Titius, &c. & coniungendo ista verba, & licet à Seio. Recedit enim ab illis verbis, quæ dicunt, casum illum non esse hîc, & ponit secundum casum, qui talis est, retento eodem themate. Titius euidenter non erat soluendo in 5. & illa 5. petij à Seio & lite contestata, nec cõsequutus sum ab eo aliquid, vel nisi parum: volo modò agere contra Titium, & petere illud quod non potui habere à Seio. quæritur an possim? Dicit quod non, & expone, acceptum est, subaudi, & nihil vel parum consequutum, siue tanto minus, id est, nõ id minus à Titio possum petere postea. & est ratio, videor sibi fecisse pactum de non petendo, vt l. liberum. C. de fideiuss. Sed quod istæ lecturæ non valeant vnam muscam, probo: quia hîc loquitur de petitione diuisa necessario. lex liberũ, & l. reos C. de fideiuss. loquuntur de petitione diuisa voluntariè, quæ tunc reintegrari non potest: secus vbi necessariò, sicut fuit hîc, ar. sup. qui satisdare cog. l. si fideiussor. §. si necessaria. & inf. de nouati. lege aliam. & ideò Iac. de Ra. recessit à gloss. tanquam à falsis, & non intelligentibus text. & ponit casum talem hoc modo, retento eodem themate. Titius euidenter erat non soluendo in 5. egi contra Seium ad illa 5. in quibus Titius non erat soluendo, & soluit mihi Seius 5. dicitur hîc, quod ista 5. quæ soluit Seius non possum petere à Titio, si efficiatur postea dines: quia bona fides non patitur, &c. vt infr. de regu. iur. l. bona fides. Non ergò dicitur hîc, quod si Titius factus sit non soluendo, quod non possum petere à Seio: Sed dicitur hîc, quod illud quod Seius soluit, à Titio non possum petere. Sequentem §. vide per te, &c.

FINIS.

INDEX

INDEX RVBRICARVM
HVIVS VOLVMINIS.

De Iustitia & iure. 2
De Legibus & senatusco. 7
De Constitutionibus principum. 8
De his, qui sunt sui vel alieni iuris 10
De statu hominum. 9
De Adoptionibus. 10
De Officio prætoris. 13
De officio proconsu. & leg. 14
De offic. præsidis. 15
De officio procu. Cæsaris. 16
De offi. eius cui man. est iur. 18
De iuris. om. iudicum. 20
Quod quisq; iur. in alium sta. 30
Si quis ius di. non obtemper. 32
Si quis in ius voc. non ierit. 34
Ne quis eum qui in ius voc. est, vi exi. fol. 37
Qui satisda. cogantur. 39
Si ex noxali causa agatur. 44
De rebus creditis. 48

RERVM AC SENTENTIARVM NOTATV DIGNISSIMARVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR, INDEX COPIOSVS.

A.

ABsolutum esse, & condemnatum esse, & soluisse, paria sunt. Ne quis eum qui in ius. l. is qui debitorem. num. 4. fol. 38

¶ Acta inter easdem personas ad vnum finem tendentia, non faciunt fidem in aliquo negotio ad aliũ finem. Si quis in ius voca. l. ex quacunq;. nu. 20. 37

Acta in causa ciuili, an faciant fidem in causa criminali. ibid. num. 21.

Acta & gesta, qualiter differant. de officio procur. Cæsa. l. quæ acta. num. 1. 16

Actio semel extincta suscitatur miraculosè, sicut Lazarus. Si ex noxali causa ag. l. sed alio iure. §. si absens. nu. 2. & 7. 44

Actio in factum ex edicto, ne quis eum qui in ius, &c. datur solum vocanti, qui habuit ius vocandi. Ne quis eum qui in ius. l. si per alium. §. in eum. nu. 1. 37

Actio ex edicto, licet detur ipsi vocanti ad vindictam, tamen ista vindicta sumitur secundum æstimationem rei petitæ. Et ista æstimatio fit per iuramentum actione in litem præstitum. & num. 7. Ne quis eum qui in ius. l. si per alium. §. in eum. numero 6. & 7. ibid.

Actionem exprimere debet, in quo iure vult admitti is, qui agere vult. de adopt. l. si arrogator. num. 22. 12

Actiones à quo iure descendant. de iustitia & iur. l. ex hoc iure. nume. 19. 6

Actionum aliæ sunt in rem, aliæ in personam. Super rubrica de rebus creditis. num. 1. 48

Actionum personalium aliæ sunt ex contractu vel quasi: aliæ ex delicto vel quasi. Super rubrica de rebus creditis. nu. 2. ibid.

¶ Aduena, qui statim recessurus est, qualiter conueniri possit. Si quis in ius vocatus. l. 1. nu. 10. 35

¶ Agere non possunt commodè subiecti contra dominum. de officio præsidu. l. senatus. num. 4. 15

Agitur ad expensas contra eximentem. agitur etiam contra debitorem ad debitum. Ne quis eum qui in ius. l. si per alium. §. in eum. nu. 11. 38

¶ Alimentorum præstatio est de iure naturali. de iusti. & iure. l. iuri. num. 12. 3

¶ Ambitus in curia Romana viget. de officio præto. l. Barbarius. num. 11. 13

¶ Animus solus an faciat quem hæredem. de offic. procur. Cæsa. l. quæ acta. nu. 20. 18

Antiqua meliora sunt iunioribus. De rebus creditis. l. cum quid. nume. 2. 50

¶ Appellari an quis possit ab interpositione primi decreti. Si ex noxa. cau. ag. l. sed alio iure. §. si absens. nu. 25. 47

¶ Arbiter si apponit diem, licet legalem, si non seruatur, offenditur ipse arbiter. de adopt. l. si arrogator. nu. 36. 13

Arbiter in quem duo sub pœna compromiserunt, si condemnat reum & dat sibi terminum legalem: scilicet, quatuor menses ad soluendũ, qui non soluit: sed incidit in pœnam: vtrum si modò velit soluere, an poterit morã purgare: id est, vtrum ille terminus erit legalis, vel hominis. de adopti. l. si arrogator. nume. 26. 12

Arbiter an possit mulctari. Si quis ius dicenti non obtempe. l. omnibus. nu. 11. 34

Argumentum à contrario sensu est fortissimum. & nume. 10. de offic. eius, cui manda. est iurisdi. l. quæcunq;. numero 2. & 10. 18. 19

Argumentum à contrario sensu, an & quando sit validum. de offic. eius, cui man. est iurisdi. l. quæcunq;. nu. 10. ibid.

Argumentum à contrario sensu vbi proprie habeat locum. de offic. eius. cui mand. est iurisd. l. quæcunq; nu. 19. ibid.

Arrogator si decesit, nec reliquit quartam filio vt debuit: quæ actione agere poterit filius impubes. de adoptio. l. si arrogator. num. 18. 12

Et quando debeat agere filius ad quartam istam, an ante mortem arrogatoris: an demum post mortem. ibi. num. 19.

Arrogator tenetur quartam relinquere filio arrogato, an illa intelligatur de omnibus bonis: vel sit quarta bonorum, quæ habiturus erat ab intestato. de adopt. l. si arrogator. nu. 13. ibid.

Arrogatoris patris hæredes, an teneantur hæredibus filij arrogati ad bona sua, & insuper ad quartam. de adoptio. l. si arrogator. nu. 4. 11

Arrogatus si sit de restituendo rogatus, vel grauatus legatis: numquid possit pertrahere quartam, vna cum Trebellianica. de adopt. l. si arrogator. num. 25. 12

Arrogatus filius transfert se & sua in patrem arrogatorem. de adopt. l. si arrogator. nu. 14. ibid.

B.

BEllum quot modis dicatur licitum. de iust. & iure. l. ex hoc iure. nu. 3. 4

Bella vnde orta sint. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. nu. 2. 4

¶ Beneficium simoniacè per alium quæsitum, an aliquis retinc-

re posit. de offic. præto. l. Barbarius. num. 10. 13
Beneficium siue priuilegium Principis quid sit. de constit. princi. l. beneficium. num. 5. 8
Beneficia Principum plenissimè interpretantur. de constitut. Principum. l. beneficium. num. 4. ibid.
¶ Bonitatum alia est intrinseca; alia extrinseca: & quæ sit vtraque. De rebus creditis. l. cum quid. nu. 3. 50

C.

CLausula generalis, generaliter omnia præcedentia complectitur. de iurisdi. om. iud. in rub. nu. 1. 18
Clausula promittens habere ratum & gratum, an videatur procuratori libera potestas concessa. de officio procu. Cæsa. l. quæ acta. nu. 9. 17
¶ Casus in re danda, nunquid liberat promissorem à promissione pœnæ. Qui satisfd. cogantur. l. si decesserit. nu. 10. 40
Casus fortuitus contingens ante moram, liberat promissorem. Secus si contingat post moram. Qui satisfd. cog. l. si decesserit. nu. 2. 3. & 11. 39
Casus aduentitius specificatur contra delinquentem ex causa delicti. Ne quis eum qui in ius. l. si per alium. §. in eum. 12. fol. 38
Casibus fortuitis si quis renunciat: ad hoc vt valeat renunciatio, necesse est. quod specialiter enumerentur casus. de offic. procur. Cæsa. l. quæ acta. num. 12. 17
Causa cessante cessat effectus. de offic. eius, cui man. est iurisd. l. quacunque. num. 18. 19
Causa propria alicuius quæ dicatur. si quis in ius voca. l. ex quacunque. nu. 6. 36
Causa an sit potius dicendæ partis insistentis, quàm ipsius iudicis. ibid. nu. 7. 36
Causa si à Papa committatur duobus, vt de ea cognoscant: & si de ea non cognoscant, mandauit quod alij duo cognoscerent, si duo primi modicum ante annum sunt mortui, an statim alij duo poterunt cognoscere. de iurisdi. om. iudi. l. more maiorum, nume. 16. 27
Causa primaria magis influit super suum causatum, quàm causa secunda. de consti. princ. c. beneficium. nu. 11. 8
Causa causatum præcedit. in proœ. nu. 5. 2
Causæ iurisdictionis an possint delegari. de iurisdi. omni. iudi. l. imperium. num. 23. 27
Causæ omnes regulariter desiderant plenam cognitionem. de iurisdi. om. iudi. l. 1. nu. 7. 25
Causæ imperij, an possint delegari, de iurisdi. omn. iud. l. imperium. num. 14. 28
Causæ delegabiles quæ sint. de offic. eius. cui manda. est iurisd. in rub. num. 2. 19
Causæ leuium criminum ex potestate iudicis dependent. de iurisdi. om. iud. l. imperium. num. 17. 24
Causarum quædam sunt ciuiles, quædam spirituales, & quædam capitales. Qui satisfd. cog. l. Iulianus. nu. 25. 42
Cautio rati & iudicantum solu, sunt prætoriæ. de iurisdi. omn. iudic. l. iubere. nu. 7. 24
Cautio damni petitur offi. iudicis. de iurisdi. omn. iudic. l. 1. nume. 17. 20
Cautio de iudicio sisti, nunquid requiratur in omnibus causis. Qui satisfd. cogan. l. Iulianus. nu. 24. 42
¶ Certi condictio an sit natiua, vel datiua. & num. 7. De rebus creditis. l. certi condictio. nu. 6. & 7. 52
Certi condictione informata, an agendum sit, quando conuentum est de libro scribendo. De rebus cred. l. lecta est. nu. 8. 57
Certi condictio nunquid est vna tantùm, habens locum vbicunque certum petitur super rubrica de rebus creditis. nume. 6. fol. 48
Certi condictio potest competere contra furem ex causa furtiua. De rebus creditis. l. certi condictio. nu. 5. 51
Certi condictio ex qua causa competere potest. de reb. cred. l. certi condi. nu. 1. ibid.
Certi condictio cui competat. Et contra quem competat. De rebus creditis. l. certi condictio. nu. 2. & 3. ibid.
Certi condictio ad quid fuit introducta. de reb. credi. l. certi condi. nu. 8. 52
Certi condictio vtrum sit necessaria in contractu mutui & stipulationis. De rebus cred. l. certi condictio. nu. 9. 52
Certi condictio an sit prætoria, vel ciuilis. de rebus cred. l. certi condi. nu. 10. ibid.
Certi condictio si concurrat cum actione, an sit temporalis, vel perpetua. De rebus creditis. l. certi condi. nu. 11. ibid.
Certi condictio nunquid sit eiusdem naturæ cum illa, cum qua concurrit. de rebus cred. l. certi condictio. nu. 12. ibid.
Certi condictio nunquid competat ad tradendum certum quid, quod tradi debet. de rebus credi. l. certi condi. nu. 13. ibid.
Certi condictio nunquid concurrat cum rei vendicatione. De rebus creditis. num. 14. 53
Certi condictio nunquid concurrat cum actione de dolo. De rebus credi. l. certi condictio. nu. 15. ibid.
Certi condictio in quo differat à conditione citatoria. De rebus creditis. l. certi condictio. nu. 16. ibid.
Certi condictio generalis, nunquid competat ad interesse. De rebus creditis. l. certi condictio. nu. 17. ibid.
¶ Citare an possit iudex subditum suum existentem extra territorium, vt compareat coram eo. de iurisdict. om. iudi. l. extra. nume. 4. 28
Citans aliquem ad diem feriatam, debet in citatorio diem feriatam exprimere. & causam super qua citat aliquem tali die. Si quis in ius voc. l. ex quacunq. nu. 18. 37
Citatus ad locum inhonestum non tenetur venire. Si quis in ius voc. l. ex quacunq. nu. 3. 36
Citatus si est exemptus, an teneatur venire. ibi. nu. 4.
Citatus debet venire ad iudicium, ex quacunq. causa vocetur. Si quis in ius voca. l. ex quacunq. nu. 1. ibid.
